(Ex bibliotheca Friderici Jacob.)

THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Class PA6385
Book .F4
1839

M. Jordan. 1854.

Festus, Sextus Pompeius.

SEXTI POMPEI FESTI

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE QUAE SUPERSUNT

CUM PAULI EPITOME

EMENDATA ET ANNOTATA

A

CAROLO ODOFREDO MUELLERO.

VENEUNT LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIANA.
ANNO MDCCCXXXIX.

PA6385
.F4
1839

406984
'31

GUSTAVO HUGONI

ANTIQUORUM MUCIORUM ET SULPICIORUM

IN EXPLANANDO ROMANORUM IURE CIVILI

ALUMNO ET AEMULO

IURISPRUDENTIAE DOCTORI QUINQUAGENARIO

CURAS HASCE

IN HOC AUREO SEXTI POMPEI LIBELLO

ROMANAE ANTIQUITATIS FONTE INEXHAUSTO

POSITAS

DEDICAT

GRATA PIETAS GENERI.

PRAEFATIO.

Haud vereor, ne in levitatis crimen incurram, cum statim in limine huius operis affirmo, Festi de verborum significatione reliquias et Pauli epitomen in eorum librorum numero esse, quibus recte uti non possint, nisi qui eorum genuinam formam et criticam condicionem diligenter cognoverint. Neque hoc adiicere dubito, inde quod viri docti superiore saeculo et hoc nostro adhuc eam rem parum attenderint, in scriptis grammaticorum, historicorum, iurisconsultorum tantam pullulasse errorum segetem, ut iam multa opus sit vigilantia ac diligentia, qua ulterius ea serpere prohibeatur. Exempla sumam a paucis hominibus doctis, neque ut eorum laudibus obtrectem, neque vanae gloriolae captandae caussa, sed ad acuenda quodammodo hoc stimulo lectorum meorum studia et iudicia. Ita Aegidius Forcellinus, diligentissimus homo et in paucis de Latinis literis meritus, non solum omnia verba, quae in Festi fragmento Ursinus supplevit, ipsi Festo attribuere solet, velut in vv. parare provinciam, proiecta sacra, subsolaneae etc.: sed etiam eum vocabulorum ordinem, quem Ant. Augustinus in Festum induxit, ab antiquo grammatico institutum eique scripturae formam accommodandam esse putat, velut in vv. lapicidinae et petesso. Hic autem error ei communis est cum C. L. Schneidero nostro, qui eam vocabulorum formam probandam existimat, cui literarum ordo apud Festum congruat, scilicet novicius ille Antonii Augustini, in grammatica Latinae linguae P. I. T. II. p. 402. Dirksenius autem, literatissimus Ictus, in docto et laborioso de XII tabulis opere ita solet disputare: *sic legi in vulgatis Festi codicibus manuscriptis; aliter in vetere Scaligeri libro; denique codicem, cuius scriptura apud Dacerium proposita sit, haec habere* (v. p. 436. 526.): quae qui leget, nunquam profecto suspicabitur, unum tantum ex hominum memoria innotuisse Festi codicem manuscriptum. Quid quod Niebuhrius ὁ πάνυ, qui inter aequales nostros acerrime Festi studia ex longo situ et oblivione suscitavit, unicumque illum Festi codicem bene noverat, de glossa *municipium* in Pauli excerptis ea scripsit (v. in hoc exemplari p. 127.), quae, puto, non scripsisset, si codicis fragmentum et Pomponii Laeti schedas et Pauli excerpta diligenter inter se contulisset. Pluribus non opus est, nec tam sum ambitiosus, ut hoc loco etiam meos quosdam errores, olim cum de Etruscorum rebus scriberem commissos, commemorare sustineam.

Eam ob caussam cum iam vehementer optem, ut omnes, qui hoc libro uti velint, ea antea cognoscant, quae maxime scitu opus est, ut cum libro nostro, tum ipso Festo Pauloque recte utantur: in hac praefatione ea quam potero planissime et simplicissime explicabo. Ita autem comparata est critica grammaticorum horum librorum condicio, ut neque ab antiquissima et genuina eorum forma, neque ab ea, quam iidem recentioribus temporibus induerint, disputandi initium facere possimus: sed firmum et stabile eius disputationis fundamentum strui nequeat, nisi primum ea monimenta, quae fontes lectionis dicuntur, quae et qualia sint, diligenter perspectum habuerimus. Itaque dicam primum de manu scriptis et Festi et Pauli libris: deinde ad genuinam eorum librorum formam, quantum fieri potest, ascendam: hinc brevi anfractu revertar

ad philologiae recentioris studia in iis emendandis et explicandis collocata: extrema in praefatione, quas rationes ipse in ea re secutus sim, profitebor. Quo in ordine disponendarum rerum si quis elegantiam desideret, is reputet quaeso, in universo hoc opere instituendo nulli rei consulere me voluisse nisi utilitati et commodis philologorum.

Cap. I.

DE MANUSCRIPTIS FESTI ET PAULI LIBRIS.

§. 1. Festi de verborum significatione librorum unum tantum, eumque valde truncatum codicem manuscriptum e medii aevi tenebris emersisse et in lucem philologiae esse protractum, certissimum est. Luculentissimum de eo libro testimonium est Antonii Augustini, quod ex *M. Verrii Flacci quae extant et Sex. Pompei Festi de V. S. lib. XX. Venetiis M D. LX.* excerpo, ubi in Praefatione *de M. Verrii Fl. et Sex. Pompei F. libris*, postquam de Pauli epitome dictum est, ita pergitur:

"*Is liber indoctis viris adeo placuit, ut pro Festo in omnibus bibliothecis substitueretur. Unus adhuc liber extabat totius cladis superstes; sed qualis victis commilitonibus et occisione occisis, miles truncis naribus, altero oculo effosso, mutilo altero bracchio, cruribus fractis repit alicunde. Eius libri advecti ut ferunt ex Illyrico, habuit aliquas pagellas Pomponius Laetus, ut Pius, ut Politianus scripserunt; maiorem libri partem Manilius Rallus. Ab his Angelus Politianus librum accepit, agnovit, et exscripsit, et ex eo in centuria versum Catulli emendare temptavit. Ab eodem Politiani exemplo Petrus Victorius aliquot locis in variis lectionibus vulgares Festi libros emendare doctissime, ut solet, coepit. pervenerunt ipsae reliquiae libelli ad Aldum Manutium*" [1]), et quae secuntur, quibus inferiore loco utemur. Quodsi ipsius Io. Baptistae Pii et Politiani verba rimamur: Pomponium Laetum, inde colligamus necesse est, non solum aliquot codicis pagellas, sed omnes, quotquot ex Illyrico advectae fuerant, habuisse, Manilium Rallum autem maiorem tantum earum partem ab eo accepisse [2]). De Politiani schedis ex utraque parte exscriptis multa narrat Victorius in Varr. lectt. XVII, 2., quae operae pretium est ipsius verbis adscribere:

"*Cum supra ipse affirmarim me librum habere Sex. Pompeii, exscriptum de antiquissimo exemplari, totam rem accuratius ut fides eius auctoritasque augeatur, commemorare volo. Angelus Politianus in LXXIII. capite Miscellaneorum, narrat se Romae accepisse a Manilio Rallo fragmentum quoddam Sex. Pompeii, sanequam vetustum: nonnullasque itidem pagellas eiusdem exemplaris a Pomponio Laeto, quae omnia ut ostendit illic, cum descripsisset, paucis abhinc*

1) In margine Ant. Augustinus hanc apposuit annotationem: *Ex Pio in annot. post. ca. XVI. Ex Politia. cent. I. cap. LXXIII. Ex Pet. Vic. lib. XVII. cap. II. Var. lect. et lib. XVIII. ca. VII. et alibi.* — De Catulli versu a Politiano Festi subsidio emendato v. annot. ad v. suppernati, p. 305. Qu. XIV, 10, 15.

2) Io. Bapt. Pius in annott. posterioribus c. 16. (in Gruteri Lampade T. I. p. 411.) Mediolani narrat se usum esse Pompei Festi *codice pervetusto et ob hoc fidelissimo, qui ex Illyrico Pomponio Laeto extra ingenii aleam posito fuerit oblatus.* Idem, c. 31. p. 432. et c. 111. p. 512., in *integris Pompeii codicibus* (sic ait, parum exacte) ea esse ait, quae in codice Qu. IX, 7. 8. de Mamertinis, et ex schedis Pomponii, Qu. VIII, 13., de manticulis leguntur.

Politiani verba, ut potissima tantum excerpam, haec sunt: *Ostendit mihi Romae abhinc quadriennium* (scripsit ea a. 1489.) *Manilius Rallus Graecus homo, sed Latinis literis adprime excultus, fragmentum quoddam Sex. Pompei Festi (nam ita erat in titulo) sanequam vetustum, sed pleraque mutilatum, praerosumque a muribus. . . . Nonnullas quoque ex eodem fragmento Pomponius Laetus, vir antiquitatis et literarum bonarum consultissimus, sibi pagellas retinuerat, quas itidem legendas mihi describendasque dedit.*

annis ego incidi in adversaria quaedam ipsius in taberna libraria, quibus continebantur etiam hae reliquiae Festi, atque emi, manu Politiani cognita. tanta tamen ille celeritate in scribendo usus fuerat, literisque adeo minutis, ac saepe etiam per notas totis vocibus indicatis, quod suum propriumque hominis erat, cum huiuscemodi aliquid, quod ipsius tantum usibus serviret, in commentariis adnotaret, ut vix intelligi possint. illic igitur ita ut ostendi, legitur" [1]). Ex altero loco, quo Victorius eadem Politiani excerpta memorat, Var. lectt. XVIII, 7., intelligitur omnia in iis omissa fuisse, quae in exteriore pagellarum parte, igne iam tum consumpta, legebantur; narrat enim statim post scraptas mulieres (v. p. 333. Qu. XV, 5, 29.) glossam de sexagenariis sic in iis schedis fuisse lectam: *Sexagenarios per flumen ac mare in patriam remitteretur. Sunt qui dicant* etc. Itaque omnia deerant, quae in his nostris exemplaribus in pp. 333. 334. exterioribus leguntur, praeter extrema verba, quae Politianus recepit, quod ea ad sexagenarios spectare intellexit [2]). Comperior, etiam nunc Monaci inter Victorianas copias exemplar esse Festi ab Aldo excusi, a Victorio ad codicis exemplum correctum: nec tamen codicem ipsum Victorio praesto fuisse, sed illas tantum Politiani schedas, et ex Victorii ipsius testimonio prolato colligo et inde, quod correctiones docti Itali cum libro manuscripto non exacte congruunt: velut ea quae Leonhard. Spengel. in C. Caecilii Statii fragmentis p. 14. apposuit, conferenda cum Festo nostro p. 281. Qu. XIII, 17, 30. v. reluere.

Politiani schedarum, eorumque quae Victorius inde excerpsit, magnum sane esset pretium, si Manilii Ralli codex non amplius extaret: nunc fere nullum est, cum et Antonius Augustinus codicem manuscriptum describendum curaverit, et Ursinus eundem versibus et pagellis inter se respondentibus expresserit, et, quod maximum est, idem in bibliotheca Farnesiana etiamnum extet. Ant. Augustinus unde eum librum acceperit, ita indicat: "*Habuimus autem hoc monumentum antiquitatis, ex locupletissima bibliotheca amplissimi viri Rainutii Farnesii Cardinalis, cui propter singularem bonarum literarum amorem, ingeniumque praeclarum, atque in utraque lingua maximos progressus, et non vulgarem eruditionem, a Michaele Silvio Cardinali ex testamento relictum est*" [3]). Ad hunc autem Michaelem Silvium qua via codex a Manilio Rallo pervenerit, nec liquet, nec quaerere iuvat. Ursinus codicem, quem describendum curavit, *vetustissimum exemplar bibliothecae Farnesianae* appellat. Quo autem tempore ea bibliotheca Parma Neapolim translata est, anno 1736., etiam Festi codex eo migravit. Nec raro ibi a peregrinantibus viris doctis memorabatur: excussum autem esse et diligenter collatum a quoquam post Ursinum, non accepi, donec vir non solum iuris consultissimus, sed totius Romanae antiquitatis apprime gnarus, Eduardus Boecking Trevir (qui cum Festi denuo recensendi consilium cepisset, mihi postea auctor fuit, ut in eo munere vices suas sustinerem), doctissimum iuvenem, nunc in Rhenana Academia collegam suum, Ludovicum Arndts, permovit, ut hieme exeuntis anni MDCCCXXXIII. codicem eum cum Romano Ursini exemplari conferret. Quod ille tanta cura et diligentia perfecit, ut lectionem variantem ab illo enotatam maximum operae meae in Festo collatae subsidium fuisse, libentissimo animo agnoscam.

1) Spectat interpretationem voc. Piscatorii ludi (p. 238. Qu. XII, 8, 23.), ubi in libris tum excusis *pisciculorum maiorum* legebatur; sed in Politiani schedis *pisc. vivorum*, ut legitur in ipso codice manuscripto.

2) Easdem Politiani schedas Victorius memorat in Varr. lectt. etiam I, 11. V, 21. XXII, 21. XXV, 9.

3) De eadem re haec scripsit Angelus Roccha, Biblioth. Apostol. Append. p. 398.: *Eandem bibliothecam* (Farnesianam) *multis Graecis et Latinis item codicibus manuscriptis auxit Raynutius, eiusdem Pauli nepos et S. R. E. Cardinalis sancti Angeli nuncupatus, et Festo Pompeio tam celebri decoravit; hos autem libros Michael Silvius et S. R. E. Cardinalis Viseus ei ex testamento reliquit.* De eadem re accurate, qui eius mos est, dixit Blumius in Itin. Ital. T. IV. p. 14.

Repetivimus historicam huius libri manuscripti memoriam, quam poteramus longissime, eoque eam deduximus, ut iam optimo auctore, Arndtsio, in forma et condicione codicis describendis uti possimus. Liber vetere quodam numero, Farnesianae ut videtur bibliothecae, 84. insignitus est. Idem in catalogo Latinorum bibliothecae Neapolitanae codicum, quem Cataldus Ianelli, bibliothecae praefectus, confecit, recensetur p. 2. n. 3. addita armarii et loculi, quo repositus est, nota IV. A. 3. Cataldus Ianelli haec de eo codice scripsit: "*Liber haberi potest descriptus saeculo XI. vel XII. Inest pars operis Sexti Pompeii Festi de verborum significatione . . . Codex iste ille ipse est Farnesinus celeberrimus, quem Fulvius Ursinus exscripsit et Romae edidit anno 1581., utque hactenus arguere potuimus, magna tum fide tum industria.*" Cui laudi, in universum non immeritae, non poterimus tamen quin nonnulla subducamus (Cap. III. §. 2.). Arndtsius observavit, librum compositum esse ex XLI foliis membranae formae maioris, quorum unumquodque in utraque pagina duos contineat scripturae ordines (quas columnas dicimus): ita confieri columnas CLXIV. Omnium autem exteriorum columnarum, quae marginem foliorum attingebant, plusquam dimidiam partem esse combustam, ita ut in plerisque foliis ignis adhuc vestigia offuscato margine demonstrentur. Aliquot tamen in foliis ambustam hanc folii partem cultro esse resectam, ac folii nonidecimi exteriorem columnam plane esse abscisam (V. in hoc exemplari p. 265. 266. Qu. XIII, 2. 3.). Qua in condicione libri cum fieri nequeat, quin margo ambustus usu facile deteratur, Arndtsius arbitratur, Ursini tempore non paucas hic illic literas superfuisse, quae post evanuerint, idem tamen fatetur, interdum Ursinum negligentia ita peccasse videri, ut plures literas poneret, quam in codice conspexisset: idque saepius factum esse quam illud, infra ostendemus (Cap. III. §. 2.). Praeter ea mala, quae diximus, prima octo folia (i. e. p. 153 . . . 182. Qu. IX, 1 . . . 32.), accepi, propria laborare miseria, scriptura ita obliterata, ut saepe vix legi possit: omnium miserrime habitum esse folii primi rectum latus. Praeterea membranam non raro parvis rimulis sive foraminibus esse maculatam, qualibus maxime in quaternionibus XIV et XV. video literas quasdam interceptas esse, quae Ursini tempore nondum defecerant [1]).

Quod attinet ad scribendi genus, scriptura inde a folio nono (Qu. XI, 1.) satis nitida et luculenta est. Compendia autem scribendi habet non pauca, quorum praecipua ex variante lectione e codice enotata apponam:

(Rh. Mus. II p. 619)
haec: oppiis –
ea – cincius –
(spexit) – ōr –
– ōto – caerim –
ti – appellabat
– sōitate –
um – aūt – ōius.

cū cum. *prim'* primus. *it̄* iter.

t̄gent² tergentur. *coeper²* coeperunt.

ē est. *id̄* id est. *n̄* non. *d· t·* duntaxat. *·m·* meminit.

q qui. *q̄* quod. *q›* que. *p̄* per. *p̄* prae. *p̄* pro.

dē deus. *gra̅* gratia. *gl̄a̅* gloria. *nros̄* nostros.

De literarum forma monendum videtur, ae scriptum esse *e*, sed saepe etiam ductum illum omissum, ac maxime pro Graeci saepissime *greci* scriptum esse, quod annotare supervacaneum habui. Hinc etiam fit, ut *conp̄ssa* inveniatur pro compressa, quoniam *p̄* legebatur pre. Litera autem *e* non raro aut formam habet literae i simillimam, aut cum ea commutata est, velut Qu. XI, 4, 28. *reciptū is que*, *sirui* scriptum est. Contra *i* saepe vix distingi potest ab *l*, maxime in exitu vocabulorum eius formae ut Opilius.

Distinguendis sententiae membris duo tantum signa inservire accepi, et utrumque plerumque incommode positum esse, nisi in fine articulorum. Ubi singulae literae pro compendio scripturae sunt, solent eae circumdatae esse

1) Arndtsius pluribus locis indicat, S literam initio positam esse erosam et cum ea etiam literas in eadem pagella oppositas.

punctis in hunc modum: ·*C*·, i. e. Gaius, et ·*L*·, i. e. liber, quod in antiquissimis codicibus manuscriptis observari constat. Maiuscularum literarum nullus usus est, nisi in initio glossarum (quas etiam articulos dicere licebit), quod librarius non semper iusto loco posuit: velut cum vocabulum *Solla* p. 298. Qu. XIV, 4, 24. magna et coloribus distincta litera S insignivit. Versuum in singulis pagellis numerus partim est XXXIII. partim XXXIV. (Qu. XII, 1. usque ad XIII, 12. XIII, 21. usque ad XIV, 12. XIV, 21 - XV, 32.); reperiuntur etiam aliquot in pagellis XXXV. (Qu. XIV, 13 - 19.). Scripturae genus non ubique idem, sed consimile: inde a Qu. XIV, 5. accepi rudiores incipere ductus, sicut ea parte etiam versus laxioribus multo literis scriptos esse apparet.

Aliquot locis etiam prima et secunda manus in codice distinguitur, velut Qu. XII, 20, 5. XIV, 11, 33. 13, 35.: quibus omnibus secunda correctoris est, non admodum periti. V. etiam XIV, 4, 1. Alioquin hic liber ab omni interpolationis labe quam maxime immunis esse videtur. De iis rebus, quae potius orthographiae tribui solent, commodius dicam cap. IV.

Iam hoc Farnesiano codice ita utendum erit, ut non solum singularum rerum, quas Festus tradidit, sed etiam universi operis, quod reliquit, certissima inde hauriatur notitia. Et haec quidem res ita administrari potest, ut, quot in eo codice folia exciderint, computetur ex ambitu earum epitomes a Paulo confectae partium, quibus nihil in Festi reliquiis respondeat. Equidem hac via ratiocinando et computando quo usque poteram progressus inveneram, comparatis maxime Pomponii Laeti schedis, constare hoc fragmentum ex sex quaternionibus, ita ut inter primum et secundum unus exciderit: praeterea secundi quaternionis deesse sex folia, ultimi unum. Non detinebo autem lectorem ratiocinationibus meis enucleate exponendis. Etenim cum non dubitarem, quin ex codicis ipsius forma certissima eius rei documenta peti possent: rogavi amicos in Italia versantes, ut eius rei certam mihi procurarent cognitionem. Ac Rudolphi Lepsii comitati ac diligentiae debeo, quod nunc codicis quaterniones, quorum etiam numeri in fine cuiusque, ut fieri solet, annotati sunt, summa fide numerare et disponere possum. Dabo hic lectori conspectum quaternionum, quotquot in codice Farnesiano supersunt, cum Ursini exemplarium pagellis comparatorum. Quaterniones autem dico in ea re quaternas membranas ita complicatas, ut octona folia, senas denas pagellas et, cum in quavis binae sint scripturae columnae, binas et tricenas columnas contineant.

Qu. IX.	continet Festi ab Ursino editi	p. 1 - 32.
X.	deest.	
XI.	continet duo tantum folia exciderunt sex media.	p. 33 - 36. 37 - 40.
XII.	— — — — — —	p. 41 - 72.
XIII.	— — — — — —	p. 73 - 104.
XIV.	— — — — — —	p. 105 - 136.
XV.	continet septem folia — —	p. 137 - 164.
	excidit tertium folium inter	p. 144. 145. Ursini.

Quae omnia quam concorditer congruant cum Pauli excerptis: ex nostris exemplaribus, quibus Festum et Paulum ita disposuimus, ut alter alterum continuo comitetur, perspici poterit quam facillime.

2. Sic via munita etiam schedarum Laeti certiorem nobis parare poterimus cognitionem, quae criticae artis in hoc scriptore exercendae difficillima est provincia. Pomponium Laetum primum illas membranas ex Illyrico advectas omnes

habuisse [1]), deinde, cum maiorem partem Manilio Rallo dedisset, aliquot retinuisse pagellas, supra Io. Baptista Pio et Politiano auctoribus ostendimus. Non aliae sunt, quae apud Ursinum post Farnesiani codicis fragmentum leguntur: "*Schedae, quae Festi fragmento detractae apud Pomponium Laetum extabant.*" Idemque in fronte notarum haec de iis tradit: "*Ab eo (fragmento) separavimus schedas illas, quas a Marullo habuisse dicitur Pomponius Laetus, quod earum archetypum exemplar non extet, et pars altera paginarum, quae margini proximior ab igne mutilata fuit, neglecta ab iis, qui tunc fragmentum descripserunt, in praesentia desideretur. Quas autem nos edidimus, sunt illae quidem e doctissimi viri exscriptae chirographo, aliis editionibus non modo emendatiores, verum etiam aliquot locis auctiores; ut si qua praeter haec in vulgatis sint, ea plane non esse Festi credendum sit, sed e Pauli epitoma, aut aliunde petita.*" In his quod Ursinus eas schedas ab eodem codice detractas dicit, cuius fragmentum superest, de eo nulla esse potest dubitatio. Schedae enim ita comparatae sunt, ut fragmentum partim praecedant, partim maximam eius lacunam quae est inter p. 32 et 33. Ursini expleant, partim id continuent. Etiam hoc tantum non recte Ursinus, quod eam foliorum partem, quae igne vastata erat, neglectam ab iis esse dicit, qui schedas descripserunt. Quod ita ferme se habere, cum et ipse comparandis schedis cum Paulo intellexissem, facile erat singulos Laeti schedarum articulos in iis paginarum columnis disponere, in quas computato lacunarum ambitu inciderent. Qua computatione didici, octavi quaternionis Laetum habuisse sex folia, amissis iam duobus primis, sed et illa admodum lacera vel maculata, ita ut in plerisque pagellis dimidia tantum pars legi et describi potuerit. Decimi autem quaternionis omnia superfuisse folia, neque haec male habita, ita ut interior columna ubique fere integra legi potuerit. Sexti decimi denique quaternionis primum, secundum, sextum et septimum folium in Laeti manibus fuisse, eaque sic comparata, ut interiores scripturae columnae fere integrae extarent et in exterioribus quoque multa possent legi. Unum in ea re miror illud, quod ea, quae Ursinus p. 196, 5 - 32. habet, in exteriorem columnam (Qu. XVI, 27.) incidunt, et interior, quae integrior alias esse solet, vacua relinquitur. Verum tamen ea, quae in Qu. XVI, 27. posuimus, hinc facile removeri nequeunt, partim propter Pauli epitomen, partim propter crebras lacunas, quales in exterioribus columnis esse solent. Quo adducor, ut credam, interiorem huius extremae pagellae partem, quae igne vastari non poterat, alio casu ita foedatam esse, ut a Pomponii Laeto legi nequiret. Ultra sextum decimum quaternionem codex, cum integer esset, non videtur fuisse productus. Itaque tabula, qua modo fragmenti Farnesiani condicionem illustrare studuimus, sic poterit assumptis schedis expleri.

Qu. VIII,	col.	9 – 32.		Schedae Laeti	p. 167 – 172.	Urs.
IX,	—	1 – 32.		Fragm. Farn.	1 – 32.	
X,	—	1 – 32.		Schedae Laeti	172 – 187.	
XI,	—	1 – 4.	28 – 32.	Fragm. Farn.	33 – 40.	
XII,	—	1 – 32.		— —	41 – 72.	
XIII,	—	1 – 32.		— —	73 – 104.	
XIV,	—	1 – 32.		— —	105 – 136.	
XV,	—	1 – 8.	13 – 32.	— —	137 – 164.	
XVI,	—	1 – 8.	21 – 28.	Schedae Laeti	187 – 196.	

1) Pomponius Laetus, quem constat eundem esse, cuius, sub nomine Iulii Pomponii Sabini, prodierunt commentarii in Virgilium, in his ad Aen. III, 405. p. 340. ed. Bas. 1544. scripsit: *Apud Romanos velato capite sacrificabatur, Aeneium vocabatur sacrificium. sic meminit Pompeius.* Sumpsit haec, sed paulo incuriosius, e Festo Qu. XIV, 28, p. 322. v. Saturnia.

Schedas Laeti, quas Ursinus continuatas plerumque, ac parvis, non ubique ubi opus erat, lacunis distinctas edidit, quod ego in meis exemplaribus discerpere iisque codicis columnis assignare ausus sum, in quibus olim eas fuisse mihi persuaseram: hoc ne quis vanum et inutile artificium putet, reputet, sic non solum operis totius formam illustrari, sed etiam singulorum articulorum fidem vel confirmari vel attenuari. Velut quod locus iste de mundo, qui apud Ursinum est p. 169, 17 – 22, in exteriorem columnam (VIII, 23.) incidit, eo fidem eius, vel sententiae hiatibus et erroribus immixtis valde attritam, etiam magis imminui apparet. Hic et ubicunque ille, qui Pomponii Laeti schedas descripsit, paululum in exteriorem columnam evagatus est, ex iis, quae supererant, vocabulis sententiam magis aucupatus esse videtur, quam ipsa verba et syllabas religiose reddidisse. Caeterum non curavi, ut in hac schedarum dispositione singulorum versuum quam putarem fuisse in codice condicionem, ubique ad amussim exprimerem: quod si facere voluissem, longius mihi ab Aldo et Ursino discedendum fuisset, quam instituti mei ratio ferebat.

Una est Ursini sententia, illo quem commentamur loco exposita, quae vereor ne probari possit: quod dicit, si quae praeter schedas a se editas in vulgatis sint, ea non esse posse ex schedis. Nam neque Ursinus, neque alius eius aetatis V. D. ipsas membranas, quas Laetus habuerat, vidit: sed chirographum tantum, ut ait, habuit a doctissimo viro (ignoratur autem, a quo) exscriptum. Poterant autem eae schedae, quae in multorum manibus fuisse videntur[2]), etiam ab aliis describi, qui in exterioribus maxime columnis plura sibi legere posse viderentur, quam Ursiniani apographi auctor: sicut et hic aliquot locis plura repperit, quam qui eum in eo negotio praecesserunt. Significavimus in literis T et V. XII. glossas: *Tammodo*, *Taliam*, *Taepocon*, *Tartarino*, *Tame*, *Taurium*, *Termentum*, *Tensam*, *Tertium*, *Tutum*, *Veredis*, *Vehere*[3]), quas Antonius Augustinus partim ab Aldo Manutio, partim ab Achille Mafeo, et ab hoc quidem plerasque, sumpsit, Ursinus autem ignorat: omnes ita comparatas, ut Festo non indignae videantur, dummodo memineris, omnia quae ab exteriore pagellarum parte sumpta sunt, interpolationis labe magis minusve esse affecta. Neque aliud iudicium ferendum videtur de glossa *Teretinatibus*, p. 363. Qu. XVI, 6, 4., quam Ant. Augustinus aliquot verbis pleniorem habet, quam Ursinus, ex ipso codice, ut puto, sed parum diligenter et religiose exscriptis.

Supersederemus ancipiti hac quaestione, si ipsae Pomponii Laeti schedae extarent: sed has nemo post illius aevum vidit. Suspicor tamen, eas Romae alicubi delitescere: ex quibus latebris si quis eas in lucem protraxerit, is egregie de Latinis literis merebitur.

Posthac vix verendum, ne quem Charondae ille codex decipiat, etiam nostra aetate a viro iurisconsultissimo aliquoties commemoratus[4]). Hic enim liber, quem Charondas in Veterum Romanorum legibus restitutis, quas in publicum edidit Parisiis 1567., multo integriorem esse gloriatur, quam Augustini exemplaria[5]), si nulli fraudis culpae obnoxius

2) Polydorus Virgilius in Adagiis, 242. fol. 40. ed. 1521., haec scripsit: *Legere est in codice Festi Pompei vetusto, ex quo epitomae quod passim legitur circumscriptum fuit, Manium consecrasse Dianae Aricinae lucum Aricinum, quem Suetonius in Iulio Caesare Nemorensem vocat* (haec ipse addidit e Suet. Caes. 46.), *a quo Manii multi et clari orti sunt, et per multos annos fuerunt. Unde proverbium vulgatum: Multi Manii Ariciae, quae est civitas Romae propinqua.* Respicit locum in schedis Qu. VIII, 25, 17.: sed plenius eum ab illo cctum esse, non affirmaverim.

3) V. p. 359. 360. 363. 364. 372. Qu. XVI. 2. 3. 6. 7. 23. Glossa *Tutum* cur in Corollarium Glossarum p. 381. reiecta sit, eo loco dictum est.

4) V. Dirksen *Versuche zur Kritik und Ausl. der Quellen des R. R.* p. 291 sq. *Zwölf-Tafel-Fragmente* p. 362.

5) *Habeo enim*, ait Charondas, *mstum Festi librum multo integriorem illo, qui ab Augustino editus est, et sine Pauli epitome*: quae leguntur in quarto folio verso.

esset: existimarem, schedas quasdam e codice apud Laetum exscriptas casu ad eum pervenisse, auctas fortasse aliquot aliorum grammaticorum glossis. Sed quae ipse ex eo codice affert [6]), nimium quantum a Farnesiano libro abhorrent; et in homine, qui etiam Ulpiani titulorum unum duosve codices se habere testatur praeter eum, qui unicus superest [7]), proclivius est suspicari, etiam hoc Festi libro manuscripto vel ipsum Charondam deceptum esse, vel alios decipere voluisse. Accedit, quod eadem verba Charondas se in libro suo repperisse dicit [8]), quae ipse, cum anno 1555. Catalogum Legum XII tabularum conficeret, prava quadam coniectura ductus (nam nihil ibi de codice), addere voluerat [9]). Omnia denique, quae Charondas ex suo, quem dicit, codice profert, futilia et fictitia esse, non est quod demonstremus: ac bene factum hercle, quod Charondas Festum non ad hanc formam typis exscribi iussit, quod, si lector requireret, se facturum esse in calce libri sui pollicetur.

3. Hactenus de Festi codice ex Illyrico, ut aiunt, advecto, cuius partes et fragmentum Farnesianum et Laeti schedae fuerunt. Cum hoc autem propinquo nexu etiam eum coniunctum fuisse affirmo, ex quo Paulus suam epitomen effecit, tam propinquo, inquam, ut Farnesianum ex illo descriptum fuisse, nihil sit quod nos credere prohibeat. Hinc factum, ut Paulus permulta scripturae vitia reddiderit, quorum non Festo, neque antiquis scribis culpam tribuere liceat, sed iis librariis, quorum manibus Farnesiani codicis archetypum confectum est. Pauca ponam e plurimis, sed maxima illustria. Qu. IX, 3, 1. *quantitas* in Festi codice ut in *qualitas* mutetur, sententia postulat; sed etiam Paulus scripsit *quantitas*, p. 152 (102). Qu. IX, 4, 27. 28. *cetera* in Festi codice sensum pervertit, sed Pauli meliores codices id summa fide reddunt, p. 155 (103). Qu. IX, 29, 16. v. occentassint, *quia illam* in Festi codice scriptum est pro *querellam*; Paulus id p. 180 (111) verbis iisdem sensu plane cassis reddidit. Qu. X, 9, 25. Laeti schedae habent *Obstitum* pro *Obstipum*, errore inveterato; non secus Pauli codices p. 192 (114). Qu. XI, 1, 26. v. persicus, in Festo et Paulo p. 216 (118) eadem est corruptela *Persicus*. Qu. XI, 4, 19. v. porcae, *limi*, quod in Festi codice aperte falsum est, non emendatius legitur in Paulo p. 219 (119). Qu. XII, 32, 18. v. rutilium, error in *Rutilium* et *rutilias* in Paulum totus transiit. Qu. XIII, 9, 21. v. reus, definitio rei promittendo, ut in codice *non* omisso obscurata est, sic a Paulo redditur. Qu. XIV, 1, 4. *et de eo*, quo sensus corrumpitur, a bonis Pauli codd. redditur, ut in codice Festi legitur. Qu. XV, 3, 13. v. spara, corruptum *murices*, quod in Festi codice est, religiose servatur a Paulo. Accesserunt quidem in describendo Farnesiano codice non pauca vitia, quibus Paulus immunis est, ita ut hic et in corrigendis levioribus mendis et in explendis lacunis quibusdam haud contemnendum afferat auxilium. Ita quae in Festo Qu. IX, 25, 31. v. ningulus, Qu. XII, 4, 17. v. primanus, ac Qu. XIV, 25, 28. v. sagmina, desiderantur, Paulum apparet in suo codice integra legisse. Sed graviora tamen vitia atque interiores labes haec codicum stirps iam ante undecimum duodecimumve saeculum contraxerat: ac valido illo et exoptato praesidio, quod in critica arte factitanda alterius cuiusdam familiae codices afferunt, in ipso Festo emendando aegre caremus. Quid quod Paulus, ut haec ipsa graviora vitia evitaret, saepe necessarias sententiae partes omittere quam ignorantiam suam profiteri maluit. Ita cum in v. Querquetulanae, Qu. XII, 29, 17, *virae* non posset extricare e

6) Velut, quae in Festo suo v. nec, plorare, portum, sanates, vagulato, vindiciae legi scripsit.

7) V. Hugo in literaria iuris civilis historia p. 267.

8) His verbis: *In meo libro haec verba* (si pecuniam . . . quis nancitor, Qu. IX, 16, 25.) *tum in XII tabulis, tum in Foedere Latino repetuntur.*

9) Hic scripsit: *Vide an hoc caput* (pecuniam quis nancitor) *non magis sit foederis Latini, quam XII tabularum. Ego enim affirmare non audeo.* (In Tractatu universi iuris T. I. fol. 271.)

corrupto *ut re*, id plane omisit p. 260 (133). Item p. 239 (128) v. porcas, *in agris* scripsit, quia *inter duos sulcos* in codice Festi (Qu. XII, 8, 8.) expedire non poterat. Cf. Qu. IX, 5, 8. et p. 156 (104).

Haec cum codicis, quo Paulus usus est, condicio fuerit: inde iam eorum librorum manuscriptorum, qui Pauli excerpta continent, dignitatem aestimare licebit. Nam omnino in examinanda eorum codicum fide non ita incedendum est, ut ab iis partibus egrediaris, quarum solum Paulum auctorem habemus: sed primum cum Festi fragmento Pauli codicum comparatio instituenda est, ac iudicio, quod inde deduci potest certissimum, utendum in constituenda priori epitomae parte. Hac comparatione facta intelligitur, duo esse Pauli librorum codicum genera, alterum, quod ipsam Pauli manum reddat, passim propriis librariorum erroribus etiam magis inquinatam, sed nusquam correctam, scriptum a monachis Paulum ipsum stupore superantibus: alterum, quod Paulum vel emendatum vel interpolatum exhibeat, confectum a librariis philologis, Paulo vel doctioribus vel qui certe se doctiores putarent. Prius genus, praestantissimum illud, complectitur Monacensem et Guelferbytanum, quem Lindemannus secundum dicit: qui coniuncti ipsum Paulum ita repraesentant, ut perraro utriusque fidem spernere necesse sit, sin singulos contuleris, Monacensem etiam maiore religione omnia a Paulo bene male scripta, quae intelligi possent, non possent, reddidisse invenies. Alterius generis codices, qui et ipsi nonnullis viris doctis non displicuisse videntur, sunt Lipsiensis et Berolinensis. Sed opus est, ut de singulis pauca hic ponam.

Monacensis codex, qui olim S. Emmerani ad Ratisbonam fuit [1]), membranaceus est, formae quadratae minoris, initio, ut putant, saeculi XI scriptus. Contulit eum A. G. Cramerus, celeberrimus Ictus, et variantem inde lectionem ad Lindemannum transmisit, summa, ut ait, fidelitate enotatam [2]). Qua autem fide hic codex Paulum et cum Paulo Festi codicis, quo ille usus est, bona et mala reddat, sexcentis demonstrari potest exemplis. Pauca ex diversis Festi partibus apponam, non dilectu facto, ut callide codici patrociner, sed primis quibusque obviis casu apprehensis. Unus Monacensis cum Festi codice (Qu. IX, 10, 8.) conspirat in v. modo quodam p. 160 (105), caeteri omnes propius vel longius discedunt, etiam Guelferbytanus, qui verba: *a modo fit*, omittit. Qu. IX, 17, 19. codex Festi habet vitiose: *Nassa est piscatoria vasis genus*, non aliter in Paulo p. 168 (108) Monacensis et Guelferbytanus uterque: caeteri *piscatorii*, e correctione. Qu. XII, 25, 34. ex eo, quod in codice est, *Quietaliis* Monacensis effecit *Quietalus*, caeteri *Quietalis*. Qu. XIII, 26, 23. v. rica, solus Monacensis servavit antiquam scripturam Festi *sucida*, p. 288 (139), sicut Qu. XIV, 7. 8. *ficosque* et *colos*, quae Guelferbytanus obliteravit, p. 303 (142). Maximam laudem meretur Monacensis, quod p. 331 (147) unus vocc.: *ut ait Santra*, servavit, quae novissimus editor cum caeteris libris respuit, cum aperte ex Festo Qu. XV, 5, 2. ducta essent. Cf. etiam p. 228 (125) cum Qu. XI, 29, 6. Interdum tamen etiam Guelferbytanus Monacensem religiosa illa fide in vitiis conservandis vincit, ut corruptum *paceo*, Qu. XII, 20, 25. v. pacionem, ab illo, non ab hoc servatum est. Qu. XII, 25, 14. v. quisquiliae etiam vera lectio, quae absurda esse videbatur, *quidquidcadiae*, a Guelferbytano solo servata est, p. 256 (132). Qu. IX, 7, 24. in codice Festi corrupte utrumque legitur *qui quod*: alterum adscivit Monacensis, alterum Guelferbytanus.

Guelferbytanus hic codex, quem Lindemannus secundum dicit, membraneus est, forma quadruplicata, saeculi decimi vel antiquior, ut putant, olim Ludovici Carrionis. Inscriptionem habet: *Excerpta ex libris Pompei Festi de signi-*

1) Id testatur A. G. Cramerus in annot. ad Scholia Iuvenalis Sat. XIV, 180. p. 612., ubi saeculi decimi membranam dicit.

2) V. Crameri literae ad Lindemannum, in Festi ab hoc editi T. II. p. XI. Videtur tamen leviora quaedam omisisse, nisi forte Lindemannus ea suppressit. Ita Spengelius in Caecilii Statii fragmentis p. 11. in Paulo v. summussi, p. 299 (141), Monacensem codicem habere testatur: *occul tate geti cemus*, ubi Lindemannus nullam variantem lectionem indicat.

ficationibus verborum. Hunc Lindemannus suae editioni ita fundamento subiecit, ut plurima ex eo uno in contextum introduceret, maxime in verborum collocatione, cuius quidem novandae librarium illum cupidiorem fuisse puto.

Idem alterum adhibuit Guelferbytanum, chartaceum, saeculi quinti decimi, qui nulla fere habet propria sibi bona, sed multa peculiaria vitia. Eidem hunc stirpi attribuendum esse, ex qua prima typis expressa Pauli exemplaria fluxerunt, inde colligitur, quod eam partem literae I. plane omittit, quae exemplaribus illis in calce addita est, inde a voc. *Incomitiare* usque ad libri finem [1]). Quae autem ex litera M. in vetustissimorum exemplarium calce addita reperiuntur inde ab initio usque ad voc. *Me castor:* haec a Guelferbytano non absunt quidem plane, sed multis glossis singulisque verbis omissis truncata sunt [2]).

Berolinensis codex, membraneus, octonis foliis complicatus, saeculi, ut traditur, tertii decimi, et a Lindemanno ipso inspectus est, et a Niebuhrio cum Veneto Pauli exemplari collatus, cuius notatis Lindemannus usus est. Hic, si aetas eius recte traditur, medii quidem aevi est, sed comparatus cum Monacensi et Guelferbytano novitius et correctus. Ubivis enim ostendit, id certe studuisse librarium, ut verba scriberet, quae possint intelligi. Saepe etiam viam monstrat, qua interpolatio in Paulo longius progressa est: velut in art. *Bulimam* p. 32 (27) *mariscam ficum*, quod in bonis codicibus est, in eo libro, unde editio princeps expressa est, transiit in *mare scanficum*; hinc Berolinensis codex effecit *mare scansicum*, Guelferbytanus chartaceus *mare santansicum*: donec exortus est Lipsiensis, qui pari acumine et doctrina inde *mare Sicanium* procudit. Berolinensem codicem a librario scriptum esse, qui Gellium novisset, p. 222 (121) ad v. pellicem conieci: idemque confirmat glossa Municipium ex Berolinensi codice ab Lindemanno p. 93. apposita; tota enim exscripta est e Gellii N. A. XVI, 13. [3]).

Lipsiensis codex idem est, qui Varronis reliquias una continet, chartaceus, formae maximae, recentissimae aetatis. E bono atque antiquo libro eum descriptum esse, quae est opinio Lindemanni p. XIII., non praefracte negaverim: sine dubitatione autem affirmo, eum renascentis philologiae tempore viri docti expertum esse strenuam *διασκευήν*. Quo factum est, ut non raro cum emendationibus, quas A. Augustinus in margine apposuit, conspiret [4]). Qui eum scripsit, Plauti in lectione satis erat versatus, ut versui, p. 113 (84) v. inlex laudato, fabulae nomen Asinariae adiicere posset, ab ipso Paulo omissum, et omnino haud exiguam prodit antiquarum literarum et rerum cognitionem. Saepe in refingendis Pauli scriptis tam libere grassatus est, ut sententiam magis quam verba redderet, ut in v. Naenia p. 163 (105), vel diversa plane verba poneret, quam quae in antiquioribus libris invenerat, ut p. 26 (22) v. antiquum. Denique multa ad-

1) V. Lindemann. P. I. p. 79. In Guelferbytano etiam pars lit. O. recentiori manu addita est (v. Lindem. p. 110.): sed haec in principe editione non desideratur.

2) Easdem glossas paene omnes omittit Lipsiensis codex. Coniicio in codice huius familiae progenitore in litera I. defuisse quattuor folia, in lit. M. autem duo ita fuisse lacera vel maculata, ut ab aliis aegre describerentur, ab aliis plane omitterentur. Nam quae in lit. M. desunt, dimidium eorum efficiunt, quae in lit. I. desiderantur. Et quod in editionibus antiquissimis pars articuli *In insula Aesculapi* adhaesit articulo *Imparentem* (ita certe in edit. Io. de Colonia factum est): id inde puto factum esse, quod haec vocabula in binis foliis sibi opposita essent. Diligentius haec persequerer, si inde fructum aliquem in crisi exercenda capi posse sperarem.

3) V. propter eandem rem annot. ad p. 222 (121) v. pellices. In eodem codice p. 113 (84) v. inlex e Plauto rectior scriptura *lectus* reposita esse videtur. Idem p. 341 (150) v. septimontium, cum Lipsiensi Caelium montem ex propria scribae doctrina additum habet, atque etiam immodestius eam doctrinam venditat p. 164 (106) v. nectar, quod ab negatione et *κτείνω* ducit.

4) ut p. 26 (22) *Apor* ab utroque in *Apot* mutatur. Cf. annot. p. 93. ad v. Flaminia.

miscet nova, vel integras glossas, ductas e commentariis in Virgilium, Plinio, Gellio, aliis glossariis [1]), vel earum, quas Paulus e Festo excerpserat, augmenta [2]).

Praeter hos quinque codices, quorum variante lectione composita Lindemannus de Paulo egregie meruit, permulti in bibliothecis Helvetiae, Galliae, Britanniae, Italiae asservantur. Ac Caspar Barthius quidem suos codices tantis mactat laudibus, ut vehementer mirer, lectiones ex iis ab eodem excerptas et in Adversariis passim expositas recentioribus criticis non movisse appetitum illorum codicum cognoscendorum. Duobus autem Casp. Barthius usus est libris, altero membraneo, quem saepe cascum et vetustissimum dicit, et quem ipse suo redemptum aere se possidere testatur, altero in bibliotheca Academiae Basileensis asservato, chartaceo, quo rarius utitur, quanquam et hoc, ut ait, non spernendo [3]), saepe etiam cum illo conspirante. Sed utriusque pretium, quod tam extollit Barthius, perexiguum deprehenditur, si ad normam bonorum librorum exigitur. Lectiones maxime notabiles passim in annotationibus posui; hic quaedam ex litera A ponam [4]), quae ostendant, iam ante philologorum aetatem interpolatorum studium in Paulo multa novasse. P. 14 (13) pro *Avillas*, *agnus recentis partus* habet: *Agnellus, agnus recentis partus.* P. 16 (14) v. ambitus: *Ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est ipsa actio a circumeundo supplicandoque*, in quibus voce. *ipsa actio* translata sunt e sequentibus. P. 17 (15) v. angiportus, legitur: *angustus portus, hoc est aditu importunus* a sciolo factum ex *aditus in portum.* Glossa Athanuvium p. 18 (16) ita scripta est: *Acacinium est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Potiani* (quod in Berolinensi aliisque deterioribus codicibus est) [5]), unde Barthius se effecisse gaudet veram legitimamque scripturam *Aquatinium.* Eadem in pagina v. atroces Basileensis codex habet: *Τρέμω enim Graece dicitur timeo, τρέμειν timere*, inutili loquacitate. P. 20 (17): *Arillator, coctio, qui etiam cocio appellatur, dictus videtur a voce graeca, quae officium ipsius significat, quia sequitur merces, ex quibus quid capiens lucelli possit dollerare*, inficeta et monastico stupore digna interpolatio. Sunt etiam, quas proprias addat hic codex, glossae, sed eas fere omnes ex Solino sumpsit, ut de aconitis (Barth. XL, 14.) e Polyhist. 45, 43., de Caucaseo monte (XLI, 8.) ex eodem 49, 6. Cf. annot. ad p. 32 (27) de Bucephalo. Etiam Agelii, i. e. Gellii, sententiae quaedam ei codici in margine adscriptae a Barthio memorantur, XXXVIII, 11. Caeterum pleraque, in quibus Barthii codex variat, vulgaria sunt menda et vitia, qualia in quovis deteriore libro reperiuntur; nec mirabile, e coniecturis, quas Barthius illis superstruxit sat multas, vix unam aliquid ad emendandum Paulum contulisse, plurimas autem esse infelicissimas [6]).

1) ut Ebenus, Electrum, Ebulus, Fugere, Indemortui, Indignus, Papirus, Supernum mare, Sinus (e Suetonio illo), Sabei, Simus, S litera etc. Cf. Corollarium glossarum p. 380.

2) Ita p. 164 (107) articulo: *Nefasti dies N litera notantur*, addit haec: *Fasti vero F. cum dies sunt nec fasti nec nefasti notantur* (excidisse apparet notam N. P. vel ENDOT.). Item p. 104 (77) glossae *Iuges* addit: *iuges aquas perpetuo fluentes dixerunt*, et ad eundem modum non pauca alia.

3) Perspicue de utroque codice loquitur maxime XXXIX, 5. coll. XXXVIII, 11. XL, 1. (ubi dicit se Basileensi codice paucis diebus uti potuisse) et 11. Nuper Basileensem codicem commemoravit Henr. Meyer. Oratt. Roman. fragm. p. 200., qui in eo v. Sufes p. 308 (143) ita legi scribit: *Sufes consul lingua Poenorum. Caecilius inquit Senatus censuit referentibus suffetis.* Barthii codex inscriptus erat: *Festi Pompei Latinae linguae censoris acutissimi, de origine ac proprietate vocabulorum liber foeliciter incipit.* V. XXXVIII, 11.

4) Lit. A. Pauli tractat C. Barth. Advers. XXXVII, 21. et maxime XL, 11. 14.

5) Cum Berolinensi codice etiam alias propinqua est Basileensi libro affinitas, velut p. 54 (42) v. cercolopis hic *Catholipis* habet, ubi Berol. *Cartolipis*, p. 57 (44) v. colluviaris *colluvie hyeme*, ubi Berol. *colli hyeme.*

6) Velut cum egregiam illam glossam p. 26 (22) Ambaxio etc., in qua Basileensis liber *Ambrasio* vel *Ambraxio* habet, ita corrigit: *Amaxibii populi circumeuntes catervatim.* Intelligit autem ἁμαξοβίους Scythas.

Unum est, quod de his libris scriptis addere operae pretium esse videtur. Barthius in Advers. XXXIX, 5. ex membranis suis et Basileensi codice duas affert glossas, quarum in vulgatis libris, ut ait, nec vola nec vestigium est, *Vindicta* et *Vindicius*. Posuimus eas in his exemplaribus p. 381. Iisdem glossis A. E. Egger, in Festi fragmento hoc anno Parisiis edito p. 291., auctiorem esse significat eximium, quem dicit, codicem *Parisinum* n. 7662., quem editorum nemo consuluisse videatur. Eximium non recte diceret V. D., si aut ipse Barthii hic codex esset, aut eiusdem farinae alius: sed de hac re iudicium differam, donec eius libri condicio accuratius descripta erit. Monacensi autem et Guelferbytano, maxime si utrumque recte coniunxeris, vix melior esse potest.

Dacerius, qui interdum Pauli librum a se consultum memorat, nescio hunc an alium Parisinum (nam plures in bibliotheca Regia asservantur) adhibuerit [1]). Nec scio, codex vetus, qui Danielis, post Iosiae Merceri fuit, et a Salmasio laudatur [2]), in eandem bibliothecam venerit, an alibi delitescat.

In Anglia Pauli libros manuscriptos esse testatur C. Barth., qui non Pompei, sed Pomponii Festi nomen prae se ferant [3]).

Neapoli tres sunt manuscripti Pauli codices, unus membraneus, duo chartacei, quorum notitiam V. Cl. Arndtsii diligentiae debeo. Membraneo sub epistola Pauli ad Carolum Regem inscriptum est: *A. Ianus Parrhasius emit sibi et amicis in urbe Roma aureolo*, et in margine penultimae pagellae: *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento* [4]). Desunt in hoc codice eadem vocabula, quae in antiquissimis exemplaribus typis excusis in litt. I et M. desiderantur; eademque in octo chartis ad membranarum calcem annexis eodem ordine, quo in libris excusis, adiecta reperiuntur. Quam ob rem huius codicis lectionem non multum ab editione principe differre auguror.

Chartaceorum alteruter forsitan non differt ab eo libro manuscripto, quo Fulvius Ursinus in emendanda Pauli epitome saepe se usum esse profitetur, p. 51 sqq.: unde quaedam inesse egregia et quae desiderium moveant plenioris lectionis apparet. Etiam Antonius Augustinus veterem librum ad Paulum adhibuisse videtur, sed rarissime eum commemorat, velut in notis ad v. fastis diebus p. 93 (70), insuasum p. 111 (83), Peligni p. 222 (121), in margine adiectis. In quibus libris conquirendis maius studium ut poneretur, suaderem, nisi iam Monacensi et Guelferbytano illo libro collato Pauli lectio solidissimo fundamento superstructa esset.

Cap. II.

DE GENUINA VERRII ET FESTI OPERUM FORMA.

1. Iam ad quaestionem in nostra disputatione gravissimam pervenimus, quae olim fuerit forma Verriani operis, et quibus modis Festus e Verrio et Paulus e Festo novum opus condiderit. M. Verrium Flaccum, accepimus, Augusti temporibus ita inclaruisse dicendi genere, ut ab ipso Principe nepotibus eius, Gaio et Lucio, praeceptor electus cum tota schola in Palatium transiret, ea tamen lege, ne quem amplius posthac discipulum reciperet. Ita

1) In v. cingulos, p. 43 (34), eandem lectionem e Ms. profert Dacerius, quae est in Berolinensi codice: *ubi cingi solent.*

2) Exerc. Plin. p. 263, 1 f., ubi *Scrautum*, unice veram lectionem in Paulo p. 332 (148), inde affert.

3) Barth. Advers. II, 3.

4) De codicibus sic inscriptis diligenter egit Frid. Blumius It. Ital. IV. p. 20.

Sueton. de illustr. gramm. 17. cf. c. 18. Haec credibile est, eo tempore facta esse, quo C. et L. Caesares pueri decem septemve annorum erant, i. e. circa annum ab u. c. 744. a. Chr. 10. Atque Augustus quidem tanto in honore habuit Verrium, ut eius dicendi genus, quippe emendatissimum et plane Latinum, Annii Cimbri obscurae et barbarae fere elocutioni (de qua Imm. Huschkius dixit in docta commentatione) opponeret: si quidem in Suetonii Octavian. c. 86. pro Veranio Flacco Verrius ab Ernestio aliisque recte restitutus est.

Decessit, ut ait Sueton. de illustr. gramm. 17., aetatis exactae, sub Tiberio. Statuam habuit Praeneste, in superiore fori parte, contra hemicyclium: in quo fastos a se ordinatos et marmori perite incisos publicarat (sic in plerisque libris manuscriptis legitur). Constat, hoc hemicyclium a. 1770. Praeneste esse e ruderibus effossum et circa illum inventam esse marmorearum tabularum partem, a Francisco Fogginio egregio studio compositam et in publicum editam. Continentur iis tabulis, quae etiamnum supersunt, Ianuarius, Martius, Aprilis, December cum notatione dierum fastorum, nefastorum, intercisorumque, omniumque sacrorum et publicorum et domui Augustae domesticorum, addita caussarum, cur singuli dies celebrentur, explicatione. Qua in re eadem plane proditur doctrina incomparabilis, quae in opere de verborum significatione elucet, ita ut altero in altero interpretando et (cum utrumque monimentum similem aetatis labem passum sit) etiam restituendo maxime usus sit. V. annot. in Paulum v. Agonia p. 10 (9), et supplementum annotationis in Festum v. Regifugium p. 278. Qu. XIII, 15, 6. Hos fastos, certis documentis colligitur, Tiberio iam regnante vel confectos vel additamentis auctos esse [1]).

His occupatis ut de ceteris Verrii operibus breviter dicamus, sed ita ut nihil eorum desideretur, quae in Festi exemplaribus proponi solent: Verrius scripsit rerum memoria dignarum libros plures, ex quorum primo Gellius N. A. IV, 5. historiam de Etruscis haruspicibus propter malum consilium punitis profert. Iisdem libris usum esse Plinium, probabile est, in condendo de naturali historia opere, cuius in elencho Verrium Flaccum inter auctores nuncupat l. III. VII. VIII. XIV. XV. XVIII. XXVIII. XXIX. XXXIII. XXXIV. XXXV., eundemque nomine citato, sed libro tamen non indicato, testem advocat VII, 53, 54. §. 180. de mortibus repentinis; VIII, 6, 6. §. 17. de elephantis Romae in circo ostensis; IX, 23, 39. §. 77. de praetextatis anguillarum tergore verberatis; XVIII, 7, 11. §. 62. de farre antiquo P. R. victu; XXVIII, 2, 4. §. 18. de deorum evocatione; XXXIII, 3, 19. §. 63. de aurea Tarquinii Prisci triumphantis tunica; XXXIII, 7, 36. §. 111. de Iovis facie minio illita. Etruscae antiquitatis ut peritissimum se ostendit Verrius in excerptis librorum de verborum significatu: ita Flaccus, ex cuius Etruscarum rerum pauca, sed doctissime scripta, nuper ex interpretibus Virgilii ab Angelo Maio editis emerserunt, recte idem ac Verrius haberi videtur. Legitur ad Aen. X, 183.: *Urbis Agyllinae sedes.* [*Verrius*] *Flaccus primo Etruscarum: Agylla, inquit, ab Etruscis . . . .* [*videli*]*cet nominata est Cisra, quod esset Tiberis Etruscis primus agris subiectus. Omnem enim p. . . .* [*conp*]*lexa oppidum est Caere vocitatum.* Et ad X, 198.: [*Flacc*]*us Etruscarum I: In Appenninum, inquit, transgressus Archon* (*Tarchon*) *Mantuam condidit.* De rebus sacris pluribus libris scripsisse Verrium inde collegerim, quod singularem libellum inscripsit Saturni nomine, ex quo haec protulit Macrob. Sat. I, 4.: *Saturnaliorum dies apud Graecos quoque festi habentur,* et: *Dilucide me de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror.* Quae idem I, 8.: *Cur autem Saturnus ipse in com-*

1) Quod Fogginius p. IX. et 87. ex iisdem sumptum dicit, Iunonium pro Iunio dictum in fastis Praenestinis secundum auctoritatem Ovidii F. VI, 62. et Macrobii Sat. I, 12., id non rettulerim ad Verrianum opus, sed ad proprios Praenestinorum fastos, qui in eruditorum notitiam non aliter pervenerant, quam Aricinorum, Tiburtium, Tusculanorum aliarumque Latii civitatum fasti.

pedibus visatur, Verrius Flaccus se ignorare dixit, ex eodem opere ducta esse apparet: quae vero idem I, 6. de Circensi pompa a puero e coenaculo despecta, et I, 10. de Angeronae nomine, et I, 12. de Veneris sacro a matronis facto [1]); Saturno non maiori iure tribuuntur, quam alii cuidam et incognito de rebus sacris libro. In eundem censum veniunt, quae Lactantius Verrio auctore de Faula Herculis scorto memorat, Instit. 1, 20. Adde haec ex Servio, vel rectius antiquis Virgilii interpretibus, qui cum Servio commixti sunt, in Aen. VIII, 203.: *Solus Verrius Flaccus dicit, Garanum fuisse pastorem magnarum virium, qui Cacum adflixit; omnes autem magnarum virium apud veteres Hercules dictos.* Cf. Festus Qu. XII, 4. v. Romam. Item in Aen. XI, 143.: *Alii sicut Varro et Verrius Flaccus dicunt: Si filius familias extra Urbem decessit, liberti amicique obviam procedunt, et sub noctem in urbem infertur cum cereis facibus praelucentibus, ad cuius exsequias nemo rogabatur.* Cf. Paulus p. 368 (158) v. vespae et vespillones.

Caeterum haec omnia etiam ex nobilissimo de verborum significatione opere ducta esse posse, ipsa Festi excerpta ostendunt, disputationum de sacris rebus quam plenissima. Ex scriptoribus, qui praeter Festum supersunt, unus A. Gellius hos Verrii libros cum inscriptione eorum memorat, V, 17, 1. his verbis: *Verrius Flaccus in quarto de verborum significatu dies, qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefastos dixit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit: Urbe, inquit, a Gallis Senonibus recuperata*, et quae secuntur, quae omnia hic apponere opus non esse videtur. In excerptis, quae habemus, nulla supersunt disputationis vestigia, quanquam, quae Qu. IX, 27, 6. leguntur, ut mihi restituenda visa sunt, optime cum illis concinunt. Idem Gellius V, 18, 2., postquam exposuit, historiam earum tantum rerum esse, quibus interfuerit is qui narret, ita pergit: *Eamque esse opinionem quorundam, Verrius Flaccus refert in libro de significatu verborum quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autem videri, putat, nonnihil esse rationis in ea opinione, quod historia Graece significet rerum cognitionem praesentium.* De numero libri a Gellio tradito inferius dicam.

Quae a grammaticis passim referuntur Verrii sententiae de vocabulorum formis et significatu, ex iis nonnullae videntur ex his libris sumptae esse, non omnes tamen, cum et alia eiusdem fuerint grammatica opera. Libris eius de orthographia rescripsit, ut ait Sueton. de illustr. gramm. 19., Scribonius Aphrodisius, non sine insectatione studiorum morumque Verrii. Ex his putaverim haec ducta esse, apud Charisium I. p. 75. P.: *Alicam sine aspiratione dictam Verrius tradit*; et apud eundem I. p. 43.: *Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per E.*; item p. 75.: *Manibias per duo I. dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius, dictae* (sed in Festo Qu. VIII, 16. legitur *manubiae*); item p. 82.: *Nomenclator sine V. dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator*; item p. 75.: *Polenta dici debet per O., cuius rei Verrius Flaccus rationem reddit, quod usu omnium poliatur.* Praeterea haec ex Diomede I. p. 361 sq. P.: *Inchoo inchoavi; sic dicendum putat Iulius Modestus. . . . . Sed Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt. Cohum enim apud veteres mundum significat*: ubi, nisi Diomedes graviter erravit, Flaccus alius intelligitur grammaticus, Granius puto. Etiam Velii Longi de orthogr. haec ad eosdem libros revocaverim,

1) Quae ibi Macrobius: *Non tamen negat Verrius Flaccus, hoc die postea constitutum, ut matronae Veneri sacrum facerent: cuius rei causam, quia huic loco non convenit, praetereundum est:* Fogginius p. 40. traxit ad Praenestinos fastos, in quibus ad Kalend. Apriles legitur: FREQUENTER. MULIERES. SUPPLICANT . . . FORTUNAE. VIRILI. HUMILIORES. ETIAM . . . IN. BALINIIS. QVOD. IN. IIS. EA. PARTE. CORPO . . UTIQVE. VIRI. NUDANTUR. QVA. FEMINARUM. GRATIA. DESIDERATUR. At haec omnia ad Fortunam Virilem tantum spectant, ut discitur etiam ex Ovidio F. IV, 145.: nec, si cum Fogginio Veneris nomen inferseris, docuit Verrius, cur matronae eo die Veneri sacrum facerent.

p. 2238. P.: *Nonnulli synaloephas quoque observandas circa talem scriptionem existimaverant, sicut Verrius Flaccus, ut ubicunque prima vox M. littera finiretur, sequens a vocali inciperet, M. non tota, sed pars illius prior tantum scriberetur, ut appareat exprimi non debere.* Dubitantius eodem refero ex Velio p. 2215.: *Verrio Flacco videtur, eandem esse apud nos V. litteram, quae apud Graecos Υ.: namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt κύμινον, nos cuminum; quam illi κυπάρισσον, nos cupressum, illi κυβερνήτην, nos gubernatorem; nec non ex eiusmodi Theseus, Menoeceus, Peleus, et similibus adfirmat.* Et ex eodem p. 2216. de literis *X.* et *Ψ.*: *Verrio Flacco placet mutas esse: quoniam a mutis incipiant, una a C., altera a P.: quod si aliquos movet, quod in semivocalem desinant, sciant, inquit, Z. litteram sic scribi ab iis, qui putant illam ex Σ. et Δ. constare, ut sine muta finiatur.*

Aliae Verrii sententiae ad genera nominum pertinent, in qua re auctoritatem eius Arnob. adv. gent. I, 59. laudat: de qua quo potissimum libro scripserit, ignoratur: quae de verborum significatione supersunt, pauca de ea re, ex prisca Latinitate repetita, continent. Priscianus VI. p. 686. T. I. p. 233. ed. Krehl.: *alec foeminino genere . . . Caper ostendit de dubiis generibus Verrium Flaccum posuisse, alecem hanc.* Charisius I. p. 78.: *Clunes . . . Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam in IS syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis, cinis, crinis et similia.* Idem p. 84.: *Cum: quid hoc est hominis? quaeritur, inquit (Varro), de alicuius quaero hominis qualitate, qui necesse sit: hic masculine dicendus est, ut Verrius ait, quoniam neutra in I et in VS non exeunt.* Idem p. 82. de voc. sal: *quod genus (neutrum) Verrio etiam placuit.* Alia ad declinationem nominum spectant, ut haec ex Charisio I. p. 69. et 114.: *Verrius panum sine* I. p. 95.: *Helenius Acron . . . Verrium dicit errare, qui putat hos ambo dici debere.* p. 79.: *Lacte sine vitio dicimus. nam et Cato sic dixit . . . . Sed et Valgius et Verrius et Trogus.* p. 101.: *Verrius Flaccus, inquit Plinius, eorum nominum, quae NS finiuntur casu nominativo, ablativus in E dirigendus est.* Idem II. p. 164.: *Nonnulli etiam ex participiis putaverunt talia figurari, ut Verrius Flaccus, qui ab eo, quod est audens, audenter.*

Aliis distinguuntur synonyma, quod interdum etiam fit in Festi fragmentis. Charisius I. p. 65.: *gibber, ut Verrius ait, ipsum vitium dicitur, ut tuber: gibberosus habens vitium, ut tuberosus.* Diomedes I. p. 372.: *Differt fatigatus a fesso, ut Verrius ait, quod fatigatus dicitur, cum quis per alium laborare compellitur, ut lassatus: fessus vero, cum quis laborare deficit, ut lassus.* Charisius I. p. 79.: *Verrius Flaccus sic distinxit: modica esse labra, labia immodica, et inde labiones dici.* Aliis etyma vocabulorum explicantur: quod quidem omnium etiam in his excerptis creberrime fit. Gellius XVI, 14, 3.: *Verrius Flaccus: Festinat, inquit, a fando dicitur: quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae habent.* Haec quanquam in Festi Paulive excerptis nunc non leguntur: leguntur tamen Catonis verba ex oratione de suis virtutibus, quae Verrium impulere, ut in significatum vocc. festino et propero inquireret, p. 234. Qu. XII, 4, 18. v. properare: ridiculum autem illud etymon, etiam a Gellio iure repudiatum, Festus tacitus removisse videtur. Illa autem, quae Isidor. Origg. XIV, 8, 33.: *Amoena loca Varro dicta ait, eo quod solum amorem praestent, et ad se amanda alliciant. Verrius Flaccus, quod sine munere sint, nec quidquam his officiat: quasi amunia, hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur; inde etiam nihil praestantes immunes vocantur,* videtur Paulus p. 3. ita contraxisse, ut Varronis tantum sententiam, a Verrio repudiatam, redderet. Isidorum enim in componendis Originum libris Verrii Festive opus in manibus habuisse, multorum locorum similitudo persuadet. Non disconveniunt, quae interpres Virgilii cum Servio coniunctus apposuit ad Bucol. VII, 53.: *Verrius Flaccus iuniperum*

iuvenem pirum dicit. Aliena autem ab his de V. S. libris existimo, quae Gellius N. A. XVIII, 7. ex libro sibi a Favorino misso excerpsit, quem Verrii Flacci fuisse opinatur (quodsi de verborum significatu e libris fuisset, non dubitasset opinor): *Senatum dici et pro loco, et pro hominibus: civitatem et pro loco, et oppido, et pro iure quoque hominum, et pro hominum multitudine: tribus quoque et decurias dici et pro loco, et pro iure, et pro hominibus: concionem autem tria significare, locum, et verba, suggestumque unde verba fierent; item significare coetum populi adsistentis; item orationem ipsam, quae ad populum diceretur.* Simillimus tamen de foro locus est in Pauli excerptis p. 84.

Quae omnia quo et quali ex opere desumpta videantur, eo inutilius est quaerere, quod Verrius quavis occasione oblata grammaticas quaestiones agitare solebat. Ita in epistolis, Servius narrat in Virg. Aen. VIII, 423., Verrium *exemplis, auctoritate, ratione* probasse, *antiquos in adverbiis pro V. O. plerumque ponere consuetos* (ut pro huc dicerent hoc) [1]).

Sed unum reposui quasi et reservavi Verrii opus, ut de eo separatim dicerem, quod hinc spes est, fore ut epitomes, quam in manibus habemus, e Verriano opere a Pompeio Festo factae, forma et origo clarius perspiciatur. Etiam huius operis mentionem uni debemus Gellio, qui N. A. XVII, 6, 2. 3. haec scripsit: *Quaerebatur, servus recepticius quid esset. Libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. In libro secundo scriptum inventum est, recepticium servum dici nequam et nulli pretii, qui cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium receptusque sit. Propter ea, inquit, servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa compellaret.* Haec quaeso compares cum illis, quae apud Festum Qu. XIII, 20, 24. leguntur: *Recepticium servum, Cato in suasione legis Voconiae cum ait, significat, qui ob vitium redhibitus sit: "ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet":* ac facile intelliges, non solum eadem Catonis verba, sed etiam eodem plane modo ea explicari: ut, nisi Verrius in diversis libris eadem posuerit, Festum haec e libro de obscuris Catonis sumpsisse necesse sit.

2. Quo cum pervenimus, gradum ut referamus opus est ad id ipsum Verrii opus, cuius epitome et epitomae epitome etiamnum supersunt, et ex his epitomis, quale fuerit integrum opus, dispicere conemur. Qua in disputatione ne propter nimiam cautionem obscurus fiam, ponam statim, quae ex ipso ordine, quo tituli et in Festo et in Paulo se deinceps excipiunt, effecisse mihi videar, disputationis meae capita:

I. Uniuscuiusque literae duae sunt partes, altera, in qua praeter primam literam in vocabulis disponendis etiam secunda, saepe etiam tertia et plures observantur: altera, in qua nulla plane literarum praeter primam habetur ratio [2]), sed rerum in articulis coniunctis quaedam conspicitur affinitas.

II. In priori et altera parte persaepe idem vocabulum recurrit, ita ut bis explicetur, et ita quidem interdum, ut auctor diversas de eadem re prodat sententias. Singulae autem partes cum

1) Quae ex ipso Verrio antique dicta proferuntur, ut *abominaretur* passive positum a Prisciano VIII. p. 791 (368 Krehl), non inter eius sententias recenseri debent. Etiam poetam fuisse Verrium, idem refert Priscianus VIII. p. 792 (370), cum versum apponit: *Blanditusque labor molli curabitur arte.*

2) Ne quis autem his opponat, interdum tamen etiam in hac parte quaedam vocabula deinceps posita inveniri, quae secundam literam communem habeant. Id enim non nisi casu in frequentissimo quoque literarum nexu reperitur. Omnino, nisi quis prima saltem probabilitatis calculi, quem dicunt, elementa tenuerit, nunquam, quae in his rebus casui, quaeve consilio debeantur, inter se dignoscere poterit.

per se examinantur: prior nulla offert eiusdem vocabuli bis positi exempla: altera non pauca, sed quae ad diversa rerum capita spectent.

III. In altera parte insunt per omnes fere literas Catonianae glossae deinceps positae, quas ex libro de obscuris Catonis sumptas esse apparet; insunt glossae Plautinae; insunt de augurali iure collectanea certo loco disposita.

IV. Priori parti in quibusdam literis glossae quaedam praemissae sunt, pleraeque fausti ominis caussa vel propter singularem rerum dignitatem in fronte positae.

Quae sententiae cum ad grammaticorum horum librorum historiam describendam aliquantum conferre videantur: tum etiam in genuina singulorum articulorum forma restituenda non raro magnum habent momentum. Quocirca operae pretium me facturum esse puto, cum et Festi et Pauli excerptorum tabulam quandam proponam, in qua totius operis forma sub uno conspectu ponatur. Quae hanc turbare videantur, sive ea expedire potero, sive non potero, inferiori margine apponam. Caeterum quod in Paulo literarum ordo et propter excerptorum tenuitatem et plures locorum mutationes factas minus conspicuus est quam in Festo, eo vix metuo ne quis offendatur.

A.

p. 1. Praemissi articuli IX., quorum primus est Augustus, cui additi sunt Augur et Auspicium: scilicet in honorem Augusti principis et boni ominis caussa [1]).

2.	P. I.	Aq.	art. IV.
3.		Ax.	— III. [2])
3. 4.		Arm.	— III.
4.		Alb.	— IV.
4. 5.		Amb.	— X. [3])
5–8.		Al.	— XXI., in quibus nusquam est Alb. [4])
8.		An.	— VII., plerique Ant. [5])
8. 9.		Au.	— IV.
9.		Ac.	— III. [6])
10.		Ag.	— V. [7])

1) Non alia ratione, quam cum in vectigalibus locandis Lucrinus lacus et in dilectu Valerius quidam vel alius fausto nomine primus nuncupabatur. V. Paulus p. 121 (90) v. lacus Lucrinus, Cicero de divin. 1, 45., Schol. Ambros. in Cic. pro Scauro §. 30.

2) Interpositus est art. Alites, et additi Ador et Adoriam.

3) Omisi in eo computo art. Am, quod apud Verrium cum voc. Ambactus coniunctus fuerit: Ambemito scriptum fuisse pro Abemito vix dubitaverim. Quod cum eodem sensu quo Graecum περιαιρεῖσθαι dictum esset, facili errore poterat in Abemito mutari.

4) Sed in his plura turbata. Adolescit Verrius sub Ἀλδήσκω ponere poterat; sed quo casu Astu, Ast, Anus, Amussim, Adgretus, Agnus, Aegrum (fortasse sub Ἀνιγρὸν positum), Annus invecta sint, non exputo.

5) Unum haec turbat Axare, sed hoc iam ostendi ab aliis lectum esse Anaxare. Maxime placeret, si Antaxare restitui posset.

6) Acus . . Acupedius . . Acieris. Sed haec affirmare vix audeo coniuncta fuisse, cum interposita sint: Assiduus, Andruare et Antroare . . Adrumavit . . Aplustria.

7) Secuntur sine ordine: Albogalerus, Apluda, Aridum, Aptus, Area.

p. 11.	Ang. et Anc.	art. V. [1])
12.	Att.	— VI. [2])
—	Ad.	— V. [3])
13.	Aed.	— III. [4])
13. 14.	Av.	— III. [5])
14.	Adsc.	— III.
—	Auct.	— II.
14. 15.	Ar.	— XIV., omnes Arb. Arc. Arg. [6])
16.	Ass.	— II.
16. 17.	Amb. Ant. Ang.	— XI. [7])
19. 20.	Anc.	— IV.
20.	Ae.	— IV., plerique Aen. [8])
—	Ac.	— II.
20. 21.	Ar.	— IX.
21.	Am.	— VI. [9])
21. 22.	Ad.	— V.
22.	Aqu.	— IV. [10])
22. 23.	Ap.	— VII. [11])
23.	Ab.	— II. [12])
—	Au. Av.	— IV.
23. 24.	Ae.	— VIII.

24. P. II. incipit inde a voc. Alucinatio, in qua haec possunt a reliquis discerni:
25. 26. Ae . . . Amosio, art. XI., omnes e poetis monimentisve valde antiquis ducta.
26. 27. Attinge . . . Aeribus, XIV. glossae Catonianae [13]).

1) Nam voc. Aduncantur apparet sub Angulo explicatum esse, ut unum tantum voc. ordinem impediat Affines. Secuntur autem sine omni lege: Arferia, Affatim, Amenta.

2) Video enim nunc, melius cum Lindemanno scribi Attegrare, Attritum, Attibernalis.

3) Haec ita computo, ut Abrogare putem propter voc. Adrogare a Verrio una esse explicatum; Apud autem et At propter differentiam sensus et scripturae coniuncta fuisse cum Ad.

4) Unum additum est Atrium.

5) Videlicet Abavus, Atavus, Avunculus et Amita coniuncta erant cum Avo; Agnus autem cum Avilla, agno recentis partus.

6) Sed interposita sunt Amicinum . . Amicitiae, Adpromissor.

7) Secuntur XX. vocc., in quibus pertenuis rationis cuiusdam species vel umbra apparet: Actus, Auxiliares, Ausoniam, Alumento, Accensi, Acerra, Apex, Athanuvium, Atroces, Auguraculum, Arseverse, Aborigines, Ab oloes, Aventinus, Adorare, Armilustrium, Adeo, Argea, Asparagus, Assidelae.

8) Unum additum est Audacia.

9) Immixtum est Ablegmina, quod si quis olim Amblegmina fuisse opinetur, non renitar equidem.

10) Sed interposita sunt IV aliena: Anquirere, Andron, Apud, Anxur, quorum tria ad An referenda erant.

11) Turbat ordinem aliquomodo Abditivi, non turbat Abs, cui Verrium Ἄψ praeposuisse puto, Graecum vocabulum, unde Abs ab ipso ducebatur.

12) Sed interpositum est Agere et Acetare pro agitare, quibuscum coniungendum etiam Agedum post Autumnum.

13) Attinge, cur e Catone sumptum existimem, dixi in annotatione. In seqq. Catonis nomen ter a Paulo servatum est, et in reliquis nihil est, quod a Catone alienum esse videatur.

p. 28. Arabice olet . . . Aegyptinos, X. glossae Plautinae [1]).

Vocabula bis posita in Festo Paulus pleraque sustulit (v. annot. ad Paulum p. 199 (115)): quapropter in secunda parte solum voc. altaria ex priori recurrit (p. 5. et 29.). Ambitus in priori bis deprehenditur, p. 5. 16.; Arcere propter diversos significatus bis in eadem p. 15. explicatur.

B.

p. 30.	P. I.	Bo.	art. V.
—		Ba.	— V.
—		Bo.	— II.
30. 31.		Ba.	— VII. [2])
31.		Br.	— VII.
32.		Bu.	— VIII.
32. 33.		Be.	— VI. [3])
33. 34.		Bi.	— VII.
34.		Bl.	— III. [4])
34.	P. II.	inde a v. Bardus, in qua dignoscere licet	
35. 36.		Boiae . . . Bellule, VI. Plautina vocabula [5]).	

C.

p. 37 - 42.	P. I.	Co.	art. LXV., in quibus VI continui per Conc., III per Cont., IV per Comp., IV per Cons. incipiunt [6]).
42. 43.		Ci.	— XVI. [7])
43 - 48.		Ca.	— LXXV. [8]), in quibus Cal. XI, Cas. IX, Cap. in fine VIII continuis articulis redit.
48 - 51.		Cu.	— XXXIII. [9]), in quibus continua sunt XIV Cur. [10]).
51. 52.		Cy.	— VIII. [11])
52.		Ch.	— VIII. [12])
52. 53.		Cr.	— XIII.

1) In his Plautus semel a Paulo appellatur, sed septem alia vocc. ex eodem poeta ducta esse, demonstratum est in annot. Itaque idem in duobus, quae media interposita sunt, admodum probabile est.

2) Unum interponitur Burrum.

3) Sed interrumpunt horum ordinem Barium et Brundisium, tanquam postliminio ex superioribus Ba. et Br. repetita.

4) Nam Balatrones apparet positum fuisse sub titulo Blateae. Bilbit autem et Bibliothecae paulo inferiori loco posita sunt quam debebant. Accensui ea VII articulis Bi.

5) Nam bis Plautus a Paulo nominatur; duo praeterea vocc. Plautina esse annotatum est: hinc de duobus mediis iudicandum est.

6) Unum legi obnititur Cerrones p. 40. Sed huic articulo Congerrones fuisse titulum, eo probabilius, quod Congruere et Cognomines praecedunt.

7) Chiloni praepositum fuisse Cilonem, annotatum est.

8) Sive LXXVI.: si statuimus, Caprunculum a Paulo post Cuppes positum esse, cum in Verrio ante Cuppes fuisset.

9) Quorum ordinem unum interrumpit Clunaclum. Coctiones enim habuisse Cuctio in fronte, in annot. monui. Cnephosum cur in fine p. 51. additum sit, ignoro.

10) Nam de Centurionis p. 49. dictum erat sub titulo Curioni.

11) Unum cur interpositum sit Calasis, caussam non expedio.

12) In fine Cybium repetitum est et Cnasones additum.

p. 53 – 55.		Ce.	art. XX. [1])
55. 56.		Cl.	— XVI. [2])
56.	P. II.	inde a v. Cercopa. In his haec discernere licet:	
59.		Copiam . . Citeria, VIII. Catoniana verba [3]).	
60 – 62.		Curionem . . Caecultent, XXIV. Plautina [4]).	
64.		Corniscarum . . Clivia auspicia, IV. glossae de iure auspiciorum.	
—		Contrarium aes . . Circumluvium, III. de iure civili.	

Qui gemini reperiuntur loci, eorum plerique in utramque partem incidunt, ut Calpar p. 46. 65., Centumviralia iudicia 54. 64., Codeta 38. 58., Contio 38. 66., Condere 41. 57., Culigna 51. 65., Cyparissiae s. Cyparissae 51. 64. In quibus plura sunt, quae in eodem opere bis scribi potuisse iure negaveris. Consiptum in secundae partis diversis capitibus explicatur p. 62. 64. Capital bis positum cur in hunc censum non veniat, non opus est dicere.

D.

p. 66. 67.	P. I.	Du.	art. XIV. [5])
68. 69.		Da.	— X.
69.		Do.	— VI.
69 – 75.		Di. et De. inter se commixta, art. XCIV. [6])	
	P. II.	plane deest, puto quod Paulus nihil ex ea excerpere dignatus est.	

Dium propter diversum significatum et nexum ter explicatur.

E.

p. 75 – 77.	P. I.	E cum liquidis, El, Em, En.	art. XXIII. [7]).
77 – 78.		Eg. Ec.	art. IV. [8])
78.		Eu.	— III. [9])
78 – 81.		Ex.	— XLV. [10])
81.		Equ.	— VI.
81. 82.		Ex.	— VIII., quos apud Verrium ante Equ. fuisse probabile est.

1) In his numeravi Cena et Cenacula, ut Verrium scripsisse puto; etiam Columnae, quod huius nominis explicationem verbo Cellere subiunctam esse arbitror.

2) His praepositum est Crepidines et interpositum Crustumina, quae ex superioribus repetita esse videntur.

3) Catonem Paulus nomine addito appellat in primo et tribus extremis articulis.

4) Plautum in his quindecies Paulus memorat; tria alia voce. Plautina esse, in annot. monitum est; sex reliqua eidem poetae tribuenda sunt.

5) Nihil in his turbatur: sed adiiciuntur extra ordinem Domus, Dracones, Dici mos erat etc.

6) In hac literarum De. et Di. confusione saepe tertia litera ordinem vocabulorum magis videtur definivisse quam secunda: velut cum Dirus, Derogare, Dirigere, Deruncinnt coniunguntur, item Decotes, Dictynna, Dice, Decermina, porro Dispescere, Despretus, et alia ad eundem modum.

7) In fine horum ante Em pro eum interpositum est Eum pro eorum.

8) Haec fateor ita esse cum aliis commixta, ut eodem fere iure Es ponere potuerim. Immixta enim sunt haec: Escariae, Escit, Eapse, Evelatum, . . Eiuratio, Everriator, ... Eamus.

9) Etiam his alienus interpositus est: Epolonos.

10) In computum assumpsi Effata, cum Verrius antiquum Exfata praeposuisse videatur. In fine additum est Effari.

p. 82.		Ep.	art. VI.
—		Ed.	— II.
82. 83.		Er.	— VI. [1])
	P. II.	nulla est, ut in lit. D.	

Gemini loci nulli deprehenduntur; nam Em p. 67. et 77. diversa sunt vocabula, et Experrectus p. 79. 80. propter etymon et synonymum Expergitus bis advocatur.

F.

p. 83–85.	P. I.	Fo.	art. XVII. [2]), quorum quattuor primi incipiunt literis For.
85. 86.		Fe.	— XIV. [3])
86–88.		Fa.	— XXXI. [4])
88. 89.		Fu.	— V.
89.		Fl.	— IX. [5])
89. 90.		Fi.	— V.
90. 91.		Fr.	— XII. [6])
91.	P. II.,	inde a voc. Festram, in qua Catonianorum certe vocabulorum locus clare emicat:	
92.		Ferocit . . . Felices, art. IV. [7])	
—		Fulguritum . . . Fulcere, art. IV. ad auspicia spectantes.	

Quae vocabula bis explicantur, omnia inter priorem et alteram partem divisa sunt: Fenus p. 86. 93., Ferentarii 85. 93., Fornacalia 83. 93., Furvum 84. 93.

G.

p. 94. 95.	P. I.	Ge.	art. XI.
95.		Gi.	— III. [8])
95. 96.		Gn.	— VII., mixti cum Ga. art. VII. [9])
96–98.		Gr.	— XIV. [10])
98.		Gl.	— VIII.

1) Accensui his VI Erctum citum leviter loco suo motum, cum ante utrumque Ed positum inveniatur. In fine Effafilatum additum est.

2) Unum non congruit Furvum, nisi et hoc a Verrio Forvum scriptum est.

3) Sumpsi, a Verrio scriptum fuisse Ferctum, cuius rei argumenta protuli in annotatione.

4) Fovii scriptum fuisse sub titulo Favi (Fabii), in annotatione monui. De flamine autem Diali dicebatur pluribus sub v. fabam.

5) Etiam in his disponendis literae quartae consonanti saepe maius momentum assignatum esse video, quam tertiae vocali. Ita coniunguntur: Flemina, Flaminius, Flumentana, Flammeo.

6) Unum ordinem turbat voc. Forago, quod nisi audaciori coniectura removeri nequit. Possis autem seriem vocabulorum Fr etiam longius continuare, si quaedam ut insiticia removeris: sed illud tutius visum.

7) Paulus primo, tertio, quarto Catonis nomen addidit.

8) His additus est art. Genialis, quem facile crediderim a superiori de Genio avulsum et paulo inferius additum esse a Paulo.

9) Ordo ab ipso Verrio institutus hic fuisse videtur, ut post Ge. et Gi. sequerentur articuli incipientes a Ga., deinde transiretur ad liquidas cum G connexas. Sed haec vel Paulus vel Festus ita turbavit, ut hos articulos inter se misceret, addito etiam ex Ge. articulo Gestit.

10) In his Gramiae, Groma, Grumus ad eundem modum componuntur, quem saepius iam observavimus.

p. 98. Gu. art. II.
— P. II. inde a voc. Gaudium, VII tantum articulos continens.
Gemini articuli propter brevitatem alterius partis nulli insunt.

H.

p. 99. 101. He. art. XXII. [1])
101. Hi. — XI.
101. 102. Ha. — VI. [2])
102. 103. Ho. — XII. [3])
103. Hy. Hu. — III. [4])
— P. II. Huius Paulus nonnisi II articulos reliquit.
Nullum vocabulum in hac litera bis explicatur.

I.

p. 103. Praemissi sunt extra ordinem art. II.: Im et Ianeus.
103. 104. P. I. Iu. art. XVII.
104. Il. — II.
104. 105. Ia. — III. [5])
105. 106. Ir. Io. Ign. Ip. Ib. It. mixti, art. XVIII. [6])
106. Ind. art. VII.
106–108. Inc (Inqu.) — XXII. [7])
108. 109. Imp. Imb. — XXX. [8])
109. 110. In cum vocalibus, Inh. Imm. art. XIV. [9])
110. 111. Int. art. VIII.
111. Ins. — XIV.
111. 112. Imm. — II. [10])
112. 113. Inf. Inv. — X.
113. Inl. — VI.

1) Unus alienus his se immiscuit: Harviga. Sed addidi eorum numero etiam art. Herceus, licet post primum Hi collocatum.

2) His interpositum est Hostiliis Laribus.

3) Ab his segregavi unum Hamotrahones.

4) Y et U non solent distingui, quod eadem litera Verrio esse videbatur. V. in hac Praef. II, 1. p. XV.

5) Interpositum est Idulis; adiectum Igitur. Omnino in hac literae I parte vix ordo certus apparet.

6) Non numeravi in his Insipere, quod inferius locum suum melius tueretur.

7) Perfectae horum congruentiae unus nocet articulus Ita Castor: sed hic cum a bonis codd. absit, vellem eum simpliciter eiecissem ex ordine, et corollario glossarum reservassem.

8) Omisi in numerando art. In, qui apud Verrium alii cuidam subiunctus fuisse videtur. In procinctu autem et In mundo pronunciatione certe a reliquis non discrepabant.

9) Art. In praepositio, eiusdem generis est atque is, de quo proxima annotatione diximus. Impetum et quae seqq. interpolata esse ab editoribus, certum est.

10) His interposita sunt Imago et Ingluvies.

p. 113. P. II. incipere videtur a voc. In conventione, in quibus dignoscere licet:
— In conventione . . . Infra classem, art. III. ad vitam civilem,
— Infibulati . . . Iniuges, art. IV. ad res sacras spectantes.

Quae his explicantur vocabula, ea in priorem et alteram partem incidunt: Immusulus p. 112. 113., Increpitare 107. 114., Inlicium et Illicium p. 113. 114.

L.

p. 114. Praemissus articulus unus: Lucetium Iovem.

115.	P. I.	Le.	art. XII. [1])
115. 116.		Li.	— XIX. [2])
117 - 119.		La.	— XXV.
119.		Lo.	— III. [3])
119. 120.		Lu. Ly.	— XXVI. [4])

121. P. II. incipere videtur a voc. Loebesum. Pertenue inest Glossarum Catonianarum indicium in voc. Latitaverunt.

Geminae nullae sunt eiusdem voc. interpretationes, nisi voc. Lacit p. 116. 117.: sed priori loco videtur Verrius Licit scripsisse.

M.

Praemissi art. III.: Magnos ludos, Meltom, Matrem Matutam.

p. 122. 123.	P. I.	Mi.	art. XX., qui ita dispositi fuisse videntur: Min. Mil. Mir. Mis.
123 - 125.		Me.	— XXXIV., plerique sic dispositi: Met. Med. Mer. Mel. Men.
125 - 138.		Ma.	— LXI. [5])
138 - 141.		Mo.	— XIV.
141 - 146.		Mu. My.	— XXVII. [6])

146. P. II. incipit a voc. Minutia porta (Qu. VIII, 27.). In hac consilio certo haec composita esse existimo:

148. Mulis . . Minusculae Quinqu., art. III. de feriis.
153. Metaphoram . . Metonymia, art. IV. vel V., de figuris rhetoricis et grammaticis.
— Multifacere . . Mediocriculo, art. IX., Catonis obscura [7]).

1) Unus alienus est: Lapidem silicem. Quem Verrius forsitan confestim post Lucetium Iovem collocaverit.

2) Unus ab horum artt. norma discedit Lacit: nisi Verrius alia forma Licit scripsit. In his III. deinceps secuntur art. Lim., III Lib.

3) His se immiscuit semel La. in Larvati.

4) Horum ordinem interrumpit unum Longitrorsus.

5) In his praeter Pauli excerpta numeravi etiam eos articulos, qui in solis Pomponii Laeti schedis extant. Semovendi erant tantum p. 125. Murricidum, p. 131. Municeps, memorabile exemplum articuli a Paulo loco suo moti et longe abducti, et p. 135. Mollestras, de quo voc. v. annot. Moesonem fuisse Maesonem, ibidem annotatum est.

6) Turbat hunc ordinem unum Mamphula in schedis Laeti p. 142. quod pluribus circumdatum est vocabulis a Mun. incipientibus: nam Maximam multam, Manius (Pauli Maniae), Moene et Moenia ei non officere, ostendi in annotationibus.

7) Paulus in his Catonem sexies memorat: sed in codice etiam Catonis nomen in titulo Mihipte et Mansues apparet.

p. 154-157. Mutini Titini . . Mos, art. V., de rebus sacris [1]).

Ea de quibus bis dictum, in utramque partem distributa sunt, ut Moenia Qu. VIII, 25. 31. et de Mutis literis dicta VIII, 24. IX, 1, 1., quae Lindemannus p. 170. ann. 1. non recte putat olim cohaesisse. Manias Paulus tantum bis p. 128. 144. eo nomine praescripto explicuit, non Festus.

N.

p. 161. Praepositi articuli III.: Naenia, Naeniae deae, Navali corona.

162-165. P. I. Ne., Qu. IX, 11-14., art. XXXVI. [2]), plerique sic dispositi: Nem. Nec. Nequ. Nex. Neg. Neb. Neu. Nef. Nep. Nes. [3]).

165-170. Na., Qu. IX, 14-19., art. XIX. [4])

170-173. Nu., Qu. IX, 19-22., — XIX. [5])

173. 174. No., Qu. IX, 22-24., — XV. [6])

174-177. Ni., Qu. IX, 24. 25., — VI.

177. P. II. inde a voc. Nanum, Qu. IX, 26, 5. In his dignoscuntur: Nequinates . . . Numidae, art. IV., e Catone desumpti [7]).

Bis explicatur voc. Navus, et in priori parte Qu. IX, 16, 32., et in altera IX, 26, 16., et utroque quidem loco iisdem paene verbis.

O.

Praemissus est articulus I.: Ob.

p. 178-181. P. I. Oc., Qu. IX, 27-30., art. XIV. [8])

181-185. Or., Qu. IX, 30-X, 1., art. XVII.

185-193. Ob. Op., Qu. IX, 1-10., art. LVII., ita ut Op. in prioribus, Ob. in posterioribus praevaleat [9]).

193. Ol., Qu. X, 10., art. III.

— Off., Qu. X, 10., — IV. [10])

194. Oc., Qu. X, 11., — II. [11])

— Ov. Ou., Qu. X, 11., — V. [12])

1) Uno interposito titulo: Matronae. Sed in hac litera tota fere P. II. ad sacra et religiones pertinet.

2) Unus ordinem interrumpit Non pridem, Qu. IX, 13, 10.: sed dubitari nequit, quin apud Verrium alius titulus praefixus fuerit, fortasse Nenu pridem, ex antiquiori scriptore.

3) In his multa dissona reperiuntur, quae recensere non opus est, cum universam dispositionem non turbent. A Verrio tamen crediderim Nexum est et Nexum aes Qu. IX, 13, 20 et 27. coniuncta, nec Nervum interpositum esse.

4) In his disponendis vocalis tertio loco posita saepe neglecta est, ut Nautea et Natio, Naccae et Naucum componerentur.

5) His tamen bis No intercurrit, praereptum quasi ex iis quae secuntur: Non omnibus dormio, Qu. IX, 21, 5., et Nonas ib. v. 26.

6) In his quater continuatur Nov (restitutis Novem tribunis Qu. IX, 23, 22.).

7) Quanquam medii duo, quibus nulla inest aut Catonis mentio aut similitudo cum Catonianis locis, aliunde invecti esse possunt.

8) Non congruunt Odefacit et Ogygia.

9) Coniunxi ea, ne numerum exceptorum nimis augerem, quae nunc nulla relicta sunt. Nam Ut qui optima propter optima hic positum est. Obferumenta a Verrio scriptum esse, annotatum est. Ommentaus sub obmanere positum fuisse videtur.

10) His additum est Oxime.

11) His Omen adiectum.

12) In his est Obvaricator, quod propter tertiam literam (qua secunda in pronunciando oppressa esse videtur) in hunc locum receptum est.

p. 194 - 197. Os., Qu. X, 12 - 14., art. IX.
197. P. II. incipit a voc. Ollic, Qu. X, 14. Dignoscuntur in ea parte:
198 - 201. Obsidionem . . Ob, Qu. X, 16. 17., art. IV., Ennii versus explicati.
201. Ostentum . . Osi sunt, Qu. X, 17., art. III. e C. Gracchi orationibus.
— Ostende . . Obsonitavere, Qu. X, 17., art. IV. [1]), Catoniana.
205. Offendices, Olvatum, Qu. X, 21., ex Veranio et Antistio Labeone de iure sacro.

Ea vocabula, quae diversis locis Festus bis interpretatur, omnia in priorem et secundam partem incidere apparet. Sunt haec: Ob Qu. IX, 27. X, 17.; Oppidum X, 2. 20.; Opsci sive Osci X, 5. 16. [2]); Ostentum X, 12. 17.; Obsidium et Obsidionem X, 9, 20. et X, 16, 19.: quo in voc. ipse secum pugnat grammaticus.

P.

p. 205. Praemissi articuli XVI., Qu. X, 21., omnes fere ex antiquissimis linguae Latinae monimentis [3]).
205 - 217. P. I. Pi. et Pe., Qu. X, 21 - XI, 2., ita mixta, ut tertia litera praevaleat [4]), et hic in universum observetur ordo: P.l., P.c. et P.t., P.n., P.s. et P.d. mixta, P.r., art. LXXXV.
217. 218. Pu., Qu. XI, 2. 3., art. VII. [5])
218 - 220. Po., Qu. XI, 3., art. VI. [6])
220 - 222. Pa., ... — XL. [7]), quorum in universum haec est collocatio: Pal., Pap., Pan., Pat., Pag., Par., Pas.
223 - 229. Pr. . . . . Qu. XI, 30., art. LXXXV. [8]), sic dispositi, ut Prae. in universum ante Pro. poneretur, sed interdum tamen tertia consonans litera praevaleret [9]).
230. Pl., Qu. XI, 31. 32., art. XIII.
— P. II. incipit a voc. Pedulla, Qu. XI, 32. Inter se propter rerum affinitatem coniuncta reperiuntur maxime haec:

1) Primo voc. Ostende Catonis nomen additum non est, sed comparatis iis, quae in annot. ad Attinge p. 26. composuimus, dubitari nequit, quin hinc excerpta e Catonis obscuris incipiant.

2) Quod Neukirch de fabula togata p. 129. putat, priori loco Obscum sive Opscum in Festo ferri non posse, quia altero id solo Ennio teste firmetur: hanc quidem difficultatem iam sublatam videbis.

3) Saliare carmen statim in fronte libri laudatur. Ab hoc pleraque, quae secuntur, minime absona sunt, ut illud, quod restitui: *Prae tet tremonti* i. e. praetremunt te. Unum Praepetes aves hoc loco me offendit.

4) Ita statim post Pilare et similia sequitur Pellicator, post Pestiferum Pisalitem et sic multa. Pennas, deductum a πετηνά, positum est sub P.t., Qu. X, 25, 7. In Pietate etiam tertia litera negligitur propter quartam: similiter ut in Pierides Musae. De Impetum Qu. X, 25, 25. dictum est in annotatione; positum est sub P.t. Pangere Qu. X, 29. cum Pigere coniunctum esse a Verrio, annotavimus. Caeterum inter P.s. et P.r. varia sine certo ordine congesta sunt.

5) In fine Pegasum equum posui cum Urs.: sed cum raritatem ordinis in hac litera neglecti considero, adducor iam ut scribam:

Pullum - alatum
Pegasum dicit . . . : cuius ungu - lam etc.

6) Initio cum Paulo scripsi Praecidanea porca: sed in Verrio erat: Porca praecidanea.

7) Exceptiones omnes facile solvuntur. Pellices positum erat sub Graeco Παλλακή, ut multa. Peligni a Verrio ei titulo non est praefixum, sed Pacini. In fine additum est Phascola p. 223.

8) Unum, quod ordinem turbare videtur, Punicum, sub titulo Probum positum fuisse monuimus.

9) Vocabula cum pro composita sic fere se excipiunt Pron., Prom., Proc., Pros., Prol., Prov. (coniunctum cum Pru.), Prot., Prop., Prob., Prod., Prof.

p. 230 - 233.	Propius sobrino . . . Posticam lineam, Qu. XI, 32. XII, 1., art. VII. ad ius civile spectantes.
233.	Pomptina tribus . . . Patrum commune, Qu. XII, 2., art. VI. ad ius publicum [1]).
234 - 237.	Portisculus . . . Pilates, Qu. XII, 4. 5., art. VII. e Catonis obscuris [2]).
242.	Petreia, Qu. XI, 11., e C. Gracchi oratione.
—	Pelliculationem . . . Pavimenta, Qu. XII, 11. 12., art. XIV. [3]), iterum e Catonis orationibus.
245. 246.	Palatualis . . . Publici augures, Qu. XII, 13 - 15., art. XXIII., de rebus sacris, maxime de auspiciis [4]).
246. 249.	Pro censu . . . Praerogativae, Qu. XII, 16. 17., art. III. de comitiis.
249 - 253.	Qu. XII, 18 - 22. In his plurima insunt, parum quidem continuata, ex Antistii Labeonis et Veranii de iure pontificio et augurali libris.

Qui gemini in hac litera reperiuntur loci, Pedum Qu. X, 28. XII, 17., Peremptalia fulgura X, 32. XII, 13., Pestifera X, 28. XII, 13., Praepetes X, 21. XII, 14., Procare Paulus p. 224. 248., Procincta Paulus p. 225. Festus Qu. XII, 18., Prodit XI, 29. XII, 14., Profanum XI, 30. XII, 21., Pubes XI, 2. XII, 20., ii omnes nostris rationibus inter duas literae P. partes distribuuntur. Praebia in secunda parte bis explicatur, XII, 3. et 8., quod Festus altero loco diserte memorat: *Praebia rursus Verrius vocari ait.* Pro, quod bis explicatur Qu. XI, 30, 4. et 11., a Verrio aliis vocabulis interpretandis ita subiunctum fuit, ut alia supra allata.

In illis autem geminis locis plura sunt, ut quae de fulguribus leguntur, quae in uno opere non poterant bis scribi, nisi ab homine ignavissimo.

Q.

p. 254 - 257.	P. I.	Qui.,	Qu. XII, 23 - 26., art. XXIII., quorum primi ii sunt, qui a Quir incipiunt.
257.		Que.,	Qu. XII, 26., art. I.
258 - 261.		Qua.,	Qu. XII, 27 - 29., art. XV.
261.	P. II.	incipere videtur a voc. Querquetulanae virae, Qu. XII, 29.	

R.

p. 261 - 265.	P. I.	Ru.	Qu. XII, 30 - XIII, 1., art. XVI. [5])
265 - 270.		Ro.	Qu. XIII, 2 - 7., art. X.
270.		Rum.	Qu. XIII, 7., art. V. [6])
—		Rh.	Qu. XIII, 7. 8., art. III.

1) Quattuor tribus in his recensentur continuae.

2) Festus in omnibus his articulis continuis Catonis nomen servavit: Paulus semel tantum. Hoc propterea dictum volo, ut fides concilietur nonnullis, quae ad lit. A et C coniectavi.

3) In his XIV. unus tantum est art. Proaedificatum, cui Festus Catonis mentionem non adiecisse videatur.

4) Pullus Iovis, Qu. XII, 13., propter fulmina accessit. Prodit, Qu. XII, 14., in auspiciis eo significatu, quo Festus ait, dictum fuisse, non dubito.

5) Qu. XIII, 1, 4. non Rodus, sed Rudus in fronte tituli scriptum erat. Sed Resparsum vinum, et Romani ludi, et Romanam portam Qu. XII, 31. 32. ab eo loco, quem occuparunt, tam aliena sunt, ut aliquid ibi turbatum esse confidenter affirmem. In fine adiectum est *R pro S.*

6) Scilicet in superioribus articulis, qui a Ru. incipiunt, nullum fuit Rum., quod Verrius hoc, mira illa in literis disponendis inconstantia, quam saepius iam notavimus, cum Rom. coniungere maluit.

p. 270 - 273.		Re. cum paucis Ri., Qu. XIII, 8 - 10., art. XIII.
273. 274.		Ra., Qu. XIII, 10 - 12., art. XIII. [1]).
274 - 282.		Re. cum paucis Ri., Qu. XIII, 12 - 19., art. XLI.: quibus superior articulorum series, quae Ra. antecessit, excipitur et continuatur [2]).
282.	P. II.	incipit a voc. Ravam, Qu. XIII, 19. Facile in ea discreveris:
—		Retricibus . . Rogat, Qu. XIII, 20., III. Catonianas glossas.
286.		Resp. Qu. XIII, 24. e C. Gracchi oratione.
—		Recto fronte . . . Ratissima, Qu. XIII, 24., art. V. iterum e Catone.
286 - 289.		Regillis . . . Rapi solet fax, Qu. XIII, 24. 25., art. III. de nuptiis.
289.		Ritus . . . Religiosum, Qu. XIII, 25., art. VIII. de rebus sacris et auspiciis.
290.		Remisso exercitu, Qu. XIII, 26., ex Antistio Labeone.

Quae insunt eiusdem vocabuli duplices explicationes, pleraeque inter priorem et posteriorem partem distribuuntur, Reus Qu. XIII, 9. XIII, 26., Ritus, XIII, 10. 25.; Rustica Vinalia XIII, 1. 26.: una glossa repetita Respicere avem Qu. XIII, 25. 26. secundae parti propria est. Romana porta bis quidem in priori parte est, Qu. XII, 32. XIII, 6., sed alteri loco antiquius nomen, Romula ut creditur, praescriptum fuisse arbitror.

S.

p. 290 - 310.	P. I.	Su. (Sy.) So. [3]), Qu. XIII, 27 - XIV, 16., art. LXXXIX., in quibus disponendis secundae consonantis literae rationem habitam esse apparet.
310 - 317.		St., Qu. XIV, 16 - 22., art. XXVIII. [4]), in universum sic dispositi: Str., Stl., Sti., Sta., Stu., Ste.
317 - 329.		Sa., Qu. XIV, 22 - XV, 2., art. XLII., plerique sic collocati Sac., Sag., San., Sar., Sat., Sas., Sap., Sab., Sam., Sal. [5]).
329 - 334.		Sc., Squ., Sch. et Sp. mixta, Qu. XV, 2 - 7., art. XXXI.
334 - 343.		Se., Si., Qu. XV, 7 - 17., art. XXXVII. [6])
343.	P. II.	incipere videtur a voc. Sultis, Qu. XV, 17. In hac argumentorum affinitas haec observatur:
—		Scaptia . . . Sabatina, Qu. XV, 18., III. art. de tribubus.
343. 344.		Sontica . . . Serra, Qu. XV, 18. 19., IX. art. [7]) Catonis e libris.

1) R. duobus in his computavi, quod significat Rationum relatarum.

2) Nam cum superius Red., Reu. (Riv.), Ret. (Rit.) collocata sint, hic secuntur Rec., Rem., Reg. (Rig.), Rel., Rep., Res., quibus pauca alia intermiscentur.

3) His tamen immixti non pauci alii articuli: Sine sacris her., Sempronia, Statua, Servilius lacus, Sacram viam, Scita plebei, Semis, Strufertarios, Silicernium, Satur, Scurrae, Secus, Stipem, Saltum: sed inde a Qu. XIV, 8, 30. usque ad XIV, 16, 25. omnia literis Su continentur. Observatu dignum, quattuor continuos ex illis articulis ad Romae Urbis loca pertinere, ut ii ex uno opere excerpti esse videantur.

4) Refragantur regulae tantum Satura, Suber et Seplasia.

5) Excipiendi sunt articuli Sol (sed cf. Suppl. Ann. ad Qu. XIV, 23, 4.), Seclusa, Scaevam, Spondere. Iis, quae Qu. XIV, 31, 26. leguntur, praefixum fuisse titulum: Salva res est, annotatum est. Item XIV, 24, 16. Sacena inscriptum fuit.

6) Discrepant tantum Scensas et Saticula. Supparum cum Sipario a Verrio uno comprehensum est articulo.

7) In uno Sollemnia Catonis nomen non appositum est.

p. 347 – 351. Struppi . . . Sinistram, Qu. XV, 22 – 25., articuli plerique de iure sacro et augurali, ex Antistio Labeone, Veranio, Ateio Capitone, Messala ducti [1]).

Gemini loci plerique in utramque partem incidunt, ut Sanates Qu. XIV, 26. XV, 24., Saturno Qu. XIV, 29. XV, 18., Septimontium Qu. XV, 15. 24., Sestertius Qu. XV, 8. et 22., Spondere Qu. XV, 1. 17., Sonticus Qu. XIII, 28. XV, 19., Sultis Qu. XIII, 32. XV, 17.: quidam in alteram solam, ut Silentio surgere Qu. XV, 23. 25.: sed sunt etiam, qui priori parte contineantur, ut Seplasia Qu. XIV, 22. XV, 15., Suber Qu. XIII, 31. XIV, 22., Supparus Qu. XIV, 15. XV, 15., Subura Qu. XIV, 7. 13.: in quibus cum duo sint propter ordinem turbatum notabilia: adducimur ad suspicandum, Festum in hac litera vocabula e fontibus alterius partis ducta immiscuisse priori.

T.

p. 352. Articuli praemissi, Qu. XV, 27. 28., VIII.

352 – 356. P. I. To., Tu. (Ty.), Qu. XV, 28 – 32., art. XXXIII. [2]), in quibus Tor. et Tur. et alia ad eundem modum coniuncta sunt.

356 – 363. Ta., Qu. XV, 32 – XVI, 5., art. XXXII. [3])

363 – 266. Te., Ti., Qu. XVI, 5 . . . Pauli exc. p. 156., art. XXX. [4]), plerique secundum consonantem alteram dispositi.

366. 367. Tr., Pauli exc. p. 156. 157., art. XV. [5])

367. P. II. incipere videtur a voc. Templum, apud Paulum p. 157. [6])

V.

p. 368 – 373. P. I. Ve., Vi., Pauli exc. p. 157 – 160. . . Qu. XVI, 24., art. XXXIV. [7]), quorum magna pars sic disposita est: V. s., V. l., V. t., V. b., V. c., Via., V. r.

372 – 375. Va., Qu. XVI, 24. 25., art. X. [8])

375. Ur. coniunctum cum Ver., Qu. XVI, 25., art. III. [9])

375. 376. Un. coniunctum cum Ven., Vin., Qu. XVI, 26. 27., art. X. [10])

376. P. II. incipere videtur a voc. Vallescit, Pauli exc. p. 161. Discernuntur etiam in hac:

1) In literae fine grammaticae quaedam res, vocabulorum trium etyma artificiosius quaesita, adiiciuntur: Satis, Stipatores, Sollicitare, quae secundum literas non fuisse compositas, etiam hinc arguitur, quod Festus Qu. XV, 25, 29. ipse testatur, post Satis proxime secutum esse Scabrum, a se omissum. Idem plane rerum ordo observatur in fine lit. M., ut post ea vocabula, quae ex Antistio Labeone et Messala sumpta sunt, etymologicae quaedam sequantur argutiae.

2) Alienum his intervenit Tesca (nisi forte Verrius tuesca scribendum putavit, ut Varro de L. L. VII. §. 11.). In vocabulis Thomices et Thymbraeum h neglectum est.

3) Etiam in his Thaleae nomen immixtum est.

4) Trientem tertium apud Verrium erat Tertium trientem. Ordinem turbat Tripudium. Thiasitas superius annotatis convenit.

5) Titivillitium a Paulo post quaedam vocc. interposita repetitum esse videtur.

6) Unum alienum inest Thocum: nisi hanc partem ultra Templum longius producere malumus.

7) Irrepserunt praeterea Vrbanas, Volae, Volones, Voisgram.

8) Non dubito, quin Verrius non solum Vae victis, sed etiam Vaegrande scripserit.

9) Cum his coniunctum est Viere.

10) Insertum etiam est Viminalis et Vivatus. Sequitur Umbra.

p. 378. 379. Vecticularia . . . Uls, art. XI. e Catone [1]).

379. In fine Messalae nomen cum auguriorum mentione coniunctum agnoscitur.

Haec tabula ut sterili labore confecta et multis exceptionibus turbata esse videatur: hinc tamen omnis apparet et Verrii librorum forma et Festi in excerpendo consilium aut, ut rectius dicam, temeritas. Verrium, apparet, libros de verborum significatu, quos Festus Qu. X, 25, 12. v. pictor, itemque Qu. XI, 3, 31. v. porriciam, ut videtur (cf. etiam Qu. XVI, 4, 34.), disertis verbis laudat, omnes secundum literas disposuisse, neque in ea re primas tantum, sed etiam secundas tertiasque literas respexisse, sed ita, ut saepe literas inter se affines, velut E et I, O et V, uno capite comprehenderet, et consonantibus maius pondus tribueret quam vocalibus, denique ut singulorum capitum, ut ita dicam, ordinem ad arbitrium magis quam ex alphabeti lege constitueret. Iccirco putaverim, Verrium, quae ex variis scriptoribus de verborum significatione excerpsisset vel ipse excogitasset, in singulas chartas coniecisse, easque deinde, non certo ordine digestas, librariis tradidisse describendas. Nam Festum non ipsum Verrianas copias ad eam regulam disposuisse, sed eas ita digestas invenisse, intelligitur et inde, quod saepe eum ordinem sine necessitate turbavit, et maxime inde, quod librorum divisione, quam ipse instituit, capita illa quae dixi saepe media miro modo dissecuit.

Quae autem Pompeius Festus ex his de verborum significatu libris excerpsit, iis multa addidit, interdum etiam immiscuit (quod in litera S factum esse arbitramur) ex aliis Verrii libris de obscuris Catonis, de Plauti vocabulis, de iure sacro et augurali, etiam de grammaticis rebus, derivata, non pari tamen in omnibus literis constantia et diligentia. Horum librorum quanquam Festus inscriptiones nusquam posuit, quippe qui etiam de verborum significatu libros non pluries quam bis expresse appellat: alias tamen fuisse eas inscriptiones, Gellii de obscuris Catonis testimonium ostendit. Si quis forte contendat, Verrium ipsum hos libros illis de verborum significatu scriptis tanquam corollarium addidisse: is tamen explicare non poterit, cur Verrius eorum glossas in ordinem illius operis, cuius quidem condicio nullum eiusmodi additamentum aspernabatur, non receperit [2]). Accedit, quod scriptorum quorundam frequens mentio in altera parte, nulla in priori reperitur, Antistium dico Labeonem et Veranium, quorum hic in extremis literis M. O. P. R., ille in extremis M. O. P. R. S. (et saepissime quidem) testis advocatur, alias nusquam. Antistium autem, Verrii aequalem (quando et hic Augusto superstes vixit), credibile est, libros de pontificio iure non antea condidisse, quam Verrius de V. S. opus absolvisset. Id quo tempore factum sit, non subtilius definire audeo, quam eo quod id post Octaviam porticum ab Augusto refectam [3]), id est annum 730. [4]), et Virgilii Aeneidem publice editam, i. e. annum 735. [5]), factum esse video. Quod enim in ea re gravissimum haberi possit testimonium, quod Verrius, Varronis gnavus cultor, ut ipse a Varrone colebatur [6]),

1) Paulus tamen primo tantum, secundo et quinto et tribus extremis Catonis nomen apposuit.

2) Festus quidem Verrium, Qu. X, 25, 10., carpit, quod locutionem: *Pictor risu mortuus*, in hoc de V. S. opere explicuerit: sed poterat eandem reprehensionem multis aliis glossis eodem iure adhibere.

3) Festus Qu. IX, 28, 2. duas memorat Octaviae porticus, de quibus consuluisse iuvabit Nardinum *Roma ant.* T. III. p. 10. 43. ed. Nibby et Rad. Rochettium *Peintures ant.* p. 308. Alteram, quam Octaviam fecisse dicit, Metellus iam struxerat a. 604., sed instauraverat et splendidius ornaverat Octavia. Alteram, ad theatrum Pompeii, conditam a Cn. Octavio (Vellei. Pat. II, 1, 3. Plin. N. H. XXXIV, 3, 7. §. 13.) refecit Augustus, circa a. 730., quantum ex ordine coniici potest, quo Augustus aedificia a se structa in Ancyrano monimento recenset. Octaviae porticus quot annis ante a. 743. structa sit, non constare videtur.

4) Virgilii omnia carmina, etiam Aeneidis alteram partem, Verrius laudat: Horatium nunquam.

5) Ita Macrob. Sat. I, 15.: *Sed Verrium Flaccum, iuris pontificii peritissimum, dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere ius non esset: ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum.*

Valerium Merkel fast.

6) Varronis de L. L. libros a Verrio non esse lectos, quovis pignore

doctissimi hominis libros de lingua Latina nunquam memorat et nihil ex iis excerpsit: id quam habuerit caussam, neminem facile fugere potest, postquam eorum librorum condicionem et fortunam descripsimus. Nimirum Varronis ii libri iam dudum quidem scripti, sed auctoris e manibus erepti, vel delitescebant etiamtum, vel non ea auctoritate in publicum editi erant, ut Verrius Varronis nomini praefixo satis confideret.

In Verrii de V. S. opere cum multae possint quaestiones doctae et subtiles exerceri, tum una earum et ad operis eius cognitionem utilissima, et cum nostra opella ita coniuncta est, ut praeteriri vix possit: eam dico, quae in librorum de V. S. numero definiendo versatur. Ac multos fuisse libros, ipse Festus Qu. XI, 4, 3. v. porriciam significat, ubi dicit se propositum habere, ex tanto Verrii librorum numero intermortua et sepulta verba praeterire, et reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos. Atqui Festi libros Paulus testatur fuisse XX.: Verrii non poterant non esse multo plures. Iam audiamus Festum Qu. XIV, 32, 2. v. Salva res est (sive Thymelici), cuius disputationis haec est summa. Verrius *"in l. V., quorum prima est P. litera"*, in voc. Parasitus explicando C. Pomponium mimum a. u. c. 542., cum ludi tumultu interrumperentur, non desiisse ad tibicinem saltare narraverat: nec tamen eo loco, quid hoc ad parasitorum nomen explicandum faceret, explicuerat. In alio libro, id est in eo, quo proverbium *Salva res est etc.* interpretabatur, Sinnio Capitone auctore aliud tradidit ludorum tempus, aliud mimi nomen: ac quod illic neglexerat, hic repetit caussamque reddit[1]), unde certum mimorum genus parasiti Apollinis dicti sint. Iam quod Festus dicit: *in libro V., quorum prima est P. litera*: aliter intelligi nequit, nisi ita ut eorum vocabulorum, quorum P. prima erat litera, quinque pluresve libri fuerint, et de parasitis dictum sit in quinto. Nam si unus liber V omnem literam P comprehendisset: nihil opus erat haec verba: *quorum prima est P. litera*, adiicere: ut alia omittam argumenta, quae cuivis sponte succurrunt[2]). Itaque quod Gellius N. A. V, 17, 1. dicit, ea, quae supra de atris diebus protulimus, fuisse in IV de V. S. libro, ita intelligemus, ut quartus eorum vocabulorum liber, quorum prima erat A. litera, contineret articulum Ater dies: eidemque libro tribuemus, quae Gellius V, 18, 2. ex libro IV de historiae et annalium differentia apposuit, ita ut Annalium nomen iis praefixum fuerit. Quod autem Scriverius et Iacobus Gronovius hunc numerum IV in VIII mutari iubent, scilicet ut octava litera H, quae de Historia dicta comprehenderit, significetur, quoniam singulos Verrii libros singulis literis respondisse putabant: hi videntur grande illud Verrii opus ad modulum Pauli epitomae dimensi esse. Me quidem ab huius sententiae assectatione id maxime deterruit, quod sic ex tribus locis duo corrigendi essent, nam apud Festum Qu. XIV, 32. *l. V* mutandum esset in *l. XIV*. Nec facile adducar ut credam, ab horum temporum scriptoribus libros, qui non

contendam. Non id tam me movet, quod hi libri nunquam nominatim in Festi reliquiis appellantur, cum Antiquitatum libri saepius memorentur: sed maius momentum habet, quod Verrii et Varronis, qui uterque ab Aelii Stilonis potissimum grammatica doctrina profecerunt, permultae sunt sententiae communes vel consimiles (quod quaevis fere annotationis pagella ostendit), in quibus Varronis nulla in Festo mentio fit. Notabile etiam est, quod Festus v. porcas (Qu. XII, 8, 8.) huius vocis id etymon, quod Varro de R. R. proposuit, non illud, quod de L. L. legitur, in Verrii libris invenit. Caeterum cf. annot. ad Qu. XV, 29, 6. 30, 17. Non tanti esse puto, quod nuper Car. Lachmann. sententiae meae opposuit (in Rhenano philol. Museo T. VI. p. 107.), Varronis de L. L. libros a Vitruvio lectos esse videri, cum ipse V. D. fateatur, Vitruvii verba etiam de aliis doctissimi grammatici scriptis dici potuisse.

1) Falsam quidem aperte, quanquam non hanc Festus *ridiculam* dicit, sed inconstantiam Verrii. Nobis autem dubitatione omni exemptum videtur, in ipsa Sicilia, mimorum omnium, etiam scenicorum, patria, mimos fuisse parasitos Apollinis, cum Apollo etiam apud alios Graeciae populos parasitis uteretur, neque alii ipsi deo iucundiores convivae esse possent.

2) Articulus Porriciam, Qu. XI, 3, 30., ita restitutus est, ut eodem libro hic et alius de profanatione comprehensus esse videatur, cuius particula relicta esse videtur XI, 30, 10.: neque hoc tamen ab iis discrepat, quae superius dixi.

nomine tantum, sed etiam re libri erant, i. e. singula membranae papyrive volumina, tam inaequales factos esse, ut literarum diversa condicione requiritur. Accedit, quod Festus Qu. XIV, 13, 6. Suburam ait a Verrio alio libro a pago Succusano appellatam dici: hoc autem a succurrendo Exquilis: duxerat autem Verrius Suburanam tribum a Succusano pago in eadem litera, v. Suburanam, qui locus in Festi codice est Qu. XIV, 7, 20. Itaque ne vocabula quidem, quorum primae literae erant Su, omnia uno libro contenta erant [1]).

3. Quantum fuerit Verrii opus, quam vastum multiplicis doctrinae promptuarium, ex iis, quae disputavimus, satis intelligitur. Nec Pompeius Festus, cum eius epitomen faceret, in ea non poterat plurima relinquere rarissimae eruditionis documenta, quanquam ipse v. porriciam id sibi propositum esse ait, ut vocabula intermortua iam et sepulta praeteriret. Obscuriora autem, de quibus a Verrio dissentiret, se dicit in iis libris posuisse, quos inscripserit: Priscorum verborum cum exemplis [2]). Bene autem factum est, quod in illo consilio exequendo Festus parum sibi constitit: nam priscorum verborum libri perditi sunt, et in antiquitate a nullo scriptore commemorantur: cum de verborum significatione epitome et a Macrobio Sat. III, 3. 5. 8. et a Diomede Charisio II. p. 196 P. commemoretur [3]), ac Verrii ipsius librorum molem magis magisque e grammaticorum scriniis exturbasse videatur. Quam Festus in excerpendis Verrii libris rationem secutus sit, paucis indicabo. Facillimam quidem, ut videtur, cum plerumque ipsa Verrii verba apponeret, et recideret tantum, quae ipsi minus scitu utilia videbantur. Sed talem, quae ex disputationis bene compositae et ad certum finem perductae corpore saepe lacera crebrisque vulneribus hiantia membra efficeret [4]). Non diffiteor Festum in exagitando Verrio satis strenuum non paucos eius errores notasse, praecipue in interpretandis poetis, sed multo plures ipse negligentia sua intulisse videtur. Caeterum ex suo doctrinae penu paucissima addidit [5]).

Quae autem Festus e Verrio excerpserat, in libros redegit, ut ipse ait, multo pauciores quam Verrii fuerant. Eorum librorum in codicis Farnesiani fragmento et schedis Laeti hae supersunt notationes: Qu. VIII, 29. ante v. mulus: *L. XIII. incipit.* Qu. IX, 7. ante v. ob, in pagina adusta, [*incip*]*it feliciter* [*l. XIV.*]. Qu. XII, 23. ante v. Quirinus: [*incipit l. XVII felici*]*ter.* Qu. XIII, 20. ante v. rideo: *liber XVII.* (quae nota est in fine libri adiecti, ut fieri solet) *Sexti Pompei Festi liber XVIII.* Qu. XV, 4. ante v. scriptum: *Sex. Pompei Festi de V. S. lib. XVIII. incipit lib. XVIIII.* In his quanquam plura restituta sunt, partim aliter atque ab Ursino, illa tamen mutua relatione earum notationum satis firmantur: ac cum, quibus in pagellis codicis Farnesiani scripta sint et quot antecesserint et interposita fue-

1) Quod Festus Qu. XV, 1, 23. v. spondere, Verrium oblitum, quod spondere a sponte derivaverit, inferiore capite sponsum ex Graeco duxisse ait: id spectat ad articulum deperditum; nam quae Qu. XV, 17. de voc. spondere posuit, ea neque e libris de V. S. sumpta sunt, neque Graecum illud etymon continent.

2) Hos libros distinguendos esse ab his de V. S. libris rectissime docuit Scaliger in annot. ad v. profanum.

3) Hic ita: *Porphyrio ex Verrio et Festo, in Auguralibus, inquit, libris est sane sarcteque.* Nempe Festum legerat; Verrii nomine rei maius pondus addit. Respicit Qu. XIV, 27, 17. v. sarte. Macrobius respicit Festi glossam a Paulo excerptam p. 5. v. ambarvalis, et Qu. XIII, 25, 15. v. religiosi, denique Qu. IX, 5, 15. v. mos, ubi cf. annotata.

4) Exempli caussa affero glossam Municeps, Qu. VIII, 24, 6., cum annotatione, Numero, Qu. IX, 19, 18., et Topper, Qu. XV, 28, 4., cum supplemento annotationis. Fortasse etiam illud, quod non pauci versus laudantur, qui verborum structuram et sententiam non integram contineant (velut Lucretii versus Qu. X, 24, 7., Terentii Qu. XIII, 21, 5., aliique), non Verrio, sed Festo culpae dandum est.

5) Semel memoratur Martialis in Pauli excerptis p. 369 (158) v. vespae. (Hinc definitur aliquatenus Pompei Festi aetas, cuius alia nulla certa indicia extant). Praeterea Qu. VIII, 20, 24. v. monstrum, quod monstro, prodigio, portento quartum addiderit ostentum, ipse se laudat Festus.

rint folia, satis liqueat: facile est tabellam componere, qua librorum divisio quomodo codicis quaternionibus respondeat, declaretur. In qua qui inerunt errores, certe omnes angustis finibus continebuntur:

Qu. I - VIII, 29	continebat	XII libros,	unumquemque	in 21	columnis.
VIII, 29 - IX, 27	—	l. XIII.,	in	30	columnis
IX, 27 - X, 27	—	l. XIV.	—	32	—
X, 27 - XI, 25	—	l. XV.	—	30	—
XI, 25 - XII, 23	—	l. XVI.	—	30	—
XII, 23 - XIII, 20	—	l. XVII.	—	29	—
XIII, 20 - XV, 4	—	l. XVIII.	—	48	—
XV, 4 - XVI, 2	—	l. XIX.	—	30	—
XVI, 2 - XVI, 32	—	l. XX.	—	30	—

Qua in tabula ne quis miretur, octavum decimum librum tam immodico esse ambitu: hic continet quartum decimum quaternionem laxioribus multo literis scriptum, quam caeteri scripti sunt, nec dubito, quin primi octo quaterniones etiam spissiore literarum ductu latioribusve pagellis scripti fuerint, quam omnes qui secuntur. Initium libri XV, quod in codice excidit, poteram etiam commodius Qu. X, 26. ponere, cum et haec columna vacua esset, et sic duorum librorum XIV et XV. pagellarum numero exaequarentur. Nam in universum Festus id maxime spectavit, ut omnibus libris parem redderet ambitum: quo factum, ut rarius ab initio literae novum librum inchoaret, ut fecit in literis O et Q, saepius medias literas literarumque complexus librorum divisionibus discerperet.

4. Iam veniendum ad Paulum, qui eius culpae, quam Festus in Verrio mutilando meruerat, amplas ab eo repetiit poenas. Qui ille homo fuerit, non quaerimus: nisi quod id certum et testatum habemus, fuisse eum Christianae ecclesiae sacerdotem non infimi gradus, nam in epistola ad Carolum Regem pontificem se dicit, Caroloque Magno fuisse aequalem. Hic Paulus quod dicit non solum superflua se praetergressum esse, sed etiam penitus abstrusa stilo proprio enucleasse, in eo vanus deprehenditur nugator, cum difficilioribus expediendis ita esset impar, ut etiam vitia librariorum pleraque aut improvidus describeret, aut male callidus omittendis verbis evitaret [1]). Quod autem in iis articulis, quos recipere non dedignatus est, plerumque ipsa Festi verba in brevius redacta reddidit, ei sincero affectu plaudimus. Paucissima addidit, ut semel Pauli apostoli mentionem [2]), et in universum antiqui grammatici sententias non aliter suis temporibus accommodavit, nisi ut praesentis temporis significatus in praeterita converteret, ac de multis rebus *dicebatur* poneret pro *dicitur* [3]). Integros articulos nunquam addidisse videtur: quae enim vocabulorum interpretationes in eius libris reperiuntur, quibus locus in Festo deest: eae aliunde videntur esse transvectae. Nam quanquam in universum Paulus eundem

1) Cui hominis stupor nondum satis cognitus est, legat quae scripsit p. 203 (115) v. orcus, p. 204 (115) v. offendices, p. 303 (142) v. sciscito, cuius erroris originem deprehendere licet in Festo Qu. IX, 25. v. niquis scivit, p. 228 (125) v. profecturi. Cf. p. 183 (111) v. orba. Interdum inter excerpendum ne structuram quidem verborum ita attendit, quin eam foedissime perturbaret, velut p. 156 (103. 104) v. mundum. Haec vulnera sanare, esset ipsi Paulo succurrere, non librariis.

2) p. 36 (29) v. barbari. Etiam Ovidius p. 327 (147) a Paulo male invectus esse videtur. Quaedam verba addidit p. 296 (140) v. secus, p. 319 (145) v. sacrima de praemetio, p. 341 (149) v. signare. P. 248 (130) v. posimerium male Pontifices intulit. Pauca verba adiecit etiam p. 239 (128) v. porcas.

3) Ubi praesenti tempore utitur Paulus, putavit, opinor, rem nondum ex consuetudine abiisse, velut p. 180 (111) v. occupaticius ager: sed v. etiam p. 113 (84) v. infra classem, et multa eiusmodi.

quem Festus verborum ordinem sequitur, interdum tamen eam legem violavit, ita maxime, ut vocabula, quae in excerpendo iam praeterierat, mutato consilio ex superioribus repeteret [1]).

Non invidebimus lectoribus *carmen egregium*, ut Casp. Barthius ait Adv. XXXIX, 5., qui id in manuscripto Pauli libro reppererat, Pauli ipsius ut videtur artificium:

Multa legit paucis, qui librum praedicat istum,
Hoc servus fecit Carole rege tuus
Sic una ex multis nunc fiat Eclesia templis.
Dat David vires scilicet ipse Deus.

Cuius vitia grammatica aut metrica tollere non conabimur: intellectum iuvaremus restituto *Davidi*, nisi etiam David dativus esse posset. Davidem autem dici Carolum principem, recte monuit Barthius.

5. Festi autem fragmento et Pauli excerptis non omnis continetur fontium, ex quibus Festi Verriique doctrina nostris temporibus hauriri possit, copia: est etiam alia materia, qua ei, qui illud antiquae grammaticae aedificium restituere studeat, diligenter utendum sit. Dico Lexica sive Glossaria labente antiqui sermonis peritia confecta, Placidum, Glossaria Graeco-Latina, quae Labbaeus congessit, alia. At in horum originem inquirere ac pretium glossis, quae iis continentur, constituere, multi est laboris: hoc loco pauca quae observaverim, cum lectoribus communicare satis habebo.

Placidum iam Ursinus ad emendandum vel resarciendum Festum interdum adhibuerat; nunc, cum ab Angelo Maio, de nostris literis multipliciter merito, e Romanis codicibus editus sit [2]): omnibus eius cum Festo comparandi copia facta est. Certior autem factus eram a viris egregiis Rad. Rochettio et Fr. Orioli, Parisiis tum degente, hoc Placidi glossarium etiam plenius, quam ab A. Maio editum erat, restitui posse ex magno lexico episcopi Gothorum, Ansileubi, cuius vetusta exemplaria scripta et Parisiis (duo nisi fallor) et Turoni extare, ex Placido, Isidori originibus et quae eidem tribuuntur glossis, Appuleio de orthographia scriptore, Paulo (sed ex hoc ipso pauca sumpta sunt) aliisque copiis ita composito, ut nomina eorum grammaticorum in margine singularum glossarum adscripta sint. Mox impetravi Frid. Duebneri studio et benevolentia eas Placidi glossas lit. A. incipientes, quae in codice Regio 7644. vel novae accedunt vel aliter scriptae exhibentur, quam apud Maium [3]). Quibus cum Paulo comparatis persuasi mihi, plures quidem ex Festo glossas vix repertum iri in Parisiensi Placido quam in Romano, sed easdem non raro emendatiores, ut emolumentum aliquod inde Pauli Festique lectioni facile accedere possit [4]).

Sed ut ad primariam in ea re quaestionem perveniamus: operae pretium est cognoscere, utrum Placidus e Paulo an ex Festo eas glossas sumpserit, quas ex alterutro grammatico sumptas esse apparet [5]). Ac multo quidem facilius esset

1) Ita factum in v. sororium tigillum translata a p. 296 (140. Qu. XIV, 1.) in p. 307 (143. Qu. XIV, 11.), in v. petissere p. 212 (117) translata a p. 207 (Qu. X, 24), in v. sex Vestae p. 349 (151) translata a p. 345. (Qu. XV, 20). Ita nihili p. 175 (109) e superiore loco p. 75. v. hilum transvectum esse videtur, non aliter ac sciscito p. 303 (142) e titulo (Qu. IX, 25) ni quis scivit sumpsit. Cf. etiam p. 242. Qu. XII, 12. v. pronubae. P. 243. 244 (128) vocabulorum ordinem saepius mutavit. Haepropter etiam nequam p. 176 (109) a Paulo non additum, sed aliunde translatum existimo.

2) Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum T. III. 427 - 503. Repetitus est a R. Klotzio in Iahnii et Seebodii Novis Annal. Supplem. T. II. p. 439. et 485., nonnullis vitiis sublatis.

3) Idem Duebnerus in Rhenano Philol. Museo T. III. p. 472 sqq. e Parisiensibus codicibus, in quibus Placidus inest, quaedam iam prompsit.

4) Confirmavi haec iis, quae ex Placido Parisiensi in Supplemento Annotationum p. 383. attuli.

5) Non paucas eas esse, ex annotatione mea apparebit: solent autem eae in Placido Romano fere coniunctae aut non longe inter se discretae

eam decernere, nisi Placidus ille eadem animi segnitie, quae etiam in Glossariis Graeco-Latinis observatur, quo longius in lexico suo condendo provectus est, eo rarius antiquos illos veteris Latinitatis thesauros excussisset. Quo factum, ut Placidus multo rarius cum Festi fragmento, quam cum Paulo, ubi solus servatus est, comparari possit. Nihilominus etiam ex his demonstrari potest, Placidum ipso Festo, non Paulo, auctore usum esse: ut quae v. ommentat et obstrudulenta habet, in solo Festo Qu. X, 8, 14. et 9, 16. reperiuntur, non in Paulo [1]). Quantum ea re Placidi pretium et auctoritas in iis literis, in quibus Festus nos deficit, augeatur, facile est aestimare [2]).

Glossaria Graeco-Latina Labbaeus in unum corpus coegit: rectius autem de iis iudicari poterit, si quando erciscendi actione unumquodque ex iis suam portionem receperit. Etiam haec in prioribus literis multa continere non ex Paulo, sed ex Festo sumpta, ostendunt maxime nomina antiquiorum scriptorum glossis nonnullis apposita, quae Paulus, cum easdem vel simillimas glossas habeat, omisit. Vide quae in annotatione ad Paulum p. 11 (10) v. anclabris, et p. 20 (17) v. arnae caput, et p. 383. in Supplemento annotationum ad v. antras observavi.

Non aliud tulerim de Glossis Isidori, quae genuino ordine dispositae Pithoeanae audiunt, iudicium: antiquiores esse, quam quae ex Paulo derivatae esse possint, ac multa continere eas, quae ex Festo hausta et a Paulo omissa esse videantur [3]). Suetonii quod dicitur de maris et fluminum nominibus excerptum cum totum fere e Verrio ductum esse videatur, ei in vacua pagella 382. locum concessimus. Id quo iure Suetonii Tranquilli dicatur, longum est quaerere: certum autem habemus, grammaticum eum Verrii scripta diligenter tractasse. V. annot ad Paulum p. 1 (2) v. augustus.

Posthac non dubito, quin diligentiori glossariorum ultimis antiquitatis primisve medii aevi temporibus confectorum studio, cum post longam oblivionem demum resuscitatum erit, haud exigua pars eius doctrinae, quam Festus e Verrio hauserat, redintegrari possit. Quem in finem multa glossaria, quae in bibliothecis etiamnunc delitescunt, in lucem protrahenda erunt, velut Palatinae illae glossae, quibus Salmasius usus est, in quibus nonnulla insunt haud dubie ex Festo sumpta. V. annot. ad Festum Qu. IX, 23, 8. v. noctilugam. Cramerus autem quae ex codice Vindobonensi, quem Festum continere dicit, sed ita truncatum, ut voc. inarculum p. 113 (84) postremum sit, exscripsit et in Chronicis domest. p. 197. apposuit, ea fere omnia a Festo tam aliena et tam novitia sunt, ut ad illum restituendum nihil conferre videantur. Ac certe illud glossarium, si in voc. adrumavit, p. 9., non plura habet, quam: *adrumavit, rumorem obtulit*, ne Pauli quidem nomine dignum est, nedum Festi.

positae esse (velut p. 432 - 436.; 447 - 451.; 460. 461.; 463. 464 etc.), ut appareat, Placidum certis locis Festum Paulumve ante oculos habuisse.

1) Etiam haec Placidi p. 475.: *In flustris, in porta* (scribe *in portu*), apparet, non e Paulo p. 89 (67) ducta esse, sed e Festo, qui Naevii versum explicabat, in annotatione appositum.

2) In eo Glossario, cuius specimen Osannus e codice Parisiensi 7651. in publicum edidit, in Progr. Ludovicianae Academiae Sept. a. 1826., pleraeque inesse videntur glossae antiquorum scriptorum nominibus insignitae.

3) Non iniuria ad Verrium revocabimus vocabula multa perantiqua, quae in his glossis reperiuntur, ut illud: *belues, egestas quae solet contingere per vastitatem.* In his *belues* scriptum puto pro *velues* i. e. ve-lues, dictum ut Veiovis. Hinc iam interpretari audeo antiquissimi Arvalium fratrum cantici initium: *Enos Lases iuvate: ne veluervem* etc., ubi adhuc distinguebatur: *neve luervem.* Quod iudicium tuli in annot. ad v. runa, p. 263 (133), id nescio an revocandum et *proeliata* Paulo reddendum sit.

Cap. III.

DE FESTI PAULIQUE LIBRORUM EDITIONIBUS.

1. De opera Festo et Paulo ab editoribus et criticis adhuc praestita pauca et necessaria maxime afferam.

Princeps Pauli editio, quam e codice Guelferbytani chartacei simili expressam supra diximus, ea habetur, cui inscriptum est: *Sext. Pompeius Festus de verborum significatione. Mediol. 3. Non. Aug. 1471.* Variantem eius lectionem Lindemannus dedit integram. Mihi ad manus erat exemplar paulo recentius, quod in fine literae V. haec habet notata: *Festi Pompei liber peroptime emendatus expletus est: ac impensa Iohannis de Colonia nec non Iohannis Manthen de Gherrezen qui una fideliter degunt impressioni deditus Anno a natali christiano 1474 die 24 decembris.* Hi typographi aperte Paulum ex Mediolanensi exemplari expresserunt: quae propria habent, praeter typographica sphalmata, aut perpauca aut nulla sunt. Neque alia ratione a pluribus typographis Paulus versus exitum quinti decimi saeculi multis exemplaribus propagatus est: saepe etiam cum Nonio Marcello et Varrone uno volumine coniunctus, ut in exemplaribus impressis Parmae 1480 tertio Idus Decembris.

Novam rem ausus est Conagus quidam, qui, cum ipsi praeter Paulum Festi fragmentum et schedae Laeti innotuissent, primus ex his copiis inconditum illud corpus consarcinavit, quod exteriori quadam utilitatis specie tanta criticae arti in Paulo Festoque exercendae impedimenta obiecit [1]). Ac comprehendunt quidem ea exemplaria, impressa, ut in fine legitur, Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel anno domini 1510., Nonium, Festum cum Paulo, Varronem: sed qui toti operi praefatus est, Io. Bapt. Pius, solum Nonium in typothetarum manus tradidit; Pompeii Festi autem post finem Conagus quidam [2]), Pii ut videtur discipulus, quemadmodum Pii vices sustinuerit, his verbis enarrat:

Lector. Si fragmenta Sesti Pompei Festi quae omnia reperta hic apposita sunt ab M. litera incipiendo usque ad calcem non sequestrata posita sunt: sed coniuncta aliis. id industria factum est: ne replicando legentes taedio afficiantur: et quia quaedam addita sunt quae non erant in exemplari: Pii nostri: sed in alio eiusmodi: quae adeo dura sunt ut omnino recte constare non uideantur: tamen ob temeritatem uitandam: et ne quid ipsorum fragmentorum ommiteretur: iusta exemplar impressa sunt: quae si Pius ipse: qui propter sui absentiam: ea castigare nequiuit: Sed nec ipsius exemplar reuidere: dum imprimeretur: affuisset correctiora haberentur. Itaque ne ipsi Pio attribuas: eas additiones que sunt incorreptiores: ab alieno exemplari sumptas inferius annotate sunt [3]).

1) Debeo primam eius libri notitiam Parisiensi Festi editori A. E. Egger: sed postea eundem in bibliotheca nostra Regia mihi monstravit vir literatissimus, Dr. Schweiger.

2) Nomen hominis extat in carmine adiecto:

Ad festum alliciat: qua te ratione: conagus.
Lector adinucuit: consilium ipse probes.
Fragmenta apposuit: quae nunc superaddita cernes
Cauit: et ut coheant. ordine queque suo.
Si qua: latina parum fuerint: seu dura: fatetur
Ne deprauaret: se uariasse nihil.

3) Significat deinde, additamenta ea esse in glossis Satis et Topper, quae apud Conagum corruptissimae quidem, sed tamen leguntur, ut e Farnesiano codice eas fluxisse appareat. Aliter autem comparatum est fragmentum, quod ex alieno exemplari sumptum esse dicit *per totum*, et *in quodam exemplari* coniunctum esse adiicit cum *senonas gallos*, post voc. *transalpina* (Qu. XV, 14, 1.): *Triumviri. M. Valerius coruum unius sceua. p. fuluius longus ex Se. co. idibus Ianuariis. p. papirio cursore C. Iunio. n. cons.* Quod fragmentum quale et unde sumptum sit, ignoro: nec quidquam in eo video, nisi quod legendum est: *M. V. Corvus, . . Iunius Scaeva.*

Haec perspicue ostendunt, Io. Bapt. Pium, quem constat, Mediolani cum esset, Pomponii Laeti codice usum esse (v. p. II. ann. 1.), consilium tum cepisse Festi cum Paulo coniuncti post Nonium in publicum edendi, sed id negotium non ipsum absolvisse. Schedae autem Pii cum Politiani excerptis, quae supra descripsimus, in eo congruebant, quod omnes versus, quos ignis vastaverat, in iis conscribendis omissi erant, neque in iis certe partibus, quae in codice etiamnum leguntur, ullum critico afferre videntur emolumentum.

Haec Pii vel Conagi editio et a Parisiensibus trium illorum grammaticorum coniunctorum editoribus a. 1511. et 1519. repetita est, et ab Aldo Manutio illata in Cornucopiae Perotti, editum primum Venetiis 1513., repetitum et ab eodem saepius et ab aliis transalpinis typographis [1]). Non recte enim A. Augustinus Aldum Manutium narrat conatum esse Festi reliquias cum Pauli epitome coniungere et unum corpus ex duplicibus membris conficere. Recte autem idem multa in hoc coniuncto corpore exprobrat omissa, multa aliter edita atque in codice manuscripto extabant [1]).

2. Antonius Augustinus quibus rebus meruerit de hoc grammaticae doctrinae thesauro, ipse his indicat verbis: *Nos hoc amplius fecimus, quod illi neglexerunt; ut lectores admoneremus, quae Festi, quaeque Pauli essent. Omnia quoque fragmenta Festi describi curavimus; ne quid desiderari posset. in quibus interpretandis quam operam posuerimus, ex his, quae in commentariis adscripsimus, iudicare lector possit.* Huius editionis, quae primum prodiit Venetiis apud Carolum Sigonium a. 1559. [2]), multae sunt et praeclarae dotes, quas recentiores saepe aut ignorasse aut consulto imminuisse videntur. Farnesiani codicis singuli articuli, etiam truncati et laceri omnes, magna fide redduntur [3]). Quae vero in hoc codice non reppererat, nimirum quod Pomponius Laetus ea ab hoc libro seiunxerat, sumpsit A. Augustinus ex Aldi et Mafei, ut ait, libro. Aldum iam diximus e Conago copias suas deprompsisse: alterum autem librum, Augustinus narrat, extare apud Achillem Mafeum Bernardini Cardinalis fratrem, manuscriptum opinor: certe impressi nullum usquam quaerenti mihi apparuit vestigium. Hunc autem Mafei librum cum A. Augustinus Aldino locupletiorem dicat: intelligitur ex hoc sumptas esse illas in literis T. et V. glossas, quas supra p. VII. indicavimus, incognitas Ursino omnes, et plerasque etiam Aldo. In margine A. Augustinus Pauli addidit variam lectionem ex aliis libris excerptam, quae in universum exigui est pretii; in Festo autem Farnesiani codicis, ubi vulgata lectio ab eo discesserat, lectionem saepe ac plerumque rectissime annotavit [4]); in utroque vero, et Paulo et Festo, tot vitiosa verba coniectura ductus sanavit, ut dubitem, an nullus alius unus utrique grammatico tot locis profuerit quam A. Augustinus [5]). Denique annotatio, quan-

1) In editione a. 1527. curata nonnullas Mich. Bentini inesse annotationes, docuit me A. E. Egger: ipse eam oculis non usurpavi, sed quae ex Aldina attuli, sumpsi ex exemplari excuso apud Savetier. Par. 1528. et 1529.

2) Mihi ex Regia nostrae Academiae bibliotheca praesto erat repetita editio ex officina Stellae Iordani Zilleti. Venetiis 1560. Expressa etiam est in A. Augustini operum Vol. VII. p. 525. Lucae 1772.

3) Ursino suo laus manet, quod codicis formam et iustum titulorum ordinem restituit: sed si quaesiveris, cui in singulis truncatorum articulorum syllabis literulisque maior fides sit, dubius haereo inter hunc et A. Augustinum. Saepe credideram, Ursinum plura legisse, quam nunc in codice extare testatur Arndtsius: cum vidi, A. Augustinum exacte tot literas reddere quam nunc extant; saepe etiam Ursinus omisit, quae adfuisse et adesse illi auctores coniuncti demonstrant. Quapropter A. Augustini lectionem, quam vulgatam dixi, quia per plura saecula variis exemplaribus propagata est, maxime in truncatis articulis ibi annotavi, ubi in supplendis Festi sententiis attendenda esse videbatur. Cf. etiam supplementum annotationis ad Qu. IX, 2, 29. p. 385.

4) Hanc in mea annotatione raro commemoravi, cum de codicis lectione optima auctoritate constaret: nec saepius Pauli lectionem variantem ex Augustino annotavi, cum ea Monacensis et Guelferbytani codd. praestantia longe superetur.

5) A. Augustinus ipse in Notarum explanatione dicit, se semicirculo in margine significasse, ex docti alicuius viri coniectura ita posse emendari. Ubi vero non certior factus eram, alium V. D. correctionis alicuius esse auctorem, non poteram eam non ipsi Augustino assignare.

quam a viro gravissimis negotiis occupato festinantius scripta, eam prodit Romanarum rerum cognitionem, quae etiamnunc nobis suspicienda ac deosculanda sit. Unum tamen est, in quo A. Augustinus Festo magis nocuit quam profuit, quod glossas omnes, quas Conagus quidem et Aldus magis ad codicis exemplum disposuerant, quam severissime ad literarum ordinem adstrinxit: quo potissimum factum est, ut genuini ordinis, quem ipse Verrius instituerat, pretium et utilitas in restituendo et explicando Festo adhuc omnes criticos latuerit.

Hac Antonii Augustini editione tota nititur opera a Iosepho Scaligero in Festo posita. Hic neque codicem, neque ulla alia subsidia adhibuit, sed ex solo A. Augustini exemplari felicissima ingenii acie dispecto Festum magis auxit, quam alius quisquam criticus ex opulentissimo apparatu: imprimis eo quod earum Festi glossarum, quae igne vastatae sunt, non singula verba sed universum tenorem ita demonstravit, ut in plerisque dubitationi nullum locum reliquerit. Ubi in ardua hac et ancipiti via titubasse videatur, satis dictum in annotatione: hic magni viri admirationem non possum fortioribus verbis prodere, quam Lipsii, qui: *Nihil posse divinius*, proclamavit.

Scaligeri Festus primum prodiit ex officina Petri Santandreani 1565. Continent haec exemplaria ea omnia, quae in Venetis sunt: Verrii Flacci fragmenta collecta, Paulum et Festum eodem ordine dispositum, A. Augustini annotationes, sed his antepositas Scaligeri in Paulum et Festum castigationes. Haec rerum congeries cum saepius sub titulo ab A. Augustino praefixo: *M. Verrii Flacci quae extant. Sex. Pompei Festi de V. S. libri XX.*, repetita sit, tum maxime utilis visa est editio Parisiis ab Arnoldo Sittart bibliopola a. 1584. curata, et repetita a Petro Santandreano 1593., ut quae Ursini supplementa ipsis Festi reliquiis interposita habet, ita tamen ut alphabeti ordinem non tollat, et in calce libri post A. Augustini, Ios. Scaligeri, Ursini observationes collectionem continet annotationum sumptam ab his criticis: A. Turnebo, A. Politiano, B. Brissonio, G. Cantero, H. Iunio, I. Raevardo, I. Brodaeo, I. Scaligero (e Coniectaneis in Varronem), I. Lipsio, L. Carrione, L. Fruterio, O. Gifanio, P. Pithoeo, Ph. Beroaldo, S. Bosio, non ea quidem diligentia confectam, ut ipsis criticorum operibus perscrutandis supersedere possis, sed ita tamen utilem, ut mirer eam nuper plane esse neglectam.

Fulvius Ursinus ut nobili Farnesiorum domui deditissimus idemque acceptissimus erat, ita plenam habebat copiam Farnesiani codicis inspiciendi et pertractandi. Simul cum videret, certo et firmo gradu neque in emendandis neque supplendis Festi reliquiis procedi posse, nisi ipsius codicis forma diligenter observata, codicem ita exscripsit et typis excudendum curavit, ut singulis codicis columnis singulae paginae responderent, exceptis Pomponii Laeti schedis, quarum genuina forma ignorabatur, ac supplementa in illa Festi parte ita instituit, ut singulorum versuum vacua spatia explerent [1]). Quae supplementa quod Ursinus dicit, magnam partem ex Parisiensi editione se esse mutuatum, sed multa de suo addidisse: id singulis glossis diligenter comparatis ita se habere expertus sum, ut Ursinus in universum Scaligeri inventa spatiis tantum codicis, quae ille et parum noverat nec satis attendit, diligentius accommodaverit, quanquam etiam in hac re notis compendiisve scripturae saepe nimium abusus in unum versum plura, quam eo contineri possunt, infersit: sed res et sententias a se ipso repertas paucis tantum locis invexit. Recentiores autem, quoniam Ursini supplementorum multo facilior usus est, quam Scaligeri castigationum, saepe lauream huic detractam illi immerito imposuerunt.

1) Ipsius Ursini autographum etiamnunc superesse accepi in bibliotheca Regia Neapolitana, sub numero IV. A. 4., sed neque integrum, nec recte dispositum, neque in omnibus apicibus cum codice et Romanis exemplaribus plane consentiens.

Ursini liber, cuius titulus est: *Sex. Pompei Festi de verborum significatione fragmentum ex vetustissimo exemplari bibliothecae Farnesianae descriptum, impressum Romae apud Georgium Ferrarium 1581.*, primum vulgatus est ibidem apud Vincentium Accoltum 1582. Adiectas habet post fragmentum et schedas Notas in Festum et epitomam, breves, sed plerasque doctas et utiles. Idem repetitus est Parisiis apud Petrum Santandreanum, 1583., paucis vitiis, quae typothetarum incuria in Romana exemplaria irrepserant, purgatus, sed multo pluribus et gravioribus inquinatus [1]). Dionysius Gothofredus Ictus in corpus suum Auctorum Latinae Linguae et Festi fragmentum cum schedis, ea forma qua ab Ursino editum erat, et Festum cum Paulo sic coniunctum, ut ab A. Augustino factum erat, recepit, et annotationem addidit, in qua praeter locos ex fontibus iuris civilis appositos nunc vix quicquam utile reperies.

3. Andreas Dacerius *Sex. Pompei Flacci et Mar. Verrii Flacci de V. S. lib. XX.* — haec enim absurda est libri inscriptio — *notis et emendationibus*, ut ait, *illustravit in usum Delphini*, Par. 1681., quae editio repetita et integris Augustini, Scaligeri, Ursini notis aucta est Amstelodami 1700. Dacerius, qui in praefatione modeste de suis meritis dicere videtur, immodeste tamen dicit, si illorum tenuitatem cum promissorum magnitudine compares: ut talis in ea re hominis modestia arguatur, qua mediocritas semper usa est, ut rebus haud dubie magnis misellas suas reculas aequiparet. Cui si detraxeris omnes pennas, quas praeter Augustinum, Ursinum et Scaligerum maxime, Salmasio et Meursio sublegit, quorum auctoritatem saepissime nominibus non laudatis sectatur, *istum Gallum, crede mihi, glabriorem reddideris, quam volsus ludiu'st.* Sed nolo commorari in castiganda Dacerii levitate, qui quanquam Ursini fragmentum et schedas diligenter pervestigasse se iactat, ne eo quidem pervenit, ut supplementa Ursini agnosceret, quae multis locis *ex schedis*, ut ait, tanquam ipsam Festi manum profert [2]). Quo et illud spectat, quod in Praefatione Ursinum praeter codicem aliis usum esse dicit auxiliis, *quae divinare non possumus.*

Cum ad nostra tempora et nostratem hominem, Fridericum Lindemannum, venio, qui Paulum et Festum in secundo Corporis Grammaticorum Latinorum Tomo edidit: laetus libens agnosco egregii viri magnum meritum, quod Paulo, cuius lectio adhuc plane incerta, interpolata et cum Festo commixta eoque ipso turbata ferebatur, solidum amplumque substravit fundamentum librorum et meliorum et deteriorum diligenter collatorum [3]): quorum subsidio, si criticae artis regulas paulo severiores adhibueris, iam eo perveniri potest, ut ipse ille Paulus quid scripserit, ubique fere liquido appareat. Nec minus mihi profuit, quod et Pauli excerpta suo ordini restituit et Festum plane ab illo segregavit: quo facto viam ad compagem et genuinam formam Festi ipsiusque Verrii operum inveniendam stabilivit. Caeterum si in omni-

1) Lindemannum hanc Santandreanam exprimendam curasse, cognoscitur ex mendorum parilitate. Sic quod in Santandr. p. 48, 31. est monstrum lectionis *Quentinum*, redit apud Lindemannum; sic p. 93, 29. servavit Santandr. *distribuentur*, quanquam *Paerynonem* in *Phrynonem* refinxit: ac permulta eiusmodi vitia, maxime in inferiori libri parte, reddidit: quo fit ut annotationes criticae et Ursini emendationes in margine appositae contextae orationi saepe non satis congruere videantur. Adde quod Santandreanus inclinatis sive cursivis quorundam compendiorum formis caruit et rectas pro iis literas posuit: hinc factum, ut Lindemannus p. 186, 11. *quod per* codici, non Ursino attribueret, cui ea verba debentur, et multa ad eundem modum.

2) Quoniam ipse Dacerius, quibus praesidiis critica ars in his fragmentis exerceatur, non perspexit, etiam vocabula, quibus utitur, non raro obscura et ambigua sunt, velut hoc ipsum voc. *schedae*, quo Ursini exemplar cum supplementis eiusdem significare solet. Sed in v. schedium, quas dicit schedas, non congruunt eae cum Ursino.

3) Varietatem Pauli lectionis digessit Frid. Guil. Otto, sed ipse Lindemannus se omnia excussisse et correxisse profitetur, ut iudicia de lectione interposita in annotatione omnia ad Lindemannum referenda duxerim.

bus rebus institutum magni eius operis probarem, ipse novae editionis consilium non suscepissem. Sed aliud est Grammaticorum Latinorum corpus condere: aliud soli Festo per aliquot annos studium impendere singulare [1]).

Quae novissime prodierunt Parisiis apud Bourgeois-Maze bibliopolam *M. Verrii Flacci fragmenta post editionem Augustinianam denuo collecta atque digesta, Sexti Pompei Festi fragmentum ad fidem Ursiniani exemplaris recensitum, edidit A. E. Egger, in collegio Caroli Magni professor*: iis quanquam editor paucissima nova et sibi propria adiecit: insunt tamen in praefatione et in notulis adiectis quaedam, ad criticam horum librorum historiam enucleandam bene observata, quorum in his Prolegomenis scribendis utilitatem expertus sum.

Cap. IV.

DE HAC NOVISSIMA EDITIONE.

1. Hoc de meo consilio caput brevissimum erit. Ut Festo post Varronem operam impenderem, sollicitavit me Boeckingii benevolentia: quod aliis nonnullis negotiis ac studiis praepeditus id munus onusve non detrectavi, excusabit me Italicae antiquitatis ingeneratus quasi amor et, quae inde fluxit, Festi quaedam reverentia et de eo bene merendi cupido. Iam cum magni operis certos fines circumspicerem, consilium omne eo converti, ut hunc grammaticae doctrinae thesaurum lectoribus ita proponerem iisque munirem praesidiis, ut quae sit eius natura et condicio, qui rectus eius usus et fructus, facillime possit intelligi. Itaque Farnesiani fragmenti formam hactenus imitari constitui, ut columnarum integrarum et adustarum ratio etiam clarius appareret, quam apud Ursinum, et Pomponii Laeti schedae iusto loco interseri possent. Paulum autem cum neque cum Festo miscere liceret, sicut Conagi sectatores fecerunt, et plane seiungere tam critico quam lectori incommodum esset: Festo eum ita in oppositis pagellis adiunxi, ut epitome cum pleniori disputatione uno sub obtutu haberentur: ac spatium, quo epitome brevior est Festi libris, annotationi relinqueretur. Qua re duram mihi imposui necessitatem, cum annotatio pro spatio concesso modo extendenda modo contrahenda esset, quasi per lectum Procrustis, vel Procrusteo etiam saeviorem, quando hic quidem in proceris et brevibus hominibus eandem servabat longitudinem, ille autem ibi plerumque maxime contrahebatur, ubi maxima erat annotandi copia. Sed exantlavi fideli typothetarum opera adiutus hunc laborem difficultatemque omnem eo vici, quod, ubi spatii angustiis premebar, necessariam maxime annotationem contexto sermoni subieci, reliquam in supplementum annotationis seposui: ac libenter omne huius negotii taedium devoravero, si gnavi et aequi lectores me suis commodis consuluisse intelligent.

2. Haec de exteriori operis specie, cuius novitas quos offenderit, eos spero placatum iri usus facilitate. Quas autem leges criticas secutus sim, partim ex superioribus capitibus apparet, partim hic brevi dicetur. In Festi orationem refingendam nihil mihi iuris indulsi, sed in iis quaternionibus, qui Neapoli etiamnum extant, ipsam codicis reddidi scripturam: nisi quod, ne nimius evaderet legendi labor, minimorum quorundam vitiorum sordes et stribligines, quas Ursinus iam tacitus sustulerat, in lectionem scriptoris reducere non sustinui. Sed ne has quidem non monito lectore removi.

1) Qui in Pauli contextum a Lindemanno constitutum irrepserunt errores, quibus vel typothetae vel ipse editor parum cavit, eos quanquam codicibus denuo collatis convincere non licuit, spero tamen omnes exemplari Ioannis de Colonia comparato, adhibitis etiam Aldo et Augustino, a me deprehensos esse.

Compendia scripturae, quae in Farnesiano codice sunt, cum Ursinus reddere sibi non proposuerit, ut Arndtsio codex describendus fuisset, si omnem in compendiis differentiam indicare voluisset, in plenam vocabulorum formam solvi [1]). Gaudebo tamen ipse, si quis etiam his accurate descriptis plenam codicis imaginem, quod *fac simile* dicunt, lectoribus proposuerit: nec subsistet, opinor, critica ars in eo cursu, quem nunc tenet, donec ad eum finem pervenerit. Nihilominus in hac Festi parte de codicis scriptura, qui unicus est lectionis fons, raro dubitari potest: quocirca raro alios adhibui testes praeter Ursinum et Arndtsium, qui quae e codice enotavit literis COD. indicavi. Excipio tamen margines ambustas, in quibus quae agnosci possent, ab Ursino summa fide et religione esse observata, supra negavi (III, 2.): quamobrem hic A. Augustinum consului, et ubi res poscere videretur, maxime ubi codex ab Arndtsio collatus ab Ursino discreparet, illius scripturam vel in annotatione vel in supplemento indicavi.

Aliter paulo critici provincia in schedis Pomponii Laeti administranda erat. Eae cum nunc non extent, sed varia olim inde confecta sint apographa, ex quibus Conagi Aldique, Augustini, Ursini lectio fluxit: omnes ii inter se conferendi, et scripturae ex iis notabilior differentia indicanda erat. Contextam tamen orationem fere sumpsi ex Ursini exemplari Romano, nisi ubi id vel mendis typographicis laborare videbatur, vel quaedam a Conago et Augustino ex apographis Pii et Achillis Mafei plenius posita erant. Ex coniectura tamen etiam has schedas nusquam refinxi, sed quae corrigenda viderentur, praefixo titulo *emendatae lectionis* inferiori margini supposui.

Pauli epitomen iam dixi me eorum maxime codicum subsidio emendasse, qui ipsius excerptoris manum fidelissime repraesentarent. Quamobrem ubi alter eorum codicum, Monacensis Guelferbytanusve, addiceret, plerumque nihil annotandum videbatur: ubi illi quos dixi *boni codices* refragarentur, lectorem monui, unde melior scriptura provenisset. Ita puto neque Lindemanni copias a me contra ius et fas expilatas, neque meam lectionem praesidiis, quibus firmanda esset, esse orbatam. Ac certis quibusdam notis criticis et eam scripturam notavi, quam contra bonorum codicum testimonium correxi, et eam, quam corruptam in contexto reliqui. Caeterum in his siglis ponendis et in ipsa Pauli oratione refingenda saepe ob eam caussam incertus haesi, quod, librariine peccassent an ipse Paulus, dubitabam: quo factum, ut in ea parte, quam Paulo soli acceptam debemus, interdum correxerim, quae in altera parte, ubi Festi codex vitiorum originem saepe altius repetendam esse ostendit, intacta reliquissem.

3. Orthographicas rationes, quas in Farnesiano codice bonisque Pauli libris observatas viderem, diligenter custodivi, etiam ubi inter se parum concinere videbantur, cum propter universum operis mei consilium tum quod pleraque, quae offendere possent, a Paulo e Festo, a Festo ex ipso Verrio sumpta esse mihi persuasissem. Verrium, docet Charisius p. 75., *manibias* probasse, non *manubias*, secundum eius saeculi consuetudinem, qua tenuior litera I. saepenumero vastiori U. praeferebatur: hinc fluxit etiam *quadripedibus* apud Festum Qu. XII, 30, 23., et Paulum p. 90 (67) et *quadriplatores* apud Paulum p. 259 (132). Illo tempore cum concursus literarum UU et II vel in dicendo vel in scribendo (ne hanc difficilem quaestionem hic moveam) sedulo vitaretur, Verrius ex antiqua consuetudine retinuit *vivos* Qu. IX, 29, 7., *corvos* X, 13, 10., *servos* XI, 4, 24., *parvola* XIV, 8, 2., etiam *Pacuius* puto et *coicere* et similia. Neque aliunde quam e Verrio ductum puto *colos* Qu. XIV, 8, 12., et *grandis globos* IX, 29, 26., *mandatas partis* X, 16, 26., *levis*

1) Paucis tantum locis nimius literarum in singulis versibus numerus me coegit, ut quaedam adsciscerem compendia scripturae, sed facillima intellectu. Sunt haec: q̄ qui, q̄ quae, qd quod, ū um, p̄ prae, dr̄ dicitur.

pugnas XII, 12, 9., et *saltuis* (v. annot. ad Qu. XIV, 8, 27.), et *reccidat* XIII, 14, 24. Sed in his similibusve servandis a Festo Pauloque constantiam nemo facile expectabit [1]). Etiam *Alliesis*, *Arimineses*, *Lucereses*, *Messanesibus*, *Suburaneses*, quae ex parte a Paulo adscita sunt, velut p. 7 (6), 119 (89), 367 (156), robiginem antiquitatis retinuerunt, non magis tamen quam quod contrarium illis esse videtur *vicensumos*. Nec *calciamenta* p. 56 (43) et *hordiarium* p. 102 (76) a genuina antiquitate discrepare puto; cf. de illis Priscian. IX. p. 864. P. Graeca verba in Festi codice melioribusque Pauli libris Latinis interdum literis expressa sunt, quas servavi, ubi nullum apparebat Graecarum literarum vestigium.

In supplendis versibus igne adustis eam mihi legem scripsi, ut, ubi ex relictis verbis verborumve fragminibus sententia elucerct, hanc vel Scaligeri Ursinique vel meis inventis explerem, Pauli excerptis ad eum finem etiam diligentius comparatis quam ab illis factum erat. Haec ubi pro veris supplementis accipi non poterunt, interpretationis tamen vicem sustinebunt: quam in ipsam scriptoris orationem illatam esse qui forte aegre tulerit (neque ipse profecto intulissem, si alia patuisset expeditior via), hic si rubra linea codicis literas ab insiticiis illis, quae inclinata scriptura distinxi, seiungi curaverit, fallacem omnem speciem expulsam sentiet. Ubi autem acutissimi illi homines ingenio nimium indulgentes mera somnia intulisse viderentur, ea resecui et campum aliis coniecturis apertum reliqui; omnia autem supplementa ab Ursino recepta, quae vel expuli vel refinxi, praeter minimas quasdam mutationes, in annotatione et supplemento apposui.

Annotationi criticae interposui etiam nonnulla, quae interpretationem spectarent, quibus id quidem effici non poterat, ut Festi dictis suus locus iustumque pretium in cognitione linguae, literarum, sacrorum, publicae privataeque vitae Romanorum assignaretur: quae res infiniti operis fuisset: quamobrem in eo plerumque substiti, ut quae ad Festi sententiam cognoscendam et cum aliis grammaticis comparandam facerent, breviter annotarem. Qua in re rariora tantum et magis exquisita eorum interpretum nominibus insignivi, qui ea primi protulerint: omnia autem, quae attuli, denuo esse excussa et examinata, lector facile intelliget [2]).

Superest iucundissima provinciae meae pars, ut eorum nomina laudem, qui me in hoc satis molesto opere sublevarint. Ac Boeckingii Arndtsiique merita, quae maxima sunt, supra iam praedicavi: sed ad hos proxime accessit Eduardus Huschke, vetus amicus, cuius egregium acumen nunquam non suspiciam. Hic cum in editis libris permultos Festi Paulique locos tractasset, in schedulis ad me missis de aliis non paucis sententiam suam mecum communicavit, qua in intellectu scriptoris saepe me confirmatum, saepe etiam promotum videbam. Apposui autem ex illis schedis ea tantum, de quibus vel assentirem, vel ulterius quaerendum existimarem. Etiam Fridericus Osann, veteris sodalitii Berolinensis memoria redintegrata, quas sibi enotaverat philologorum de Festo disputationes, earum indicem ad me transmisit, gratissimum et utilitissimum donum. Quod Iosephi Rubino et Rudolphi Klausen sententias quasdam e libris nondum editis proponere potui, debeo ipsorum virorum doctorum beneficio. Grotefendi Oscae linguae rudimenta, doleo, non ante in manus meas pervenisse, quam annotationis supplementa typis impressa essent: ac vero nolui supplementa addere supplementis. De Parisiensibus amicis supra dixi, in nostra autem urbe quanquam multa animum meum huic operi intentum turbare poterant, supererant tamen, qui me et in philologicis literis et vero maxime in iuris civilis

1) *Quom* rarissime legitur in Festo, Qu. X, 16, 27.: *quum* in Paulum Lindemannus invexisse videtur.

2) In scriptorum fragmentis indicandis vulgatas maxime syllogas adhibui. Quam in Ennii annalibus saepe appellavi Merulae collectionem, eam intelligo, quam post Merulam curavit Ern. Spangenberg, Ictus Cellensis.

historia consiliis et doctrina amice et benevole adiuvarent; supererant bibliothecae nostrae thesauri, ingens studiorum nostrorum praesidium, idque ad usus meos ea facilitate accommodatum, quam nunquam non grato animo agnoscam.

Denique Albertus Lion et indices verborum et scriptorum confecit et corrigendarum plagularum difficilem laborem mecum magna cum diligentia partitus est: qua in re quod nonnulla nos fugerunt, ipsa operis partitio et rei difficultas in culpa sunt. Sed ne quem ea menda quae relicta sunt fallant, post conspectum compendiorum, quibus usus sum, illorum indicem continuo subiungendum, et graviora, quae legentem facile impedire possent, sphalmata ab reliquis distinguenda curavi.

NOTAE ET SCRIPTURAE COMPENDIA.

‖ glossae initium.

† scriptura corrupta.

* scriptura bonorum librorum praesidio destituta.

COD. Festi codicis scriptura ab Arndtsio relata.

M. Pauli codex Monacensis.

GU. Pauli codex Guelferbytanus (Gu. II. Lindemanni).

boni codd. M. et GU.

vg. vulgata lectio, i. e. ea quae ab A. Augustino inde a plerisque editoribus propagata est.

A. AUG. A. Augustinus.) A. Augustini scripturae adiectum eam coniectura esse emendatam significat.

SCAL. Iosephus Scaliger.

URS. Fulvius Ursinus.

GOTH. Dionysius Gothofredus.

DAC. Dacerius.

LIND. Lindemannus.

Paulus ubi in annotatione adiecto paginae numero memoratur, intelligitur pagina Lindemanni, in meis exemplaribus margini apposita.

MENDA TYPOGRAPHICA.

p. V.	context.		v.	19.	lege	Ricardi Lepsii
— VII.	annot.	col. 1.	—	ult.	—	lectum
☞ — 22.	—	— 2.	—	5.	—	*penna*
— 26.	—	— 2.	—	14.	—	fuisse
— 29.	context.		—	7.	—	dicta*.
— 30.	annot.	col. 1.	—	penult.	—	i. q.
— 37.	—	— 2.	—	11.	—	*κώθωνος*
— 40.	—	— 2.	—	9.	—	*Coniptum*
— 47.	—	— 2.	—	penult.	—	*Casinar*
— 48.	context.		—	15.	—	Cuppedia
	(quanquam hoc altero loco Lind. duplex pp non indicavit.)					
— 48.	annot.	col. 1.	v.	4.	dele	e
☞ — 56.	—	— 1.	—	9.	lege	*Sabinorum*
— 57.	—	— 1.	—	1.	—	*ovis*
— 60.	—	— 2.	—	26.	—	pyrrhichio
— 81.	—	— 1.	—	7.	—	Antiq. lect.
— 96.	context.		—	2.	—	verant
— 99.	annot.	col. 1.	—	9.	dele	Danielis
— 115.	context.	numeri in margine 10.				15. paulo altius ponendi sunt.
— 126.	annot.	col. 1.	v.	4.	lege	ductum
— 132.	context.	in marg.	—	1.	dele	(98.)
— 133.	—		—	23.	lege	aggreditur.
— 134.	emend. lect.		—	1.	adde	19. *Maeson*
— 144.	annot.	col. 1.	—	13.	lege	I, 2.
— 150.	in titulo suprascripto				—	L. XIII.
— 154.	context.	col. 2.	v.	12.	—	et (non *et*)
— 155.	—		—	11.	—	caeteri*
	(et cf. annot. ad Festum Qu. IX, 4, 27. 28.)					
☞ — —	annot.	col. 1.	v.	3.	lege	*matur numero*
— 156.	—	— 2.	—	25.	—	III, 24.
— 163.	—	— 1.	—	25.	—	Stuerenburg
— 169.	context.	— 2.	—	3.	—	*Navius*
— 179.	annot.	— 1.	—	ult.	—	II, 2.
— 181.	in titulo suprascripto				—	L. XIV.
— 186.	context.	col. 1.	v.	5.	—	*Obbrutuit*
— 187.	annot.	— 2.	—	9.	—	inferendis
— 189.	context.	— 1.	—	20.	—	to."
— 200.	annot.	— 1.	—	2.	—	Qu. X, 8.
☞ p. 205.	emend. lect.		v.	1.	lege	17. *Ploisuma. Prae tet*
— 211.	annot.	col. 1.	—	8.	—	II, 3.
— 213.	context.	— 1.	—	13.	—	‖ Pectuscum
— 217. et 218.	in titulo suprascripto				—	L. XV.
— 223.	annot.	col. 2.	v.	15.	—	praecid. porca
— 231.	—	— 2.	—	7.	—	*pareri*
— 237.	context.	— 2.	—	25.	—	q-*uam*
— 254.	—	— 1.	—	12.	—	lla-
— —	—	— —	—	25.	—	‖Qui-
— 262.	—	— 2.	—	26.	—	Vestae
— 264.	annot.	— 2.	—	14.	—	Varges
— 265.	context.	— 1.	—	4.	—	redimicula."
— 266.	in titulo suprascripto				—	Qu. XIII, 4.
— 270.	context.	col. 2.	v.	25.	—	lust."
— 276.	annot.	— 1.	—	4.	adde:	*caesulae* M., ut videtur.
— 277.	context.	— 1.	—	3. et 20.	dele	*
— —	—	— 2.	—	15.	lege	‖*Rima-*
— —	emend. lect.		—	2.	—	*Emancipato.*
— 280.	annot.	col. 2.	—	22.	—	*ins-istebat*
— 281.	context.	— 2.	—	14.	—	‖*Re-*
— 301.	—	— 2.	—	15.	—	servatorem
— 303.	—	—	—	4.	dele	*post kylon.
— 310.	—	— 1.	—	23.	lege	sum."
☞ — —	emend. lect.		—	2.	—	*memineris.*
— 313.	context.	col. 1.	—	2.	—	quoque. M.
— 314.	—	— 1.	—	12.	—	silvam": et
— 325.	—	— 2.	—	10.	—	*σαπροί.*"
— 326.	—	— 1.	—	33.	—	‖"Salva
— 331.	annot.	— 1.	—	8.	—	v. scrautum.
— 343.	context.	— 1.	—	10.	—	quo†
— —	emend. lect.		—	1.	adde	10. *quorum*
— 352.	context.	col. 2.	—	7.	lege	C.† Naevius: "Capesset†
— —	emend. lect.		—	2.	adde	7. *Cn. Capesset topper*
— 355.	context.	col. 1.	—	15.	lege	torreto."
— —	—	— 2.	—	31.	—	potest."
— 362.	annot.	— 2.	—	28.	—	*Teretinum*
— 388.	suppl. ann.	col. 1.	v.	26.	lege	Antonius . . . Artorius

EMENDATIONUM VARRONIANARUM MANTISA.

Certior factus a typographo, paginae spatium hic vacuum relictum esse: usus sum hoc loco commode mihi oblato, quibus aliquot Varronis sententias breviter annotarem, quas in meis exemplaribus minus emendate legi aut alii monuissent aut ipse vidissem. Apposui autem eas tantum, de quarum emendatiori forma liquere visum esset.

V, 10. §. 74. Praestare nunc arbitror lectionem *Vediovi Saturnoque*, ut legitur in titulo Bovillensi VEDIOVEI PATREI, ap. Orellium 1287. Idemque placuit, nisi memoria me fallit, Grotefendio. Sic confiunt XII arae, si sumpseris vocc. *itemque* coniungere priores sex cum posterioribus: *1. Opi, 2. Florae, 3. Vediovi Saturnoque, 4. Soli, 5. Lunae, 6. Volcano et Summano, 7. itemque Larundae, 8. Termino, 9. Quirino, 10. Vortumno, 11. Laribus, 12. Dianae Lucinaeque* consecratae.

V, 10. §. 76. Scribendum esse *γέργερα*, monui in annot. ad Paulum p. 97 (73) v. greges.

V, 20. §. 100. Servanda esse in fine enunciationis verba, ut in plerisque codd. leguntur: *et mulierculа Pantheris et Leaena*, nisi quod *mulierculae* scribendum, et significari Pantheridem et Leaenam meretrices, monuit Rossignol. *Journal des Savans* 1834. p. 561.

V, 36. §. 182. Recte, puto, Gronovius de pec. vet. I, 6. p. 27.: *asses libras pondo erant.*

VI, 7. §. 57. Servandum est: *inter se concinant aliud alii*, i. e. alia pars alii.

VI, 7. §. 64. *Adserere manum* recte scriptum esse in codd., observavi in annot. ad Paulum p. 25 (21) v. asserere.

VI, 7. §. 79. Sic verba distinguenda esse, monuit Varges in Rhenano Philol. Museo T. III. p. 56.: *Lucilius scribit de Cretea, cum ad se cubitum venerit sua voluntate:*

"Sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam et cetera reiceret."

Diversum est iudicium Lachmanni in eodem Museo pronunciatum T. VI. p. 117. Disputationem de locis ab eo tractatis, de pecore V. §. 95. et sponsione VI. §. 69-74., cum ad universam Varroniani operis formam pertineat, nunc omitto, ita tamen ut confitear hoc certissime ab eo effectum esse, ut in Plauti versibus VI. §. 73. *adsecue* adverbium esse appareat.

VI, 8. §. 81. Scribe: *hinc crines, capilli descripti quod videtur discrimen.* V. annot. ad Paulum p. 53 (41) v. crinis.

VII, 3. §. 47. *amian* scribendum esse, monui in annot. ad Paulum p. 21 (18).

VIII, 1. §. 2. *De huiuscemodi multiplici natura* rectissime scripsit Spengel. in Seebodii et Iahnii Annal. philol. a. 1834. T. XI. p. 11.

VIII, 1. §. 10. *perperam dicatur* in *perp. declinatur* mutandum esse, concedo monitus a Spengelio ib. p. 10.

VIII, 31. §. 43. *sed ut videantur, quae sunt quoiusmodi sint*, intelligo nunc scribendum esse, quam minima literarum in codd. scriptarum mutatione. Cf. Spengel. p. 11.

IX, 40. §. 67. *vinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex regionibus aliis: quare ipsa dicuntur nunc melius unguenta*, probabiliter Spengel. p. 13.

IX, 45. §. 74. *Item ab huiuscemodi dissimilitudinibus* coni. Spengel. p. 11. Quae idem vir doctus molitus est, ut Varronis sententias VIII. §. 1. 2. 9. IX, 62. ad severiorem normam dicendi revocaret, de iis disputare longum et ab hac subitaria opella alienum est.

X, 3. §. 46. *septumos dies qui observant, quarto die ideo* etc.: ita haec distinguenda esse, monuit Herm. Schmidt Doctr. temp. expos. histor. P. II. p. 19.

EXCERPTA EX LIBRIS POMPEII FESTI DE SIGNIFICATIONE VERBORUM.

p. (1) Lind.

EPISTOLA PAULI PONTIFICIS AD CAROLUM REGEM.

Divinae largitatis munere sapientia potentiaque praefulgido Domino Regi Carolo regum sublimissimo Paulus ultimus servulus.

Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex proprio perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus denique Pompeius Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum, quam etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque prolixa volumina extendit. Ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla ita, ut erant posita, relinquens, haec vestrae celsitudini legendum compendium obtuli. In cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta etymologiam non inconvenienter posita invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae, viarum, portarum, montium, locorum tribuumque vocabula diserta reperietis; ritus praeterea gentilium et consuetudines, varias dictiones quoque poetis et historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum vestrum ingenium non usquequaque repulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit. Vale.

LIBER I.

(2)

Augustus locus sanctus ab avium gestu, id est quia ab avibus significatus est, sic dictus; sive ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecerunt.

1. 2. *Excerpta ... verborum*] Haec est libri inscriptio in bonis codd., id est in Monacensi (M.) et Guelferbytano secundo (Gu.). 10. *haec*] *hoc* Lindemannus ex uno deterioris notae codice. At *haec* sunt enucleata illa et relicta, ut erant posita. 11. *non inconvenienter posita*] *posita non inconvenienter* Lind. ex uno Gu. 13. *poetis*] *poematis* M. 15. *Vale*] om. Gu.

17. *Augustus*] Suetonius Octav. 7.: *Postea Caesaris et deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum, testamento maioris avunculi; alterum Munatii Planci sententia: quum, quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu, gustuve, sicut etiam Ennius docet, scribens: Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.* Verba inde a *quod loca* usque ad *Roma est* suspecta visa sunt Cannegietero, Oudendorpio, Ernestio, ac Fr. A. Wolf. assuta ea pronunciavit ex Paulo, Festi epitomatore. At saltem, cum, quae Suetonius affert, Pauli excerptis pleniora sint, ea vel ex Festo, ut censet Lindemannus, vel ex ipso Verrio ab interpolatore desumpta esse, statui debebat. Nescio tamen, an ipse Suetonius haec e Verrii libris apposuerit, grammaticus homo et qui etiam in aliis operibus Verrium secutus est. Diomedes I. p. 362 P.: *Inchoavi ab inchoo. ... At Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt. ... Tranquillus quoque his assentiens, libello suo plenissime eadem incohatam ita disseruit.* Cf. Casaub. annot. ad Sueton. Caesar. 46. Alia exempla Verrii a Suetonio iisdem verbis exscripti attulimus in Praef. cp. II. §. 1. Cur Verrius vocabulum Augustus ex omnibus primo loco posuerit, quaesitum est in eadem Praef. cp. II. §. 2. *quia*] *qui* M. 18. *ratum fecerunt*]

Augur ab avibus gerendoque dictus, quia per eum avium gestus edicitur; sive ab avium garritu, unde et augurium.

Auspicium ab ave spicienda. Nam quod nos cum praepositione dicimus aspicio, apud veteres sine praepositione spicio dicebatur.

Affectare est pronum animum ad faciendum habere.

5 Armillum vas vinarium in sacris dictum, quod armo, id est humero, deportetur.

Aerarii tribuni a tribuendo aere sunt appellati. Aerarium sane populus Romanus in aede Saturni habuit.

Apricum locum a sole apertum, a Graeco vocabulo φρίκη appellamus*, quasi ἀφρικής, id est sine horrore, videlicet frigoris, unde etiam putatur et Africa appellari.

(3) Amoena dicta sunt loca, quae ad se amanda alliciant, id est trahant.

10 Affecta femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.

Aquagium quasi aquae agium, id est aquaeductus appellatur.

Aquaelicium dicitur, quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam, si creditur, manali lapide in urbem ducto.

Aqua dicitur, a qua iuvamur.

15 Aqua et igni tam interdici solet damnatis, quam accipiuntur* nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime

augurale esse verbum, ostendit Gothofredus, comparato Cicerone de div. I, 39. II, 38., etiam Suetonio Calig. 58.

1. *ab avibus gerendoque*] idem veriloquium proponitur a Servio in Virgil. Aen. V, 523. 2. *sine praepositione*] M. et sic Lind. *sine a praepositione* vg., id est ante Lindemannum. 3. *spicio*] boni codd. *specio* deteriores. *specio* habet Varro de L. L. VI. §. 82.: eaque forma haud dubie antiquior: degeneravit tamen iam apud antiquos scriptores in *spicio*, vocali litera non in composito tantum, sed etiam in simplici verbo violata, cuius formae multa exempla profert Festus Qu. XV, 4. p. 140, 29. Urs. v. spicit, et Qu. XV, 19. p. 151, 29. v. spiciunt. 5. *Armillum*] plura de hoc urceoli genere Nonius p. 74, 13. et 547, 15. ed. Mercer. Glossaria Labbaei (in Thesauro H. Stephani Londin. T. VIII. p. 201.): *Armilium*, σκεῦος: corrige *Armillum*. Placidus in Glossis apud Ang. Maium, in Classic. Auct. e Vatt. codd. editorum T. III. p. 432.: *Armillum vas vinarium: unde anus ad armillum*, ex ipso Festo, ut apparet. Isidor. Gloss. ap. Gothofred. p. 4.: *Armillum crater, vas vinarium*. De hoc proverbio? *Anus ad armillum* docte egit Scal. *armo id est humero*] cf. Paulus p. 3. ed. Lindem. v. arma, p. 4. v. armita, p. 21. v. armillas. 6. *Aerarii tribuni*] cf. Varro de L. L. V. §. 181. *Aerarium*] cf. idem V. §. 183. Conjunxi hanc notitiam cum aerariorum interpretatione, cum voc. *sane*, quo utramque Paulus colligat, clare ostendat, Festum haec fere scripsisse: *Aerarii tribuni a tribuendo aere s. a. Nam stipendium olim aes militare dicebatur, quod P. R. antiquo tempore aere tantum utebatur. Aerarium sane* etc. 7. φρίκη] scripsi. φρίκης vg. Lind. *fricis* boni codd., quod per Itacismum e φρίκης, non e φρικὸς ortum est. Sed genitivus ferri nequit. *appellamus*] Lind. *appellatur* boni codd. et vg., ita ut post voc. *apertum* interpungatur; sed hac interpunctione structura parum expeditur. ἀφρικής] scripsi. *africis* boni codd. ἀφρίκης alter Guelferbytanus habet, ut vg. scribebatur. ἄνευ φρίκης Lind., ut est in vett. edd. Sed additum *quasi* ostendit, novum vocabulum Graecum fingi. Quanquam apud Servium in Virgil. Aen. V, 128. legitur: *apricus* ἄνευ φρίκης, *sine frigore: inde et Africa, quod est calidior*. 8. *et*] cum vg. omittatur, e bonis codd. restituit Lind., sed parum apte explicat vernaculis verbis: *auch sogar*. Convenientius erit Pauli sermoni, *etiam* ad totum membrum relativum, *et* ad solum voc. *Africa* trahere. 9. *Amoena*] hoc, quod Paulus habet, veriloquium Isidorus Origg. XIV, 8, 33. Varroni tribuit. Verrio autem plane aliud, *quod sine munere sint . . qua amunia*. Facile intelligitur, ipsum Verrium et Festum utrumque etymon posuisse, sed Paulum prius tantum, quod ipsi probabilius videretur, excerpsisse. Verrium sequitur, non laudato nomine, Serv. in Virgil. Aen. VI, 638. 10. *Affecta*] Lind. e bonis codd. *affectata* deteriores, quod Scal. probavit, propter Plautinum versum, in Rudente II, 4, 5. Sed huius et lectio et sententia nimis incerta, nec Festi interpretatio Plauti verbis convenire videtur. 11. *Aquagium*] vocabulo utitur Pomponius in Digest. VIII, 3, 15. XLIII, 20, 3. 12. *remediis quibusdam*] id est caeremoniis Etruscis, de quibus dixi Rer. Etrusc. IV, 8, 2. T. II. p. 340. *manali lapide*] cf. Paulus p. 95. v. manalem. *si creditur* Christianum epitomatorem arguit. 14. *aqua*] de huius voc. etymo paulo minus inepte Varro de L. L. V. §. 123. 15. *accipiuntur*] corr. Ursinus, comparato Scaevola in L. *Seja*. D. de donat. inter vivos (Digest. XXIV, 1,

continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergradiebantur aqua aspersi; quod purgationis genus vocabant suffitionem.

Axitiosi factiosi dicebantur, quum plures una quid agerent facerentque. **Axit** autem antiquos dixisse pro egerit, manifestum est; unde **axites** mulieres sive viri* dicebantur una agentes.

Alites volatu auspicia facientes istae putabantur: buteo, sanqualis, immusulus, aquila, vulturius.

Axamenta dicebantur carmina Saliaria, quae a Saliis sacerdotibus canebantur, in universos homines† composita. Nam in deos singulos versus facti a nominibus eorum appellabantur, ut Ianuli, Iunonii, Minervii.

Axis, quem Graeci ἄξονα dicunt, plures habet significationes. Nam et pars coeli septentrionalis, et stipes teres, circa quem rota vertitur, et tabula sectilis axis appellatur.

Ador farris genus, edor quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur, ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa efficitur.

Adoriam laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.

Arma proprie dicuntur ab armis, id est humeris, dependentia, ut scutum, gladius, pugio, sica: ut ea, quibus procul proeliamur, tela.

66.): *Virgini . . . die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, et priusquam aqua et igni acciperetur, id est nuptiae celebrentur, optulit decem aureos dono. accipiunt* codd. Lind.: nullo sensu. De ritu illo nuptiarum cf. Varro de L. L. V. §. 61. et quae ibi annotavi, praeterea Ovid. F. IV, 791, Statius in Silv. I, 2, 4-6. Paulus infra p. 66. v. facem. Plutarch. Qu. Rom. 1. *videlicet quia hae duae res . .*] Verrio in symbolica hac doctrina plane convenit cum Varrone, qui l. l.: *Igitur duplex causa nascendi ignis et aquae; ideo ea nuptiis in limine adhibentur quod coniungit.*

1. *supergradiebantur*] M. et Lind. *supergrediebantur* vg. 2. *suffitionem*] cf. Paulus p. 87. v. laureati. 3. *Axitiosi*] cf. Varro de L. L. VII. §. 66., cuius librorum lectio varians, quamvis corrupta, illam voc. formam veram esse confirmat. *antiquos dixisse*] *dixisse antiquos* Lind. e Gu. 4. *axites*] corr. Scal. comparata glossa Labb.: *Axitas* (quod mutat in *Axites*) ἀποτελεσματικαί. *axtes* Gu. *axies* vg. *axiles* e libris affert Gothi. *viri*] corr. Scal. *dii* codd. 5. *Alites*] cf. Festus Qu. X, 13. p. 178, 15. v. oscines. *sanqualis*] cf. Festus Qu. XV, 19. p. 151, 2. v. sanqualis porta. *immusulus*] Gu. Lind. *inmusulus* M. De hoc cf. Paulus p. 83. 84. vv. immusulus et immussulus. *vulturius*] Gu. *vulturus* M. *volturius* Lind. e deteriori cod., contra Pauli morem. V. p. 161. v. Vulturnalia. 6. *Axamenta*] cf. Paulus p. 8. v. anaxare (vg. axare), et glossarium Cyrilli apud Labbaeum: *axamenta στίχοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέους*, quae post Turnebum Advers. XXII, 24. Scal. in hunc Pauli locum amplo commentario instruxit. *canebantur*] corr. Dacerius, ut Gutberleth de Saliis p. 114. *cantabantur* Lind. *componebantur* codd. *homines*] non dubito Festum scripsisse *deos*, ut universi dii singulis opponerentur. Illud tamen omnes codd. et edd. *universa numina* coni. Grauert in Anal. I. p. 60 sqq. 7. *facti*] M., ut vg. *ficti* Lind. cum Gu. et aliis codd. *Ianuli*] boni codd., quod retinere malui, quam *Ianualii* lectionem vulgatam, quam nulla analogia defendit, in contexto retinere. Nam Latinae linguae ratio aut *Ianuales* aut *Ianuarii* poscit. 8. *pars coeli septentrionalis*] cf. Varro de L. L. VII. §. 74. *stipes*] cf. Festus Qu. XIV, 19. p. 123, 8. v. stipes. 10. *Ador*] cf. Nonius p. 52, 20. M. *edor . . . ab edendo*] confirmasse hanc sententiam Verrium puto illis, quae apud Plinium N. H. XVIII, 7, 11. §. 62. leguntur: *Populum Romanum farre tantum ex frumento CCC annis usum, Verrius tradit.* *mola salsa*] cf. Festus Qu. VIII, 21. p. 169, 13. v. mola. 12. *Adoriam*] boni codd., quod retinui, non quod de ratione a Lind. proposita mihi persuasum esset, sed ne quid vetusti obliteraretur. *adoream* vg. cf. Non. p. 59, 11. M. Scal. e Glossario, quod postea Labbaeus edidit, haec affert· *Adoriosus ἐνδοξος Ασπομπηίος αδορνικηας πεμπιος*, quae acute sic refingit· *Adoriosus ἐνδοξος, ὡς Πομπήϊος. Ador, νίκη, ὡς Πομπήϊος.* Apparet, glossarii auctorem ipsum Festum tractasse. Placidus in Glossis, editis ab Ang. Maio in Classic. Auctor. e Vatic. codd. editorum T. III. p. 429.: *Adorea, laus de adore, id est laus bellica.* Et idem p. 432.: *Adoria, gloria vel bona fama.* 13. *Arma*] consentiunt Servius in Virgil. Aen. IV, 495. Isidor. Origg. XVIII, 5, 2. Eadem fere infra in Fest. Qu. XVI, 8. p. 192, 11. leguntur. *armis, id est humeris*] cf. Paulus p. 2. v. armillum. *ut*] boni codd., ut Aldina. *et* Lind. ex uno cod. malae notae, interpunctione ante hoc voc. sublata. Ita non video, quae esse possit grammatici sententia. Vg. scribebatur: *et ea quibus prope proeliatur: sicut tela, quibus procul*, quae corruptissima sunt et codd. fide reprobata. 14. *tela*] nam tela Verrius putavit proprie sola missilia dici. V. infra Qu. XVI, 8. p. 192, 8.

(4) **Armita** dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia togae in humerum erat reiecta. Legibus etiam Laurentum sanctum est, ne pomum ex alieno legatur in armum, id est, quod humeri onus sit.

Armentum id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. Invenies tamen feminine **armentas** apud Ennium positum.

5 **Album**, quod nos dicimus, a Graeco, quod est ἀλφόν, est appellatum. Sabini tamen **alpum** dixerunt. Unde credi potest, nomen Alpium a candore nivium vocitatum.

Albesia scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Haec eadem decumana vocabantur, quod essent amplissima, ut decumani fluctus.

Albiona ager trans Tiberim dicitur a luco Albionarum, quo loco bos alba sacrificabatur.

10 **Albula** Tiberis fluvius dictus ab albo aquae colore; Tiberis autem a Tiberino Silvio, rege Albanorum, quod is in eo exstinctus est.

Ambo ex Graeco ductum videtur, quod illi ἄμφω dicunt.

Ambactus apud Ennium lingua Gallica servus appellatur.

Am praepositio loquelaris significat circum, unde supra servus ambactus, id est circumactus dicitur.

15 **Ambest** ita tertiae personae verbum est, ut nullam aliam habeat declinationem.

(5) **Ambegni** bos et verbix appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur.

Ambidens sive bidens ovis appellabatur, quae superioribus et inferioribus est dentibus.

Abemito significat demito vel auferto. **Emere** enim antiqui dicebant pro accipere.

1. *Armita*] Lind. e bonis codd. *Armata* vg. In talibus rebus fidem codd. sequi malui, quam analogiam nimis incertam. *virgo*] intelligitur a Scal. Maxima virgo Vestalis. *in humerum erat reiecta*] conferenda sunt, quae de cinctu Gabino Serv. in Virgil. Aen. VII, 612. 2. *ne pomum ex alieno legatur in armum*] In Germanorum moribus simillima observari (interdicitur: *in den busen, in die erme, in den schoss sniden*), monet Iacobus Grimmius noster in Antiqq. iuris German. p. 554. Quae autem e Graecis legibus afferuntur: ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου χωρίου καρπὸν ἀνδραχθῆ μὴ ἐπιφορτισάτω, ea Scal. finxit, ut Laurentum legem Graeca interpretatione dilucidaret. 3. *Armentum*] melius Varro de L. L. V. §. 96. Utramque etymologiam, ab armis et arando, coniungit Isidor. Origg. XV, 1, 8. *armentas apud Ennium*] versum affert Non. p. 190, 20. M. 5. *ἀλφόν*] scripsi. *alphon* Gu. *alfon* M. *ἄλφον* vg. *ἀλφὸς* Lind. e deteriori cod. *est*] om. Lind. cum Gu. 6. *Alpium a candore nivium*] aliter Isidor. Origg. XIV, 8, 18. 7. *Albesia*] i. e. Albensia. Alia huius scribendi rationis exempla v. apud Paulum p. 6. v. Alliesis et p. 15. v. amneses. Cf. Praef. IV, 3. *Albenses*] v. Varro de L. L. VIII. §. 35. et p. XLVII. e Charisio p. 81 P. *decumana*] cf. Paulus p. 54. v. decumana ova. 9. *Albiona*] hoc solo teste nota. 10. *Albula*] cf. imprimis Varro de L. L. V. §. 30. *dictus*] *dictus est* Lind. e Gu. *Tiberis*] eadem Paulus etiam infra p. 155. *Tiberino*] vg. *Tiberio* boni codd.: sed illud Varro et Paulus inferiore loco habent. Cf. Liv. I, 3. Dionys. I, 71. Auct. de orig. G. R. 17. 13. *Ambactus apud Ennium*] Glossarium Labbaei: *Ambactus δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος.* *lingua Gallica*] consentit Caesar B. G. VI, 15., quanquam non discretis verbis testatur, ambactos eo nomine dici a Gallis. De Germanica eius vocabuli (*andbahts*) origine V. Iac. Grimmius in Grammat. German. T. II. p. 211. et in Antiqq. iuris German. p. 304. Errores, in quos nunc non facile quis inciderit, notare supersedeo. Verrius ipse praeter Gallicam voc. originem exposuit veriloquium Latinum, quod si verum esset, ambactus non servum, sed libertum significaret. Ex eo Paulus singularem fecit titulum. 14. *Am*] cf. Paulus p. 15. vv. amnis et amtermini, p. 18. v. amsegetes. *praepositio loquelaris*] i. e. quae per se non subsistit, sed cum loquelis, ut interpretatur Scal. 15. *Ambest*] i. e. ambedit. Nonium v. comest p. 81, 9. M. contulit Goth. 16. *Ambegni*] Lind. e bonis codd. *ambigni* vg. *ambiegna bos* est apud Varron. de L. L. VII. §. 31., ubi Turnebus *ambegna* ponebat, quae forma analogiae sane convenientior est. Diversa plane et nova de ambegnis ovibus Fulgentius, qui dicitur, p. 560, 6. ed. Mercer. *verbix*] M. *verbex* Gu. *vervex* vg. Lind. Antiquum esse illum scribendi modum, satis constat. Etiam *berbex* in bonis codd. scriptorum reperitur. Cf. annot. ad p. 36. v. cantherius. 17. *Ambidens sive bidens*] amplius huius voc. et originem et usum tractat Gellius N. A. XVI, 6. Cf. Macrob. Sat. VI, 9. Serv. in Virgil. Aen. IV, 57. VI, 39. et Paulus ipse inferius p. 27. v. bidental, p. 28. v. bidentes, p. 29. v. bovem bidentem. 18. *Abemito*] propter ordinem literarum adducor fere ut statuam *Ambemito* in Festo fuisse. De alio rariori composito suremit Paulus p. 140.

Ambarvales hostiae dicebantur, quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur.

Amburbiales hostiae appellabantur, quae circum terminos urbis Romae ducebantur.

Ambustus circumustus.

Ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium: sed et eodem vocabulo crimen avaritiae vel affectati honoris appellatur. 5

Adolescit a Graeco ἀλδήσκω*, id est accresco, venit. Unde fiunt adultus, adulescens; altare, eo, quod in illo ignis excrescit; et exoletus, qui excessit olescendi, id est crescendi, modum; et inolevit, id est crevit.

Altaria sunt, in quibus igni adoletur.

1. *Ambarvales ... sacrificabantur*] om. M. Vg. addebantur posthaec: *Ambarvalis hostia est, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt.* Haec sumpta sunt ex Macrobio Saturn. III, 5.: *Ambarvalis hostia est, ut ait Pompeius Festus, quae* et quae seqq. iisdem verbis concepta. Posthaec Festum exposuisse necesse est, qui ii sacerdotes fuerint, qui pro frugibus faciebant. Haec autem cum illis Paulus in unam enunciationem coniunxit. *a duobus fratribus*] *a duodecim fratribus* coni. Ant. Augustinus, quanquam idem etiam aliam proponit coniecturam: *et frugibus*, propter Macrobii locum, de quo dictum est. Duodecim fratres intelligit Arvales, quos duodecim fuisse, multi testantur. At nolui, testimonio correcto de quaestione decidere, quae quam difficilis et anceps sit, e Marinio *Atti de' frat. Arvali* Prooem. p. XXIX. cognosci potest, collato etiam Vossio in Virgil. G. I, 345. Nempe publicos illos sacerdotes, qui fratres Arvales dicuntur, unquam Ambarvale sacrum fecisse, nec scriptor quisquam, nec quae supersunt Acta eorum ostendunt, ut iam verisimilius sit, ruri in singulis pagis id sacrum a patribusfamilias ita factum esse, ut aliquod par fratrum ad hostias mactandas eligerent. Quod sacrum Strabo V. p. 230. pontifices (ἱερομνήμονας) facere dicit in vetustis terminis agri Romani, id non esse ambarvale, sed amburbiale apparet, ita ut pro ἀμβαρουίαν scribendum sit ἀμβουρβίαν, nisi ipse Strabo nominum eorum similitudine deceptus est. Io. A. Hartung, de religionibus Roman. T. II. p. 145., cum apud Paulum pro *duobus* scribi iubet *duodecim*, non attendit ad ea, quae Augustini coniecturae obstant. 2. *Amburbiales*] *Ambarvales* M., aperto errore. Servius in Virgil. Bucol. III, 77. postquam de ambarvali sacrificio dixit, pergit: *Sicut amburbale* (corrigitur *amburbiale*) *vel amburbium dicitur sacrificium, quod urbem circuit et ambit victima.* Cf. Paulus inferius p. 15. v. amtermini. *ducebantur*] vg. *dicebantur* boni codd., nisi quod in M. *u* supra *i* positum est. 4. *Ambitus*] Varro de L. L. V. §. 22.: *ambitus circuitus, ab eoque XII tabularum interpretes ambitus parietis circuitus esse describunt.* Quae Isidorus Origg. XV, 16, 12.: *Ambitus inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus, et ab ambulando dictus,* ea omnia ex Festo fluxisse apparet, sed ex inferiori loco p. 14. De ipsa re cf. Cuiacii Observv. I, 4. XIX, 21. et quae Goth. hic affert. *pedes duos et semissem*] ad eandem rem pertinere haec Volusii Maeciani de asse et eius partibus (in Graevii Thesauro Ant. Rom. T. XI. p. 1708.): *Lex etiam XII tabb. argumento est, in qua duo pedes et semis sestertius pes vocatur*, vidit A. Aug. V. Dirksen de XII tabb. p. 466. *in longitudinem*] post hoc voc. Lind. lacunae signum apposuit, quod modus longitudinis exciderit, nisi forte (ut ait) putes hunc esse verborum *idem quod aedificium* sensum: *in longitudinem eadem est mensura, qua aedificium.* Ac sane aliter haec verba intelligi nequeunt, nam ambitus, quo insulae inter se distinebantur, nulla esse poterat longitudo nisi aedificiorum, sicut etiam Paulus p. 14. v. ambitus solam latitudinem, non longitudinem eius definit. Sed *idem* accusativo casu positum est, ut sit pro: eandem mensuram, totidem pedes. 6. ἀλδήσκω] coniectura scripsi. *oaliso* M. *aliso* Gu., ex quo Lind. fecit ἁλίζω, literis convenienter, modo etiam significatui verbi *accresco* conveniret. ἀδολέσχω vg., quod ridiculo errore ex illo ἀλδήσκω natum esse videtur. ἀλδήσκω etiam Dac. in mentem venit. *adulescens*] boni codd. *adolescens* vg. Lind. *altare*] aliud huius voc. veriloquium Paulus postea posuit, melius infra p. 24. v. altaria. Singularem altare Paulus vel Festus intulit, Verrium eo usum esse, non credibile. 7. *inolevit*] cf. Festus Qu. XIV, 13. p. 117, 19. v. suboles. Nonius p. 58, 21. et 247, 27. v. adolere. Caeterum Lind. horum verborum etyma longius arcessere videtur, neque persuadet, verborum adoleo, id est odorem facio, ab radice *ΟΔ*, et adolesco, aboleo, deleo (i. e. de-oleo), inoleo, suboles, quorum radix OL cum Graeco *ΑΛΔ* proxime cognata est, eandem esse stirpem et originem. Probaverim potius iudicium Doederlin. Synon. T. IV. p. 253. 8. *Altaria .. adoletur*] significatur summa arae pars, in qua tura cremantur: de qua significatione diligenter egit G. Freund. in Lex. L. L. I. p. 226. Cf. quae in eodem opere p. XLVII sq. a Grotefendio exposita sunt. Glossaria Labb.: *Altarium*, ἐπιβωμὶς, βωμισκάριον. θυσιαστήριον. *igni*] scripsi. *igne* Lind. e Gu. *ignis* M., ut vg. Sane apud poetas flammis arae vel tura adolentur, non flammae in aris.

Aliuta antiqui dicebant pro aliter, ex Graeco id ἀλλοίως transferentes. Hinc est illud in legibus Numae Pompili: Si quisquam aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto.

Astu apud poetas astutiam significat, cuius origo ex Graeco, ab oppido, ἄστυ, deducitur, in quo qui conversati assidue sint, cauti atque acuti esse videantur.

(6) **Algeo** ex Graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo, ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore collectus*.

Ast significat at, sed, vel autem.

Anus dicta est ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consonantes; vel quod iam sit sine sensu, quod Graece dicitur ἄνους.

Amussim regulariter, tractum a regula, ad quam aliquid exaequatur, quae amussis dicitur. Quidam **amussim** esse dicunt non tacite, quod muttire interdum dicitur loqui.

Adgretus, apud Ennium "adgretus fari", pro eo, quod est adgressus, ponitur, quod verbum venit a Graeco ... surgo.

Agnus ex Graeco ἀμνός deducitur, quod nomen apud maiores communis erat generis, sicut et lupus, quod venit ex Graeco λύκος.

Aegrum ex Graeco ἀνιγρόν appellatur; a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quod est αἴ.

Annus ex Graeco venit, quem illi ἔννον dicunt, et quod nos trimum, illi dicunt τρίεννον.

Alterum Sinnius ait idem significare, quod apud Graecos ἕτερον. Quidam vero ex utroque esse compositum ἄλλος et ἕτερος.

1. *id ἀλλοίως*] Lind. e Guelferbytano altero. *atlalius* M. *ad allios*, a sec. manu *a allios*, Gu. *Pompili*] Gu. *Pompilii* vg. cf. Praef. IV, 3. 2. *quisquam*] Lind. e bonis codd. *quis* vg. *ipsos*] M. ut vg. *ipsus* Gu. Illud temporibus priscis convenire constat. *Iovi sacer*] vg. *Iovis acer* boni codd. *Iovis sacer* Lind. e deteriori. Consuetudo in hac formula dativum casum postulat. Cf. leges regias infra a Festo positas Qu. XI, 8. p. 40, 10. v. plorare. 3. *ἄστυ*] vg. *astu* M. *asti* Gu. 4. *cauti atque acuti*] Festus fortasse scripsit *cati atque astuti*, ut comici *catus et callidus* coniungunt. 5. *frigus*] recte defendit Lind. ab emendandi conatu, quo Bonaventura Vulcanius *algor*, Doederlin. Synon. T. III. p. 90. *algor, frigus* proposuit. Non verbum, sed sensum explicat, propter quem frigus a dolore dici possit. *collectus*] corr. Vulcanius, Scal. in mg., Lind. *coniectus* codd. vg. *concretus* habet Gesner. in Thesaur. Latin. T. I. p. 246. 6. *vel*] M. ut vg. om. Lind., ut videtur, cum Gu. 7. *non geminabant consonantes*] hac re grammaticus noster saepe in expediendis vocabulorum originibus utitur. V. Paulus p. 16. v. ab oloes. p. 20. v. aulas. Festus Qu. IX, 7. p. 7, 6. v. Mutas, et Qu. XIII, 29. p. 101, 29. v. solitaurilia, qui quod Ennium hoc mutasse narrat, id tituli confirmant, in quibus geminatio liquidarum et sibilantis literae post medium sextum saeculum usurpari coepta est, sed ita ut etiam simplices pro geminatis ad septimum usque saeculum medium non raro ponerentur, ut in lege Servilia *adese, iouserit*. 8. *quod*] Lind. e bonis codd. *qui* vg. *ἄνους*] Lind. *nus* Gu. (de M. nihil traditur). *νοῦς* vg. 9. *Amussim*] cf. infra p. 60. v. examussim. Non. p. 9. 6. v. examussim. Quae Placidus in Glossis apud Maium p. 436.: *Amussis, regulae vel tabulae, quibus utuntur artifices ad saxa: unde adverbium diximus examussim*, ex ipso Festo ducta sunt. 11. *Adgretus*] boni codd. *adgrettus* (non *adgretus*) vg., et sic Lind. e deteriori cod. Lipsiensi. Sed V. D. non recte a fide librorum descivisse, intelligitur statim collato Paulo p. 58. v. egretus. Ac dubitaverim equidem omnino, an nunquam T in participio apud Romanos geminatum sit. Nam mutae literae multo difficilius geminabantur, quam liquidae et S. *adgretus fari*] in Ennii Annalibus I, 138. apud Merulam (ex ed. E. S.). *a Graeco ... surgo*] *a Graeco surgo* boni codd. *a Graeco ἄγρει* vg. *a Graeco ἐγείρω surgo* Lind. e cod. Berolinensi, quod certe ἐγείρομαι vel ἔγρομαι esse debebat. Infra p. 58. egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta, *a surgendo et proficiscendo*. Intelliguntur Graeca verba ἐγρεσθαι et ἀγρεσθαι. 12. *communis erat generis*] Scal. e Numae legibus comparat: *agnum marem caedito*, et *agnum feminam*, apud Festum Qu. X. 5. p. 174. 25. v. opima spolia, et Paulum p. 121. v. pellices. Hic tamen meliores libri *agnam feminam* habent. *sicut et lupus*] de lupo femina Festus Qu. VIII, 32. p. 172, 18. v. malo cruce et p. 96, 16. v. recto fronte. 13. *λύκος*] ἡ λύκος corr. Scal., sine necessitate. 14. *ἀνιγρόν*] M. ut vg. *anigron* Gu. Illud nomen constat ab Oppiano aliisque poetis pro ἀνιαρῶ dici. *αἴ*] Lind. e bonis codd. *αἴ αἴ* vg. 15. *ἔννον*] boni codd. *ἔνον* deterior. Utramque formam agnoscunt grammatici Graeci. Ἔνος vetus, praeteritum significat, ut ἔτος Latinum vetus est. Itaque annus a Graecis certe a diuturnitate dictus est. 16. *ἄλλος et ἕτερος*] melius Doricum ἄτερος comparasset.

Alter et pro non bono ponitur, ut in auguriis altera quum appellatur avis, quae utique prospera non est: sic alter nonnunquam pro adverso dicitur et malo.

Alliesis dies dicebatur apud Romanos obscoenissimi ominis, ab Allia fluvio scilicet, ubi Romanus fusus a Gallis exercitus est.

Allecti* dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti. Nam patres dicuntur, qui sunt patricii generis; conscripti, qui in senatu sunt scriptis annotati. (7)

Altercatio iurgatio.

Alternatio per vices successio.

Alma sancta sive pulchra, vel alens, ab alendo scilicet.

Altellus Romulus dicebatur, quasi altus in tellure, vel quod tellurem suam aleret; sive quod aleretur telis; vel quod a Tatio Sabinorum rege postulatus sit in colloquio pacis, et alternis vicibus audierit locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus, ita ab alterno altellus.

Altus ab alendo dictus, alias ab altitudine altus.

Alterplicem duplicem.

Altertra alterutra.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro alcyone, ut pro Ganymede Catamitus, pro Nilo Melo.

Alica dicitur quod alit corpus.

Alicariae meretrices dicebantur in Campania solitae ante pistrina alicariorum versari quaestus gratia, sicut hae, quae ante stabula sedebant, dicebantur prostibula.

Almities habitus almarum rerum.

Allus pollex scandens proximum digitum, quod velut insiluisse in alium videatur, quod Graece dicitur ἅλλεσθαι.

1. *Alter et pro non bono*] Ex Latina lingua evanuit hic usus, sed Graecis satis frequenter usurpantur talia, ut ὁ ἕτερος δαίμων. *alter*] M., ut vg. *aliter* Lind. e cett. codd., nescio quo sensu. 2. *nonnunquam*] vg. *interdum* Lind. non indicato fonte lectionis. 3. *Alliesis*] boni codd. Lind. *Alliensis* vg. Cf. Festus Qu. XIII, 16. p. 88, 14. v. religiosus. Accurate de hoc die commentatus est Fr. Lachmann. de die Alliensi. Gott. 1822. 5. *Allecti*] *Adlecti* codd. et edd., ut videtur, omnes. Sed illud posui propter literarum ordinem, de quo dictum est in Praef. II, 2. Allecti iidem appellati esse videntur qui conscripti, nam ut Festus infra Qu. XII, 24. p. 64, 25., hos P. Valerius Consul ex plebe *adlegit*. Livium autem, II, 2., eadem voce uti, Scal. non vere narrat. *adsumpti*] Gu. *assumpti* reliqui codd. 6. *conscripti*] cf. Paulus p. 32. v. conscripti, et Festus Qu. XII, 24. p. 64, 22. v. qui patres. 7. 8. *Altercatio .. Alternatio*] apparet haec propter synonymiam composita et distincta esse. 9. *sancta sive pulchra, vel alens*] eandem dubitationem testatur glossarium Labb. v. alma. 10. *Altellus*] Romuli cognomen hoc solo teste notum, a Naevio, puto, vel Ennio memoratum. *sive quod aleretur telis*] om. Lind. non monito lectore, manifesto errore, nam in edd. antiquis omnibus extant. 14. *Alterplicem*] Isidori Glossarium, quale in Gothofredi Auctor. L. L. editum est, non habet, quae Scal. inde affert: *Alterplicem, duplicem, dolosum.* Sed in Excerptis Pithoeanis, ibidem adiectis, est p. 53. *Actiplicem, duplicem, dolosum. aliis alterplicem i. e. simplicem.* Simili errore id voc. corruptum est in Placidi Glossis, quas Maius edidit p. 435.: *Altiplicem, dolosum, duplicem.* 15. *Altertra*] notabilis syncope. 16. *Alcedo*] cf. Varro de L. L. VII. §. 88. *Catamitus*] v. Paulus p. 34. v. catamitus. *Melo*] v. infra p. 93. v. Melo. Partim eadem, partim alia exempla priscae huius Romanorum inelegantiae in imitandis Graecorum nominibus, quae vastitate quadam oris deformabant, leguntur apud Paulum p. 16. v. Alumento. Cf. etiam v. aplustria p. 9. v. Aperta p. 19. 17. *Alica*] id voc. sine aspiratione dictum tradit Verrius ap. Charisium I. p. 75. P., quocirca hoc etymon exposuerat. 18. *Alicariae*] v. Plautus in Poenul. 1, 2, 54. *dicebantur*] M. *appellabantur* reliqui. *in Campania*] ubi optima fiebat alica teste Plin. N. H. XVIII, 11, 29. 19. *prostibula*] cf. Paulus p. 124. v. prosedae. 20. *Almities*] Charisius I. p. 25 P.: *Almities εὐπρέπεια.* Glossarium Labb. a Scal. laudatum: *Almities αὔξησις ἀρχῆς, εὐπρέπεια.* 21. *Allus*] eadem fere iisdem verbis leguntur apud Paulum p. 76. v. hallus. Glossae Isidori et Pithoeanae: *Allex pollex pedis.* *scandens proximum digitum*] incertum, qua in re, puto in ludo quodam, nam

Alveolum tabula aleatoria.

Alvus venter feminae ab alendo dicta. Est enim feminini generis.

(8) **Angor** est animi vel corporis cruciatus, proprie a Graeco ἀγχόνη, id est strangulatione, dictus; unde et faucium dolor angina vocatur. Plautus: "Vellem me in anginam verti, quo huic aniculae fauces praeoccuparem."

5 **Antigerio** antiqui pro valde dixerunt.

Antehac* Terentius pro antea ponit.

Anteurbana praedia urbi propinqua.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.

Axare† nominare.

10 **Antipagmenta** valvarum ornamenta, quae antis appinguntur, id est affiguntur.

Antefixa, quae ex opere figulino tectis affiguntur sub† stillicidio.

Aureax auriga. **Aureas** enim dicebant* frenum, quod ad aures equorum religabatur; **orias**, quo ora coercebantur.

Auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum et leporum, alias ab audiendi facultate.

Aurum dictum, quia praecipue custoditur. Graece enim ὠρεῖν custodire dicitur, unde et thesaurum. Hippocrates me-

pollex versus in amphitheatro, et pollex erectus, digito primore in eum residente, in adoratione aliam speciem offerunt. *dicitur* ἄλλεσθαι] vg. *dicitur allesthe* M. et inverso ordine, quem recepit Lind., Gu.

1. *Alveolum*] neutrum genus Pauli ignorantia invectum esse puto, qui etiam p. 108. v. naustibulum *alveum* nominativo casu suo periculo scripsit. Nam in Festo legitur: *vas alvei simile*. Masculina ita in neutra conversa saepius in Paulo observabimus, velut p. 9. v. Agonium *ludum* scripsit pro *ludus*, p. 13. *pediculum* pro *pediculus*, item p. 33. v. cilium *folliculum*, p. 36. *cassiculum*, p. 37. *Curti lacum*. 2. *Alvus*] cf. Non. p. 193, 23. M. Notum alvum interdum pro utero dici; hunc igitur significatum Verrius primarium vocabuli putavit. *est enim feminini generis*] M. et Gu., nisi quod hic *generis feminini*. Haec e codd. et edd. vett. Lind. addidit, nam vg. absunt. 3. *est*] M. ut vg. *id est* Lind. ex Gu. ἀγχόνη] coni. Scal., quem sequitur Lind. συνάγχη vg. *anchedellen* M. *anchedellin* Gu., quae lectiones quid celent, non divino. Scal. putat, ἀγχηνέλλειν quod mg. Aug. appositum habet, ortum esse ex ἄγχειν, ἴλλειν. 4. *Plautus . . praeoccuparem*] om. M. Versus est e Mostellaria I, 3, 60. 5. *Antigerio*] memoratur a Quinctiliano VIII, 3. et in glossariis, quae Scal. et Urs. afferunt. v. Placidus ap. Maium p. 432. Ordinem explicationum Lind. ex Gu. constituit; in aliis *Angor*, *Antehac* et *Antigerio* post voc. *Antefixa* explicantur. 6. *Antehac*] coni. Lind. *Anacreon* boni libri, quod Lind. ex compendio scripturae *anac* ortum putat. *antidea* coni. Urs. *ante* vg. *antehac* a Terentio, sed etiam a Cicerone et aliis usurpari constat. *ponit*] vg., ut in edd. vett. *posuit* Lind. non indicato fonte lectionis. 7. *Anteurbana*] voc. nullo alio auctore notum. 8. *Antarium bellum*] agnoscunt etiam Servius in Virgil. Aen. XI, 156. et glossa a Scal. allata, quam apud Labbaeum non reperio. 9. *Axare*] Gloss. Labb.: *anaxant*, ὀνομάζουσιν. Hoc *anaxant* ut etiam apud Paulum reponatur, literarum ordo poscere videtur. Libri tamen *Axare* tuentur, sed M. totum articulum omittit. Cf. p. 3. v. axamenta. 10. *Antipagmenta*] antiquius, ut videtur, quam antepagmenta, quanquam lex Puteolana, satis antiqua illa, apud Gruterum p. 207., pluries *antepagmenta* habet. *antis*] vg. *anteis* M. *antehis* Gu. cf. Paulus p. 14. v. antes. *appinguntur*] boni codd. Lind. *adpanguntur* vg. Temere Forcelliniani Lexici editor in Germania sententiae docti Itali, posse verbum appingo etiam deduci a pangendo, ut compingo et impingo, adscripsit: *Minime*; quid enim prohibet? 11. *Antefixa*] cf. Liv. XXVI, 23. XXXIV, 4. *sub*] *super* corrigendum dixi Etrusc. Rer. IV, 3, 2. T. II. p. 247. ann. 15., cum quae tecti ornamenta sub stillicidio, id est infra simam, esse potuerint, intelligi nequeat. 12. *aureax auriga*] etiam solitarium equum, sive κέλητα, eo nomine dictum esse, demonstrat Scal. e glossariis. *dicebant*] corr. Urs. *dicebatur* codd., etiam Lind. Eadem iterat Paulus p. 22. v. aureas, et Festus Qu. IX, 32. p. 32, 23. v. oreae. *orias*] codd. lectionem servavi cum Lind., quanquam inferiore loco oreae dicuntur. Sed etiam Placidus apud Maium p. 249.: *orie freni* (id est *oriae, freni*) *habenae ab ore dicuntur*. Nullum fuisse aurearum et orearum discrimen, vix opus est ut moneatur. 13. *alias ab audiendi facultate*] ut apud Plautum. 14. ὠρεῖν] vg. *orin* boni codd. *thesaurum*] omnes codd., ut videtur, sicut vg. *thesaurus* corr. Lind. Sed *thesaurum* etiam Petron. fragm. Trag. 46. extr. ed. Burmann. habet. *Hippocrates medicus*] hunc alienum esse ab hac re, et legendum *Hypsicrates*, probabiliter statuunt Scal. et Urs. Hic, Gellio teste N. A. XVI, 12, 6. scripsit super iis, quae a Graecis accepta sunt, et laudatur etiam a Varrone de L. L. V. §. 88.

dicus † de nomine inventoris id dictum putat, quem vocitatum ait Aurion. Quidam ad similitudinem aurorae coloris nomen traxisse existimant; nonnulli, quia mentes hominum avertat; alii a Sabinis translatum putant, quod illi ausum dicebant.

Aurichalcum vel orichalcum quidam putant compositum ex aere et auro, sive quod colorem habeat aureum. Orichalcum sane dicitur, quia in montuosis locis invenitur. Mons etenim Graece ὄρος appellatur. 5

Acus dicitur, qua sarcinatrix vel etiam ornatrix utitur. Paleae etiam quaedam de frumento acus dicuntur; exercitus quoque instructio, quod ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum acumine telorum. Totum (9) autem ex Graeco sermone trahitur, quoniam sarcire apud illos ἀκέσασθαι dicitur.

Assiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi consedisse videatur. Alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. Alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimarunt. 10

Andruare id est recurrere a Graeco verbo ἀναδραμεῖν venit; hinc et **drua** vocata est.

Antroare gratias referre. **Truant** moventur. **Truam** quoque vocant, quo permovent coquentes exta.

Acupedius dicebatur, cui praecipuum erat in currendo acumen pedum.

Adrumavit rumorem fecit, sive commurmuratus est, quod verbum quidam a rumine, id est parte gutturis, putant deduci.

1. *Aurion*] Lind. e bonis codd., ut A. Aug. in mg. *Aurum* vg. *ad similitudinem*] Lind. e codd., ut videtur, omnibus, et edd. vett. *a similitudine* vg. 2. *avertat*] *auruncet* coni. Scal., quod dictum esse vult pro *averruncet*. 3. *ausum*] ita Sabini Aurelios dicebant *Auselios*, teste Paulo p. 20. 4. *orichalcum*] ita Paulus etiam infra p. 36. v. Cadmea. De orichalco sufficiet Beckmannum in Aristot. mirab. auscult. 50. et 63. consultare. *ex aere et auro*] idem veriloquium profert Serv. in Virgil. Aen. XII, 87. 5. *etenim*] bonorum librorum lectio, quam recte defendit Lind. 6. *ornatrix*] κοσμήτρια et κωμμώτρια, de qua multa Scal. *Paleae*] cf. Paulus p. 17. v. aceratum. Has pro acere acus dixit etiam Columella II, 10. *exercitus... instructio*] hoc omnes clamant falsum esse ac de acie, non acu dicendum fuisse. At cum incredibile sit, in tantum errorem incidisse vel Paulum vel Festum, quin statuimus, singulare genus aciei, in cuspidem porrectae, dictum esse acum? 8. *quoniam*] Lind. e libris, ut videtur. *eum* vg. *quod* coni. Turneb. Advers. XIV, 12. *quia* Urs. esse testatur in manuscripto. Ita saepius variatur. ἀκέσασθαι] vg. *acesasthe* boni libri. A. Aug. huic glossae aliam praeponit de acere, e Varrone de R. R. sumptam, quos libros Festus Paulusque alias non commemorant. V. Corollar. glossarum in calce libri huius adiectum. 9. *Assiduus*] cf. Varro de L. L. VII. §. 99. Charisius I. p. 58. P., quocum maxime concinunt, quae Glossarium apud Cramerum *Haus-Chronik* p. 198. habet. V. Praef. II, 3. *assiduum locupletem*] in XII tabb. v. Gell. XVI, 10. Cicero Top. 2. Nonius p. 67, 18. M. v. proletarii. 10. *militabat*] assiduum militem etiam Placidus in Glossis p. 434. Mai. explicat, sed aliter. 11. *Andruare*] cf. Paulus in proximo v. antroare et Festus Qu. XIII, 8. p. 80, 32. v. redantruare. Apparet, non solum *amptruare* et *antruare* dictum esse, sicut temptare et tentare, sed etiam, litera T emollita, *andruare*. *id est*] om. Lind. propter Gu. ἀναδραμεῖν] scribendum esse viderunt Turneb. Advers. XIV, 12. et Scal. *andramin* Gu. (unde iam alter Guelferbytanus ἀναδραμεῖν fecit) *anthramin* M. ἀναδρᾶν vg. *drua*] voc. ignotum, nam quae addit cod. Lipsiensis: *textricis instrumentum*, ea e coniectura fluxisse videntur. Potius *drua* pro *trua* dictum esse videtur. 12. *Antroare*] cf. superius annotata. In Glossariis Labb. p. 199. in Stephano Londinensi, ubi est *antruare* σπιλεῦσε, legendum esse conieceris: σαλεῦσαι. *moventur*] boni codd. et edd. vett. *movent* vg. Lind. Sed cf. andruare. *Truam*] cf. imprimis Varro de L. L. V. §. 118. Sed Paulus non eam truam dicere videtur, quam Varro, sed trullam. De eadem Titinius apud Nonium p. 19, 18. M. v. truam: *Cocus magnum aeneum, quando fervit, paula confutat trua.* 13. *Acupedius*] *acripedius* coni. Vulcanius. At etiam Glossarium Labb. apud Stephan. p. 200. habet: *aquipedium* ὀξυποδία, ubi non opus est acupedius corrigere, quanquam etiam hoc ibidem p. 191. reperitur, quoniam syllaba *qui* ex *cu* et vocali i ad componenda vocabula interiecta coaluit. Ita aquifolium ab acubus, sterquilinium a voc. stercus dicta sunt. Quod apud Festum Qu. X, 28. p. 185, 27. v. pedarius e Lucilio legitur: *agipes*, in *acipes* mutabimus; ut ex arquites facti sunt arcites (v. annot. ad Paulum p. 18.), ex aquipensere acipenser (v. p. 19.) et alia multa. Apud Placidum quod legitur p. 435. Mai.: *Acu pedum, velocitate pedum*, mutarem in *acupedium, velocitate pedum insignem*, nisi ipsum excerptorem haec peccasse putarem. 14. *Adrumavit*] v. Festus Qu. XIII, 7. p. 79, 19. v. rumitant, Nonius p. 166, 33. v. rumitare, glossae Isidori p. 1., Pithoeanae p. 53. et quae leguntur apud Cramerum *Haus-Chronik* p. 202. *a rumine*] v. Festus Qu. XIII, 7. p. 79, 28. v. rumen, Qu. XIV, 12. p. 116, 32. v. subrumari, Nonius p. 18, 13. M. v. rumen, Isidor. Origg. XI, 1. §. 59.

Acieris securis aerea, qua in sacrificiis utebantur sacerdotes.

Aplustria navium ornamenta, quae quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam **amplustria** dicebantur.

Agina est, quo inseritur scapus trutinae, id est, in quo foramine trutina se vertit, unde **aginatores** dicuntur, qui parvo lucro moventur.

5 **Agonium** dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat; hostiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis; Agonalia eius festivitatem. Sive quia agones dicebant montes, Agonia sacrificia, quae fiebant in monte; hinc Romae mons Quirinalis Agonus et Collina porta Agonensis.

Agonium id est ludum, ob hoc dictum, quia locus, in quo ludi initio facti sunt, fuerit sine angulo; cuius festa Agonalia dicebantur.

10 **Agea** via in navi dicta, quod in ea maxime quaeque res agi solet.

(10) **Agonias** hostias putant ab agendo dictas.

Albogalerus a galea nominatus. Est enim pileum capitis, quo Diales flamines, id est sacerdotes Iovis, utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Iovi caesa, cui affigebatur apex virgula oleagina.

Apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive panici, de qua Naevius: "non hercle apluda est hodie, quam

1. *Acieris*] Quae glossarium Philoxeni: Acieris *ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος*, ea ne dubites, quin vel ex Verrio integro, vel saltem ex Festo ducta sint. Apud Labbaeum legitur *Acceres*. Etiam Isidori et Pithoeanae glossae *acieres* habent. 2. *Aplustria*] Glossar. Labb.: *Aplustra πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔννιος*. Etiam haec e plenioribus his libris ducta sunt. Voc. aplustre sive aplustrum sive amplustrum (nam in talibus lingua incerto gradu vagatur) iisdem temporibus, quibus Catamitus e Ganymede, e voc. *ἄφλαστον* ortum est. V. supra annot. ad p. 7. v. alcedo. *amplustria*] v. interpp. Silii Ital. X, 325. 3. *Agina*] voc., quo Tertullianus utitur. Placidus in Glossis p. 434. Mai.: *Aginam, scapum trutinae, quod eo mensura ponderis agatur*, quae ex Festo negligenter excerpta esse videntur. *quo*] id est non *quo in loco*, ut Lind. explicat, sed *quem in locum*. *aginatores*] Glossae Isidori et Pithoeanae habent: *acinari* (scr. *aginari*) *tricari, in parvo morari*, et *agginantes, explicantes*. Illud e pleniori Festo haustum esse existimo. 5. *Agonium dies*] Varro de L. L. VI. §. 12. 14. **Agonales** dies agi dicit sub initium anni, qui in Calend. Maff. Praen. a. d. V. Id. Ian. notantur, **Agonia** autem eundem diem, quo Liberalia celebrabantur, id est XVI. Kal. Apriles, qui AGON. notatur in Calendario Vaticano. In Calendariis etiam a. d. XII. Kal. Iunias, et a. d. III. Id. Decembres AGON. vel AG. notatum reperimus, et hunc quidem Decembris diem Festus Qu. XV, 15. p. 147, 8. Agonalia appellat, illum Maii Ovidius F. V, 721. Agonia. Verrius autem, in Calend. Praenest. ad d. V. Id. Ian., *Agonia* dicit, quae Varro Agonalia, et hanc ob caussam etiam Paulus Agonia et Agonalia non distinguit; neque Ovidius, ut apparet collatis F. I, 317 sqq. V, 721. *rex*] in regia. cf. Festus Qu. XIII, 15. p. 87, 23. Haec Varro in Agonalibus facta narrat. 5. 6. *Agonium . . deum*] de hoc nihil alii, et apparet, inventum eum esse studio etymologico. *Agonalia eius festivitatem*] haec verba Scal. proscripsit, et eorum loco reposuit, quae post voc. *angulo* leguntur: *cuius festa Agonalia dicebantur*. Sed nulla est caussa huius iudicii satis efficax, et boni codd. contradicunt. 6. 7. *sive . . monte*] haec, quae Lind. puncto interposito discerpsit, in unam sententiam conjunxi. *Agonus*] Scal. in mg. et Lind. cum Gu. *Egonis* M. *Aegonis* vg. Mirum, quod etiam infra apud Festum Qu. XII, 24. p. 64, 9. Quirinalis collis *olim egonus* appellatus esse dicitur. *Collina*] de hac Festus Qu. XII, 23. p. 63, 15. *Agonensis*] M. Lind. *Aegonensis* cett. 8. *Agonium*] M. vg. *Agonum* Lind. cum Gu. *ludum*] Paulus in excerpendo Festo structuram turbavit. Si ludicrum, ut A. Aug. ait, pro ludo legeremus, minus laboraremus. Sed in Festo *ludum* fuisse videtur accusativo casu positum. *locus*] intelligitur, nisi fallor, is, quo Circus Agonalis extructus est, in nona Urbis regione. 10. *Agea*] Glossarium Labb., in quo est: *Agear, παραμένων· καὶ πάροδος πλοίου*, a Scal. ita acutissime corrigitur: *Agea, παρὰ Ἐννίῳ, πάροδος πλοίου*, collato Ennio ap. Isidor. Origg. XIX, 1. Annal. VII, 51. apud Merulam. 11. *Agonias hostias*] Glossae Isidori: *Agonei, victimae*, et *Agonia, hostia*. Placidus p. 436. Mai.: *Agoniae victimae vel hostiae*. Quae idem de voc. hostia addit, pertinent ad p. 76. Glossarium Labb.: *Aglonia ἱερεῖον*. *Agonia* correxit Scal. *ab agendo*] i. e. a caedendo, ut apud Festum Qu. XV, 25. p. 157, 10. Hinc illud *Agone?* et *hoc age*, de quibus formulis Ovid. F. I, 317. et alii. 12. *Albogalerus*] cf. imprimis Varro ap. Gell. N. A. X, 15. et Sueton. ap. Serv. in Virgil. Aen. II, 683. 14. *Apluda*] cf. Non. p. 69. 31. M. Hic cum Gellio furfurem, Plinius cum nostro paleae genus dicit: sed furfur ex paleis maxime nascitur. Placidus in eadem p. 433. superius habet: *Abludam, paleam*, inferius: *Apluda, furfurina, alii panici: quasi ductam a potu πηγὴ dictam*, corruptissime. *non*] boni codd. ut vg. *ne* in

tu, nequior." Sunt, qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu deiciatur et quasi adplodatur.

Aridum proprie est, quod naturalem humorem amisit. Dicitur autem per contrariam significationem, quod irrigari desierit. Nam ἀρδεύειν Graece irrigare est.

Aptus quum propria significatione intelligatur, poni tamen solet pro adepto, sicut et apisci pro adipisci. 5

Area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit et non possit quicquam generare.

Angulus a Graeco ἀγκύλον venit, sive ab eo, quod est ἐγγύς, id est prope.

Aduncantur, quae ex diverso coacta faciunt anguli formam.

Affines in agris vicini, sive consanguinitate coniuncti.

Anclare haurire a Graeco descendit. Livius: "Florem anclabant Liberi ex carchesiis." 10

Anclabris mensa ministeriis divinis aptata. Vasa quoque in ea, quibus sacerdotes utuntur, **anclabria** appellantur.

Ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur: unde trahitur inquinamentum.

Antras † convalles vel arborum intervalla.

Arferia aqua, quae inferis libabatur, dicta a ferendo; sive vas vini, quod sacris adhibebatur.

Affatim dictum a copia fatendi, sive abundanter. Livius: "Affatim edi, bibi, lusi." Terentius **affatim** dixit pro eo, 15 quod est ad lassitudinem. (11)

deterioribus, unde Lind. fecit *nec*. Est senarius ex incerta Naevii fabula. v. Bothe Poet. Scen. Lat. Vol. V. P. II. p. 22.

1] *deiciatur*] Gu. *deiiciatur* cett. 2. *adplodatur*] Gu. *applodatur* Lind. *adplaudatur* vg. 3. *Aridum*] cf. Nonius p. 245, 2. M. 5. *Aptus*] aut activi verbi *apere*, aut deponentis *apisci* participium est. De illo v. infra p. 16. v. apex et p. 19. v. ape; de hoc deponentis participio cf. Non. p. 234, 22-27. M. v. aptam. *sicut et*] Lind. e Gu. *et* om. cett. 6. *Area*] idem quidem etymon, sed in alium sensum conversum, habet Varro de L. L. V. §. 38. 7. *venit*] M. om. Gu. vg. Lind. 8. *Aduncantur*] scripsit Lind. et haec ita distinxit, ut proprium facerent articulum. *adducantur* boni codd., ita ut haec cum superioribus coniungantur. *quod aduncatur* vg. Vossius haec: *quod aduncatur*, post ἀγκύλον transposuit. Verbi *aduncare* haec sola est auctoritas. 9. *consanguinitate*] vix putaverim Verrium ipsum affines dixisse consanguineos. 10. *Anclare*] cf. Nonius p. 107, 25. ubi exanclare perpeti, et p. 292, 3., ubi idem verbum exhaurire interpretatur, et Paulus p. 60. v. exanclare. Optime autem Paulus p. 17. v. ancillae *anculare* pro ministrare dictum esse refert, cum ex hoc significatu uterque usus deduci possit, nam vinum qui ministrant exanclant e cratere in pocula: ut tandem Graecum ἀντλῶ plane ab hac quaestione semovendum sit. Cf. Priscian. VI, 3, 17. p. 230. cum Krehlii annot., a Lind. advocatus. *a Graeco*] ἀντλῶ, quod codd. non habent, additur vg. et a Lind. Dubium autem non est, de hoc Graeco vocabulo cogitasse Festum. *Livius*] v. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 14. *florem anclabant*] *florem anculabant* corr. Scal., probabiliter, nisi prima syllaba senarii versus excidit. *floremque antlabant* voluit Dac. 11. *Anclabris mensa*] cf. Paulus p. 58. v. escariae. Quae in Glossariis Labb. leguntur: *Angla*, ὄγες, τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Νέβιος, sic reformare audeo: *Anclabres* (*ANGLAOΓΕΣ*), τρ. τρ., ὡς Ναίβιος. Ex hoc antiqui poëtae nomine satis intelligitur, ea ex pleno Festi libro sumpta esse. *divinis aptata*] M. *aptata divinis* Gu. Lind. *divinis apta* vg. *in ea*] sic boni codd. *aenea* vg. Illud multo aptius. Ita etiam Varro de L. L. V. §. 118 sqq., postquam mensas descripsit, escariam, vinariam rotundam, cartibulum, urnarium, singulis statim vasa adiicit, quae in illis erant. 12. *Ancunulentae*] vg. *anculunentae* boni codd. Cf. Paulus p. 39. v. cunire. 13. *Antras*] Glossaria Labb., quae ex Festo profecere, *ancrae* vel *angrae* habent, quod ἄγκεα, αὐλῶνες explicant, ac Placidus ap. Maium p. 432: *Ancrae intervalla arborum* (cf. p. 434., ubi *ancres* eodem modo explicatur): quorum consensu efficitur, ut etiam in Festo *Ancras* fuisse credamus. Ad eandem formam revocandum erit, quod habent Glossae Isidori: *Angrae, intervalla arborum vel convalles*. In Pithoeanis *Angae* legitur. 14. *Arferia*] Philoxeni Glossae ap. Labbaeum: *Adferial* ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον. *sive vas vini* etc.] idem quod inferium vinum, ut videtur, de quo Paulus p. 83. 15. *Livius*] in Odyssea, ut vidit Scal., comparatis illis: τῶν δ' ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα, Hom. Od. XV, 372. Saturnios numeros Hermannus, Elem. doctr. metr. p. 625., quem sequitur Lind., eo restituere conatur, quod post *edi* priorem versum claudi statuit. *Terentius*] quo loco P. Terentius Afer, si hic intelligitur, eo verbo usus sit, non repperi. Caeterum haec sine dubio primaria significatio voc. *fatis* fuit.

Amenta, quibus, ut mitti possint, vinciuntur iacula, sive solearum lora; ex Graeco, quod est ἄμματα, sic appellata, vel quia aptantes ea ad mentum trahant.

Adtegrare est vinum in sacrificiis augere. Integrare enim et adtegrare minus factum est in statum redigere.

Adtritum et tritum ex Graeco descendit, quia illi vestem tritam τρίβωνας appellant.

5 Attestata dicebantur fulgura, quae iterato fiebant, videlicet significationem priorum attestantia.

Adtibernalis habitator continuae tabernae, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis; unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.

Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt et attingunt magis terram, quam ambulant,
10 quod cognomen Quinctio poetae adhaesit.

Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi nomine appellemus.

Adagia ad agendum apta.

Adasia ovis vetula recentis partus.

Abrogare infirmare.

15 Ad aut proprie personam significat, ut: eo ad Pompeium; aut locum, ut: abiit ad theatrum.

Apud mutuam loci et personae coniunctionem demonstrat, ut quum dicimus: coeno apud amicum.

1. *Amenta*] In Glossis Labb. *amentum λῶρον, ὄχανον*, et *ammentum ἄμμα λόγχης* explicatur. Sed respondet Graeco *ἀγκύλη*; ac *τὰ ἀγκυλωτὰ Θεσσαλῶν στοχάσματα* (Eurip. Bacch. 1205), Romanorum pilis simillima fuisse videntur. Glossarium Virgilianum (apud Barthium Adversar. XXXVII, 5.): *Amentum est lorum, quo hasta manui alligatur, quod . . . ius amientum ait.* 3. *Adtegrare*] *Attegrare* Lind. ex uno Gu. *vinum . . augere*] Scal. corr. *vino sacrificium augere*, Dac. etiam plura verba mutat additve: uterque nimia corrigendi licentia et libidine. Quid enim prohibet, quominus Romani in sacrificio vinum adtegrare dixerint, cum vini copiam in patera poculove libatione deminutam infundendo augerent et restituerent. *minus factum*] post haec vocc. Lind. interpungit. Sed pendent ea a verbo redigere. 4. *Adtritum*] *Attritum* Lind. ex uno Gu. *τρίβωνας*] scripsi. *tribonas* boni codd. *τριβώνιον* vg., sed *τρίβωνας* in mg. *τρίβωνα* Lind. de coniectura. Sed quod e codd. posuimus, optime concinit cum singulari numero *vestem*. Hic enim in prosa oratione collectivum sensum habet, pluralis autem, quantum video, a poetis tantum usurpatus est. Sic Cicero vestem cum supellectili coniungit, sic iurisconsulti: *si quis vestem legaverit*; non alio denique sensu *servi a veste* dicuntur. Ac v. ipsum Paulum vv. vestis et vestimentum p. 158. 5. *Attestata*] cf. Festus v. peremptalia Qu. XII, 13. p. 53, 22. et Qu. X, 32. p. 187, 19. et v. renovativum Qu. XIII, 25. p. 97, 18. *fulgura*] vg. *fulgora* boni codd. 6. *Adtibernalis*] boni codd., nisi quod in Gu. est *adtybernalis*. *adtubernalis* vg. *attibernalis* Lind. Sic etiam in Isidori Glossis legitur. Cf. Paulus p. 30. contubernales, ubi u constanter servatur, et Festus Qu. XV, 32. p. 164, 24. v. tabernacula. *continuae*] Goth. legendum putat *continuus*, nisi quis malit hanc vocem ut superfluam atque otiosam dispungere. Non vidit igitur ille continuam tabernam, in qua habitatur, ab ea distingui, quae pro tempore, velut mercatus caussa, erigitur. 9. *Attae*] Glossarium Labb.: *Attat* (correctum est *Atta*) *ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν*. Aliud e cod. Sangermanensi in castigationibus memoratum (p. 356. in Steph. Londin.), melius: *ὁ ἀκροῖς τοῖς δακτύλοις ἐπιβαίνων* (corrigitur *ἐπιβαίνων*). Glossae Isidori: *Atta, qui primis plantis ambulat.* 10. *Quinctio*] poetae togatarum fabularum. Ad eius cognomen alludere putat Scal. cum Cruquio Horatium Epp. II, 1, 79., nimis frigido ioco. Non displicet tamen hic doctissimo Weicherto, Poet. Lat. reliq. p. 345. 11. *Attam*] vg. *Attin* boni codd. *Ἄττα πάτερ* Homerus, e Thessalorum dialecto, ut grammatici testantur. V. Eustath. in Il. I. 603. Cf. Paulus p. 12. v. atavus. 12. *Adagia*] *Adagio* corr. Dac. e Varrone de L. L. VII. §. 31. Sed adagium Gellii usu satis confirmatum est. *Adagione*, *proverbio*, Placidus p. 433. 13. *Adasia*] Isidorus in Glossis: *Adasia, ovis maior natu. Recentis partus* videtur significare recentem a partu. 14. *Abrogare*] cf. Paulus p. 53. v. derogare et p. 112. v. obrogare cum annot. Glossae quod: *abrogo ἀποκυρῶ, ἐλαττῶ*, explicant, infirmare non recte in *ἐλαττῶ* converterunt. 15. *proprie*] *prope* corr. Lind. in commentariis, e cod. Lipsiensi. Id non probaverim. Puto Festum aut Verrium de latiori significatu disputasse, quo *ad* cum personis construitur, et opposuisse videtur huic usui mutuam loci et personae coniunctionem, quae obtinet in usu praep. *apud*. *abiit*] vg. *ab iit* M. *abit* Gu. Lind. 16. *demonstrat*] Gu. Lind. *significat* cett.

At differentiam rerum significat, ut cum dicimus: Scipio est bellator, at Marcus Cato orator.

Addicere est proprie idem dicere et approbare dicendo; alias addicere damnare est.

Aedis domicilium in edito positum simplex atque unius aditus. Sive ideo aedis dicitur, quod in ea aevum degatur, (12) quod Graece *αἰών* vocatur. Itaque aedificare quum sit proprie aedem facere, ponitur tamen *καταχρηστικῶς* in omni genere constructionis.

Aedituus aedis sacrae tuitor, id est curam agens. Aeditimus aedis intimus.

Aedilis initio dictus est magistratus, qui aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. Postea hoc nomen et ad magistratus † translatum est. Dictus est autem aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed et aedilatus dicebatur eadem dignitas, sicut pontificatus, magistratus.

Atrium proprie est genus aedificii ante aedem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. Dictum autem atrium vel quia id genus aedificii Atriae primum in Hetruria sit institutum, vel quod a terra oriatur, quasi aterrium.

Avus, patris matrisque pater, dictus a Graeco vocabulo, quod est apud eos *πάππος*, mutatis quibusdam litteris. Alii volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eosdem Graecos *αὖς** appellatur, significatque magnum, quoniam veluti magnus pater sit avus. Alii putant avum dictum esse, quia ad duos attineat, quasi adduum, vel quia ad patrem sit additus.

Abavus dicitur, quia abest ab avo et est avus avi.

Atavus, quia atta est avi, id est pater, ut pueri usurpare solent.

2. *addicere damnare*] haec distinctius puto exposuisse Festum. 3. *in edito*] *in aditu* corr. Scal., propter Varronem de L. L. V. §. 161.: *Aedis ab aditu, quod plano pede adibant.* At *in edito* omnia sunt, quae supra terram extant, ut omnes aedes. 4. *αἰών*] vg. *enion* Gu. *αἰώνιον* M. ut videtur. 6. *Aedituus . . . Aeditimus*] haec coniunxi sub uno titulo, cum credibile non sit, Verrium aut Festum aedituum ab aeditimo distinxisse. Sed duplicem tantum propter duplicem formam etymologiam attulerunt. Cf. Varro de L. L. VII. §. 12. VIII. §. 61. *tuitor*] Gu. 2., ut vg. et Lind. *tutor* M. *Aeditimus*] boni codd., ut vg. *Aeditumus* Lind. e deteriori cod. Aeditumum sive aeditimum priscum et vere Latinum fuisse vocabulum, aedituum, quod compositum simulat, novitia consuetudine introductum, ostendit Varro ap. Gell. XII, 10. et de R. R. I, 2. Iam A. Aug. recte de ea re iudicaverat. Verrius in fautoribus recentis tum inventi fuisse videtur, ut Lucretius, cum aedituentes dicit. 7. *magistratus*] hoc voc., quod in omnibus codd. extat, damnavit Scal., ea mente, ut aediles initio omnes aedium sacrarum et privatarum custodes curatoresve dicti essent. At aedilem unquam pro aeditimo dictum esse, nullum habemus documentum, quam Varronis verba ex Eumenidibus ap. Nonium p. 119, 5. M. v. gallare, idque valde obscurum et incertum. Atque ipsam Pauli definitionem ad publicos aediles spectare, demonstrat Varro de L. L. V. §. 81.: *Aedilis, qui aedes sacras et privatas procuraret.* Itaque corruptela, quam Pauli verbis inesse non nego, inferiori loco quaerenda est. 8. *hoc*] *et hoc* M. *magistratus*] excidisse videtur: *curules*, nam curules aediles ex imitatione plebeiorum aedilium institutos esse constat. *Dictus est autem*] Paulus pro negligentia sua diversas Festi opiniones non distinxit. 9. *aedilatus*] voc. hoc solo teste notum. *eadem dignitas, sicut pontificatus, magistratus*] *sicut pontificatus, magistratus, eadem dignitas* verba disposuit Lind., minus bono ordine, uni Gu. obtemperans. 10. *Atrium*] cf. Varro de L. L. V. §. 161., quem non aliter de atrio statuere, quam Festum, persuasum habeo: quanquam nuper contrariam sententiam defendit W. A. Bekker. in Gallo I. p. 81 sqq. *ante aedem*] Lindemanniani typothetae incuria omiserunt. Error, qui in his verbis deprehenditur, Pauli, non Festi est, quem de anteriore aedium parte dixisse facile intelligitur. *mediam aream*] intelligit impluvium. 14. *αὖς*] *ayos* M. *anoc* Gu. *τάτα* vg. *αἰπὺς* coni. Lind. Quod posui, nititur Hesychiano *Ταῦς μέγας, πολύς*, unde praeter alia vocabula ab Hesychio prolata Taygetum montem dictum esse constat. *Ταύσιον* autem vel *τηΰσιον*, quod nimium, immodicum, temerarium significat, apud Dorienses cum mutatum sit in *αὔσιον* (v. Etymol. M. p. 171, 7. Ibyci fragm. 19. p. 154. ed. Schneidewin.): non *τηΰσιον*, ut spero, inventum illud *αὖς* habebitur. Certe si *αὖς* apud Dorienses quosdam in usu erat, grammatico alicui etyma doctius rimanti facile in mentem venire poterat, ut inde voc. *avus* deduceret. 17. *quia abest*] *quia iam abest* corr. Dac., ut eadem sit, quae Isidori sententia: *abavus, proavi pater, iam longe ab avo.* Sed haec ipso verbo *abest* significatur. 18. *Atavus*] *Attavus* M. *atta*] ita boni codd., ut A. Aug. in mg. *tata* vg. cf. p. 11. v. attam. *abavi*] mg. A. Aug. *avi* codd., sed atavum nemo pro proavo dixit.

Avunculus, matris meae frater, traxit appellationem ab eo, quod aeque tertius a me, ut avus, est, sed non eiusdem iuris: ideoque vocabuli facta diminutio est. Sive avunculus appellatur, quod avi locum obtineat et proximitate tueatur sororis filiam.

Amita patris mei soror, quia similiter tertia a me sit atque avia, videri potest dicta ex eo, quod ab antiquioribus avita sit vocitata. Sive amita dicta est, quia a patre meo amata est. Nam plus sorores a fratribus, quam fratres diligi
(13) solent, videlicet propter dissimilitudinem personarum, quae ideo minus habent dissensionis, quo minus aemulationis.

Avillas agnus recentis partus.

Agnus dicitur a Graeco ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ, quod significat castum, eo quod sit hostia pura et immolationi apta.

Avere nihil aliud est, quam cupere. Argumento est avidum et aviditatem, ex quibus praecipua cupiditas intellegitur, quum significet et gaudere.

Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni.

Adsciscere est adiungere vel assumere.

Adscripticii veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur. Hos et **accensos** dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. Quidam **velatos**, quia vestiti inermes sequerentur exercitum. Nonnulli **ferentarios**, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent, quae in hostes iacerent. Alii **rorarios**, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret.

Auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio.

Auctum vocabatur spacium circi, quod super definitum modum victoriae adiungitur.

Argennon argentum percandidum.

2. *Sive avunculus . . quod avi locum obtineat*] cf. Tacit. de moribus German. c. 20. 3. *filiam*] Lind. e bonis codd. et edd. vett. *filium* vg. 4. *avia*] post hoc voc. Lind. in commentariis distinguit semicolo; nos ita, ut sententia caussalis: *quia . . avia* subiungatur primariae: *videri potest dicta* etc. 7. *Avillas*] obscurissimum vocabulum. Lind. id ab Indica vocabuli *ovis* forma *awis* deducit. At me iudice in arte etymologica non licet systemata vocalium, quae in diversis linguis obtinent, inter se miscere. *agnus*] boni codd. Lind. *agnas* vg. 8. *Agnus*] v. veriora supra p. 6. v. agnus. ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ] Lind. e bonis codd., qui *apotu agnu* habent. ἁγνὸς vg. 9. *est*] *esse* coni. Lind., ut haec pendeant a verbis: *argumento est*. At haec etiam soluta non displicent. *avidum*] de eodem voc. minus recte statuitur infra p. 20. *aviditatem*] *aviditas* corr. in annot. Lind. *intellegitur*] Lind. e Gu. *intelligitur* cett. 11. *Adscripti*] de civibus in coloniam adscriptis Livius saepe. 13. *Adscripticii*] adscriptivi sunt apud Plautum in Menaechm. I, 3, 2., quem explicat Varro de L. L. VII. §. 56. *accensos*] cf. Paulus p. 16. v. accensi. Saepe Varro de his, de L. L. VII. §. 58. Rer. Human. l. XX. apud Nonium p. 59, 1. M. v. accensi, et de Vita P. R. apud eundem p. 520, 8. v. decuriones. Verrius Varronem secutus esse videtur. 14. *velatos*] "Fortasse", ait Lind., "veram lectionem praestat Lipsiensis codex. *Velites*, quod nomen Grammaticus male a velando dictum esse putabat." At nullus scriptor velites inermes exercitum secutos esse tradidit; nec velites et velatos usquam inter se permisceri memini. V. Paulus p. 158. v. velati et cf. p. 24. v. advelitatio. De accensis velatis, qui sunt accensi et velati, omnia nota. V. imprimis Scal. in h. l. et Niebuhr. H. R. T. I. p. 465. ed. sec. Horum copiis nuper accessit memorabile Vaticanorum fragmentorum iuris civilis testimonium §. 138. p. 121. ed. Buchholtz: *Ii, qui in centuria accensorum* (ita Blumius noster; in cod. est *censorum*) *velatorum sunt, habent immunitatem a tutelis et curis*. 15. *ferentarios*] v. Varro de L. L. VII. §. 57. Paulus v. ferentarii p. 64. et 70. Nonius p. 554, 26. v. ferentarii. *rorarios*] etiam de his Varro de L. L. VII. §. 58. et de Vita P. R. apud Nonium p. 553, 5. M. v. rorarii, exposuit. Cf. Paulus p. 134. v. rorarios. Livius VIII, 8. rorarios ab accensis discernit. Apparet, quaestiones de adscriptivis, accensis, ferentariis, rorariis a grammaticis Romanis tum omnes coniunctas esse. 17. *Auctarium*] explicare videtur Plautum Mercat. II, 4, 22. *super*] *supra* M. *adiciebatur*] Gu. *adiiciebatur* cett. 18. *Auctum*] hoc spatium circi non victoriae, ut ait Paulus, sed cursibus, quibus de victoria certabatur ab equis et aurigis, additum esse existimo. De προςθήκη δρόμου apud Graecos Aeschylus Choephor. 785., si poetam recte intellexi. Negavit quidem God. Hermannus, sed ipse poetae obscura verba non explicuit. 19. *argentum*] *argenteum* corr. Scal., cui Lind. accedit. At vix adducar ut credam, ipsum adiectivum Graecum ἀργεννὸς apud Romanos in con-

Arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium et facultatem.
Amicinum utris pediculum, ex quo vinum defunditur.
Arbosem pro arbore antiqui dicebant et robosem pro robore.
Arbitrium dicitur sententia, quae ab arbitro statuitur.
Arbitrarium, quum adhuc res apud arbitrum geritur. 5
Amicitiae vocabulum ab amore deducitur, quamvis interdum vituperandus sit amor. Ab antiquis autem ameci et amecae per E litteram efferebantur.
Adpromissor est, qui, quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.
Arcere est continere. Unde et arcus in aedificiis dictus est, quia se ipse continet. Alii dicunt arcum dictum esse (14)
ab opere arrigendo in altitudinem. 10
Arcirma genus plaustri est modici, quo homo gestari possit.
Argeos vocabant scirpeas effigies, quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim.
Arcere prohibere est. Similiter abarcet, prohibet. Porcet quoque dictum ab antiquis, quasi porro arcet, et pro

suetudinem venisse, quae sane nimia fuisset graecissandi licentia. Sed argenti quandam speciem, purissimam et ob eam caussam candidissimam, Graeco vocabulo *argennon* dictam esse, nihil prohibet quominus credamus.

1. *quod totius rei habeat arbitrium*] i. e. quod nullis legum et formularum vinculis adstrictus sit. Nomen eius, e praepositione ar, id est ad, et betendo, id est eundo, compositum, comparari potest cum ἴστορι et ἰδυίῳ Graecorum. Cf. Festus Qu. XIII, 9. p. 81, 26. v. reus, et Qu. XVI, 27. p. 196, 31. v. vindiciae. 2. *Amicinum*] ἀσκοῦ στόμα explicant Glossaria Labb., de quibus bene Scal. *pediculum*] dicit Graecorum ποδεῶνα. De neutro genere v. annot. ad p. 7. v. alveolum. *defunditur*] M. *diffunditur* Gu. vg. Lind. Vinum sane diffunditur e doliis in amphoras et similia vasa (qua de re non ubique diligenter referri video), sed defunditur potius ex utribus in subiecta vasa, quod in mercatu vini fiebat. Solebant enim utres in vehiculo, vel omnino altius, collocata, ex eo quo erant loco, in amphoras exinaniri. Hinc explica Plinii verba, N. H. VII, 20, 19. §. 82. de Vinnio Valente, *vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere* solito. Rem totam adumbratam habes in pictura Pompeiana apud Gellium, Pompei. nova tb. 81. 3. *Arbosem*] ad hoc gravissimum historiae Latini sermonis caput digitum intendit Festus in hisce excerptis, p. 8. v. aurum, p. 20. v. Aureliam, p. 52. v. dasi, p. 90. v. loebesum, et p. 134. R. pro S., et in articulo non excerpto, sed male mutilato, Qu. XII, 11. p. 51, 24. v. Papisios, ut videtur, imprimisque Qu. X, 29. p. 186, 9. v. pignosa. Ceterorum grammaticorum de ea re disputationes sunt Varronis de L. L. VII. §. 26. 27. et apud Macrobium Sat. III, 2., Serv. in Aen. IV, 219. et Velium Longum de orthographia p. 2230. P., item Terentii Scauri p. 2252. 2258. P. Cf. Cicero ad famil. IX, 21. Quinctilian. Inst. I, 4, 13. Pomponius in Digestis I, 2, 2. §. 26. Placidus in Glossis, ab Urs. adhibitus: *Hasenam antiqui dicebant, ut asas, quas nos aras, et Lases, quos Lares dicimus.* Quae apud Maium p. 469. minus recte leguntur. 4. *Arbitrium*] cf. Paulus paulo superius v. arbiter. 5. *Arbitrarium*] sic explicatur usus eius voc., quo incertum significat, ut apud Plautum Amph. I, 1, 221. Poenul. III, 5, 42. 6. *ameci*] nempe pro antiquiori diphthongo *ei* quinto sextove saeculo non raro *e* pronunciabatur, ut in *ploirume* in sepulcris Scipionum, *compromesise* in SC. de Baccan. Etiam *die quinte* et *crastine* (v. Gell. N. A. X, 24.) hinc expedienda sunt. 8. *Adpromissor . . . promittit*] apparet, Paulum, quae in Festo legerat, vocabulis quibusdam transpositis aut male coniunctis corrupisse. Adpromissor est, qui, quod alter promisit, idem pro eo suo nomine quoque promittit. Haec Festi debebat esse sententia: nam suo nomine, constat, etiam adpromissorem promittere. Quod Dac. solum voc. *alter* post *promisit* addit, et Brissonius (de V. S. p. 37. ed. Heineccius) *quis* ante *suo nomine* inculcat, eo locus non satis emendatur. *promittit*] *promisit* Lind. e solo Gu. 9. *Arcere est continere*] cf. Festus v. noverca Qu. I, 23. p. 23, 11. et Paulus paulo inferius. Placidus in Glossis p. 435. Mai: *Arcent tenent, custodiunt: unde cohercere.* De ea verbi arcere significatione dixit Graevius in Cic. somn. Scip. 4. p. 606. Videntur in hoc uno Latinae linguae verbo Graecae radices duae confluxisse *APK* et *ΑΛΚ*. 11. *Arcirma*] boni codd. *Arcuma* vg. et Lind. codici malae notae obsecutus. Illud testantur etiam Glossaria Labb., in quibus est *arcirma* vel *arcirna* ἁμαξίς. *Arcirma* ab *arcera* dicta esse videtur, quanquam forma vocabuli habet, quae offendant. 12. *Argeos*] de scirpeis simulacris, quae ita appellabantur, v. Varro de L. L. VII. §. 44. Dionys. Hal. I, 38. Ovid. F. V, 621. Plutarch Qu. Rom. 32. Festus Qu. XV, 7. p. 143, 23. v. sexagenarios. Cf. Paulus p. 17. v. Argea. 13. *abarcet*] cf. Paulus infra p. 22. v. abercet. *porcet*] cf. Nonius p. 159, 33. M.

eo, quod est continet, ponitur; unde et coercere continere dicimus. Trahitur autem hoc verbum a Graecorum magistratu, quem illi ἀρχήν vocant, in cuius potestate est vel cogere, vel prohibere.

Arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quae tutissima pars est urbis; sive a genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur; sive ab arca, in qua quae clausa sunt, tuta manent, cuius ipsius origo ab arcendo pendet.

Arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quae ad sacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus, qui tutelam gereret arcarum.

Arculata dicebantur circuli, qui ex farina in sacrificiis fiebant.

Arcula dicebatur avis, quae in auspiciis vetabat aliquid fieri.

Asseres dicti, quod assideant parieti trabibusque.

Assaratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem assir vocarent.

Ambrices regulae, quae transversae asseribus et tegulis interponuntur.

Antes sunt extremi ordines vinearum. Unde etiam nomen trahunt antae, quae sunt latera ostiorum.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. Ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est a circumeundo supplicandoque. Ambitio est ipsa actio ambientis.

(15) Amnis proprie dicitur a circumnando, quod am* ex Graeca praepositione sumptum, quae est ἀμφί, significat circum, et nare fluere.

2. ἀρχήν] Lind. cum Guelferbytano altero. *archen* boni codd. ἄρχοντα vg. *vel*] ante voc. *cogere* add. Lind., e codd. ut videtur. Nam edd. vett. om., ut vg. 3. *pars est urbis*] M. vg. *pars urbis est* Lind. cum Gu. *sacrificii, quod in arce fit ab auguribus*] hoc sacrum, ni fallor, antecedebat inaugurationem, de qua Varro scribit, de L. L. V. §. 47. 5. *ab arca*] cf. Varro de L. L. V. §. 128. 6. *appellabant*] *appellant* M., contra Festi morem. De eodem circulo Paulus p. 35. v. cesticillus. Graeci dicunt τύλην et σπεῖραν, ut docent Casaubon. in Athenaeum VIII, 13. p. 620 sq. et Heynius in Apollodorum II, 5, 11. §. 14. in annot. crit. 8. *etiam*] M. ut vg. *esse* Lind. e Gu. et aliis. De Arculo deo nihil praeterea legitur. *arcarum*] *arearum* in vg., quod criticos tenuit, merum typothetae sphalma fuisse videtur. 9. *Arculata*] Aliud est inarculum, de quo Paulus p. 84. Sed omnia haec vocc. ab arcuatione, id est incurvatione, ducta sunt. Sphaera Isidori Origg. XX, 2, 31. et spaerita Catonis de R. R. 82. similia sunt placentarum genera, sed quae ad rem sacram non pertineant. 10. *Arcula*] libri. *Arciva* coni. Scal., qui provocat ad Glossas, quae apud Labbaeum extant: *Arcivus* εἱρκτικός, κωλυτικός. De hoc auguriorum genere cf. Paulus p. 49. v. cliviae, p. 57. v. enubro. p. 81. v. inebrae. Festus Qu. XIII, 14. p. 86, 13. v. remores. 12. *Assaratum*] codd. lectionem servavi, quanquam, quod Scal. scribendum coni., *assiratum* melius cum forma voc. *assir* concinit. In Glossariis Labb. est: *asser* αἷμα, sed apud Catonem de R. R. 132. rectius *daps assaria pecunia*, quam *daps assir a pecu* legitur. Idem esse vocabulum Lobeck. in Paralipomenis Gramm. Graecae p. 76. pronunciavit, quod Hesychius habet: ἀσοῦρ κρατὴρ ὑπὸ Φοινίκων: neque aliter, nisi accentu mutato, legitur in Etymol. Magno p. 155, 34. Sed quod V. D. ille autumat, eam creterram fuisse sanguinis, concidit, si Gesenius in Scripturae linguaeque Phoeniciae monumm. I. p. 386. recte annotavit, idem vocabulum in Syrorum lingua superesse et scyphum significare. Contra Lind. Latinum voc. oriundum esse statuit ab Indico *asridseh* (in quo *dseh* pro *g* est): neque renitor equidem. 14. *Ambrices*] asserculi intelligendi sunt, qui inter asseres, a quibus tegulae suspensae sunt, ad libellam positi sunt, qui bene *regulae* appellantur. Apud Plautum tamen, Mil. glor. II, 6, 24., noli *imbrices*, qui cum tegulis optime coniunguntur (ut καλυπτῆρες et κεραμίδες), mutare in *ambrices*. 15. *Antes*] cf. Serv. et Philargyr. in Virgil. G. II, 417. Glossaria Labb.: *antes* στίχοι ἀμπέλων et similiter, sed etiam παραστάται (p. 198. in Stephano Londin.). *latera ostiorum*] ita Paulus etiam p. 8. v. antipagmenta *antas* interpretatus erat. Sed rectius, puto, Glossaria: *antae*, παραστάδες. *Quadras columnas* dicit Nonius p. 30, 6. M. 16. *Ambitus*] cf. Paulus p. 5. in eadem v., et quae ibi annotavimus. 17. *honoris ambitus*] cf. Nonius p. 242, 10. M. v. ambire. 18. *Amnis*] cf. Varro de L. L. V. §. 28. *quod am*] scripsi. *quoniam* boni codd. Lind. *quoniam am* vg. cf. p. 4. v. am.

Ambiguum est, quod in ambas agi partes animo potest. Huiusmodi apud Graecos ἀμφίβολα dicuntur.

Ambrones fuerunt gens quaedam Gallica, qui subita inundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis et praedationibus se suosque alere coeperunt. Eos et Cimbros Teutonosque C. Marius delevit. Ex quo tractum est, ut turpis vitae homines **ambrones** dicerentur.

Antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Graeco videntur; quod enim nos **contra**, illi ἀντίον dicunt. 5

Amneses appellantur urbes sitae prope amnem, ut a mari maritimae. Unde Interamnae et Antemnae dictae sunt, quod inter amnes sint positae, vel ante se habeant amnes.

Amtermini, qui circa terminos provinciae manent. Unde **amiciri**, **amburbium**, **ambarvalia**, **amplexus** dicta sunt.

Angiportus est iter compendiarium in oppido, eo quod sit angustus portus, id est aditus in portum. 10

Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, quum angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa **Angeronalia** dicebantur.

Actus modo significant in comoediis et tragoediis certa spacia canticorum; modo iter inter vicinos quatuor pedum latum; modo in geometrica minorem partem iugeri, id est centumviginti pedum; modo motum corporis, ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso **actuosi** dicuntur. 15

Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum, dicti ex Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem.

1. *ἀμφίβολα dicuntur*] Lind. e Gu. *ἀμφίβολον dicitur* M., ut videtur, ut vg. 2. *subita inundatione maris*] nota fabula, de qua exposuit Io. Mueller in bello Cimbrico c. 3. §. 1. 3. *Teutonosque*] vg. *Teotonosque* boni codd., quae lectio nescio an non reprobanda sit. 4. *turpis vitae homines*] sic etiam Isidori Glossarium de Ambronibus, plane ut Graeci de *Τριβάλλοις*. Placidus p. 436. Mai.: *Ambronem perditae improbitatis: a gente Gallorum, qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere.* 5. *Antiae*] de eodem voc. Charisius p. 20. P. Glossaria Labb. (apud Stephanum p. 199.): *antiae προκόμιον*, et: *antide* (correctum in *antiae* a Scal.), *κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι*, et p. 197.: *Anciae κόμαι τῶν κροτάφων*. Placidus apud Maium p. 433.: *Antis* (i. e. *Antiis*), *capillis muliebribus, ante id est a fronte pendentibus.* Utuntur eo voc. Appuleius et Tertullianus. Capronae, de quibus Paulus p. 37., ab Appuleio Florid. 3. p. 114. Bip. ab antiis discernuntur. *ἀντίον*] *ἄντιον* Lind. ex altero Guelferbytano. *antion* boni codd. *ἀντὶ* vg. 6. *Amneses*] boni codd. Lind. *Amnenses* vg. Cf. annot. ad p. 4. v. Albesia. Glossaria Labb.: *Amnenses, περιποτάμιοι. Interamnae et Antemnae*] maiuscula litera designavi, ut nomina propria. Lind. pro appellativis habuit, sed adiectivo antemnus quenquam usum esse, non reperio. Interamnae autem pluraliter dicuntur, quia plures erant, Interamnates Nartes, Lirinates, alii. Cf. Varro de L. L. V. §. 28. 8. *Amtermini*] nullo alio teste noti: nisi quod Glossarium Labb.: *amterminus διχόθεν ὅρος*, quae explicatio contra analogiam offendit. Quod autem Scal. Catonem *anterminum* coniunctim genitivo casu dicere iubet, non disiunctim *an terminum*, id pugnat cum diserto Macrobii Sat. I, 14. testimonio, cui aliquantum tribuerim. *provinciae*] *P. Ro. viciniae* corr. Scal., acute: sed fieri potuit, ut Paulus voc. *provincia* pro alio aptiori poneret. *Unde*] intellige: *a praepositione am*, quae verba addere volebat Dac. *amburbium*] de hoc lustrationis genere v. Vopisc. Aurel. 20. *ambarvalia*] v. supra p. 5. v. ambarvales. 10. *Angiportus*] cf. Varro de L. L. V. §. 145. VI. §. 41. Ulpian. in Digestis de verb. signif. 59. Verior explicatio ex ipso Festo Qu. XII, 1. p. 41, 27. v. portum, peti potest. *est*] M. om. Gu. vg. Lind. 11. *Angeronae*] aliis *praesul silentii*, quo etiam Glossarium Labb.: *Angeronia ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν* spectat. Sed haec nihil nisi umbrae etymologorum. *Angeronalia*] de his Varro de L. L. VI. §. 23. 13. *spacia canticorum*] id est spatia inter cantica. *Spatia fabularum* dicit Vitruv. V. Praef. *iter inter vicinos*] de hoc actu Varro de L. L. V. §. 22. 34. Ex Festo, puto, Placidus p. 433. apud Maium: *Actum iter vicinale quatuor pedes latum, quo iumenta agi possunt.* 14. *minorem partem iugeri*] *maiorem partem iugeri* coni. Dac., quod significare vult eam divisionem, quae maximas efficit partes, id est dimidias. Praestat, talia Pauli inscitiae attribuere. *motum corporis*] cf. Paulus p. 19. v. agere. 16. *Auxiliares*] cf. Varro de L. L. V. §. 90. *αὔξησις*] vg. *αὔξησιν* Lind., sed dubitans, an melius sit vg. *αὔξησις*. *auxesim* boni codd. *αὔξη* coni. Scal. *quod*] *a quo* coni. Scal. 17. *rerum crescentium*] *rerum crescentiam* vel *crescentiam*, omisso voc. *rerum*, coni. Scal. Non opus est tanto molimine. *auctionem*] vg. *actionem* boni codd.

+ ἀμφὶ amicii. Amtermini ὅμορος.

Ausoniam appellavit Auson, Ulixis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae, in qua sunt urbes Beneventum et Cales; deinde paulatim tota quoque Italia, quae Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo conditam fuisse Auruncam* urbem etiam ferunt.

(16) Alumento pro Laumedonte a veteribus Romanis necdum assuetis Graecae linguae dictum est. Sic Melo pro Nilo, Catamitus pro Ganymede, Alphius pro Alpheo dicebatur.

Accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita, quia ad censum adiciebantur.

Acerra ara, quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt arculam esse thurariam, scilicet ubi thus reponebant.

Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo apere dicebant. Unde aptus is, qui convenienter alicui iunctus est.

Athanuvium est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani.

Atroces appellantur ex Graeco, quia illi ἄτρωκτα* appellant, quae cruda sunt; sive atrox dicitur ab eo, quod nihil timeat; τρέσαι enim Graeci dicunt timere.

Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice auspicarentur.

Arseverse averte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse averte, verse ignem constat appellari. Unde Afranius ait: "Inscribat aliquis in ostio arseverse."

1. *Ausoniam*] de hac diligenter et acute Niebuhr. H. R. T. I. p. 65 sqq. ed. sec. *Ulixis*] *Ulyxis* M. *primum*] Lind. e Gu. *primam* M., ut videtur, ut vg. 2. *Apennino*] *Appennino* M. *finitur*] *finditur* mg. A. Aug., non inepte. 3. *fuisse*] M. ut vg. om. Lind. cum cett. codd. *Auruncam*] corr. A. Aug. in mg. *aruncam* codd. *etiam*] delendum putat Lind. Vg. translatum legitur ante voc. *conditam*. 4. *Alumento*] boni codd. *Alumeto* Lind. ex duobus codd. deterioris notae, Guelferbytano altero et Lipsiensi. *Laumento* Scal. putavit Livium scripsisse, sed Festum in depravatos codd. incidisse. Sed quae supra in annot. ad v. alcedo p. 7. contulimus, magnam partem non minus a Graeca forma deflexerunt, quam Alumentus a Laumedonte. *Laumedonte*] ita Romani, et vetustiores et recentiores, saepius Graecum *αο* reddiderunt. Exemplis a Scal. congestis, quae sunt *Laucon* apud Petronium, *Laudiceni* apud Plinium in Epistolis, *Lautumiae* in vulgata consuetudine (v. Varro de L. L. V. §. 152.), addo, nomen *Laudice* etiam apud Iustinum XV, 4, 3. in codd. Bongars. extare. Alia praetereo allata a Weicherto Poët. Lat. reliq. p. 76. Manavit autem ea consuetudo e crassiori Aeolismo et Dorismo. Ita Arcades Ἀπολλωνίδαν (v. Corp. Inscr. Graec. n. 1513.), Boeoti Σαύμειλος et multa ad eundem modum (v. Boeckh. in Corp. Inscr. T. I. p. 724.), Lacedaemonii Λαναγήτα (Corp. Inscr. n. 1466.) pronunciarunt. 5. *Alphius pro Alpheo*] exemplum parum aptum. 6. *Accensi*] v. Paulus p. 13. v. adscripticii. *subito*] om. Lind., negligentia puto: nam est in ed. vet. Ald. vg. *adiciebantur*] boni codd. *adiiciebantur* Lind. cum cett. 7. *Acerra ara*] nusquam alias pro ara habetur. *ante mortuum*] ita ex lege XII tabb., ut Cicero significat, de legg. II, 24. 9. *Apex*] cf. imprimis Serv. in Virgil. Aen. II, 683. X, 270. Glossar. apud Stephanum p. 199.: *apex* . . τὸ ἐπὶ τοῦ πιλίου παράσημον. *est*] Gu. ut vg. om. M. *apere*] sic etiam Servius l. l. Cf. annot. ad p. 10. v. aptus. 11. *Athanuvium*] boni codd., quantum intelligo. *Atanuvium* vg. Lind., quod a Graeco ἀτταιον i. g. τήγανον deduxit Dac. At τήγανον non est poculum, et praestat confiteri, priorem vocabuli partem obscuram videri. Ultimae syllabae eaedem sunt quae in voc. simpuvium, alius vasis pontificalis nomine. Glossarium apud Labbaeum: *Atnanulus*, ἄγιον ἱερέως ὀκεῖος, κιμπήλιον, ubi *Athanuvium* corrigendum, *Atanuvius* voluit Scal. In Glossis Isidori legitur: *Atanulum genus vasis*, et: *Attanabo, genus vasis*; in Pithoeanis: *Atanulum, genus vasis, atannuvium*. *utebantur sacerdotes Romani*] Lind. e Gu. et M., nisi quod hic cod., ut videtur, voc. *Romani* praeponit. *Romani utebantur sacerdotes Potitii* vg. Nempe *Potitii* ortum esse ex corrupto *Romani*, intelligitur e lectione deteriorum codd.: *utebantur sacerdotes Potiani*. 12. ἄτρωκτα] corr. Scal. Urs. *atrocia* boni codd., quantum notavit Lind. Ortum id ex atrocta, quod scriptum erat pro ἄτρωκτα, ut multa similiter. Et *atrocta* in libro mspto esse testatur etiam Urs. ἀτρώκτα Guelferbytanus alter in mg. et hinc Lind., vocabulo non bene ficto. Mirum Scal. errorem non possum praeterire, qui Naevium apud Nonium p. 76. 5. M. *atrocia exta* putat dixisse cruda. Sunt profecto dira, horrenda. 13. τρέσαι vg. Lind. *trese* boni codd. 14. *arcem*] non tam arcem, quam in arce fuisse arbitror auguraculum, locum illum, quo templum inaugurare solebant iis verbis, quae Varro servavit de L. L. VII. §. 8. cf. Liv. I. 18. Cicero de offic. III, 16. 66. *publice*] fortasse *publici*. V. Fest. Qu. XII, 15. p. 55, 3. v. publici augures. 15. *Arseverse*] Placidus in

Aborigines appellati sunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc est populi Romani. Fuit enim gens antiquissima Italiae.

Ab oloes dicebant pro ab illis; antiqui enim litteram non geminabant.

Aventinus mons intra urbem dictus est, quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit exstinctus atque sepultus.

Adorare apud antiquos significabat agere; unde et legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt. 5

Armilustrium festum erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, ac, dum sacrificarent, tubis canebant.

Adeo duas habet significationes. Nam quum prima acuta effertur, idem significat, quod accedo, ut quum dicimus: **adeo praetorem.** Quum autem secunda, idem quod usque eo, non quidem secundum rationem, quia ad (17) praepositio accusativis accommodata est, sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

Argea loca Romae appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. 10

Asparagus herba dicta, quod in aspero virgulto nascatur.

Assidelae mensae vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

Anceps significare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, ut secures bipennes; sed magis a capiendo, quod ex utraque parte aeque captatur, appellatum est.

Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet, et exporrigi non potest. 15

Ancillae dictae ab Anco Martio rege, quod is bello magnum feminarum numerum ceperit. Sive ideo sic appellantur,

Glossis apud Maium p. 434. nihil nisi: *Arse verse* (*Ars everse* Maius), *proverbium*. Sed multo illustrius documentum eius formulae est titulus Cortonensis, quem quominus genuinum habeamus nihil vetat, Tusca lingua conceptus: *Arses vurses sethlanl tephral ape termnu pisest estu.* V. Coltellini sopra un' ara etrusca. Roma 1790. Orelli n. 1384. *Afranius*] in incerta fabula. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 197. 16. *in ostio arse verse*] *arse vorse in ostio* corr. Scal., ut senarius efficiatur. Hoc si respuas, *in* delendum erit.

1. *Aborigines . . . quod errantes*] Aborigines proprie Aberrigines dici, narrant Dionys. Hal. I, 10. Auctor de origine G. R. 4. Cf. Festus Qu. XIV, 25. p. 129, 18. v. Sacrani. 3. *Ab oloes*] vg. *Aboloes* Lind., nescio an propter fidem codd. Est pro *ab olloes*, memorabile exemplum diphthongi oe in antiquissima secundae declinationis forma. Cf. Festus Qu. X, 21. p. 182, 22. v. pilumnoe poploe. Quod Schneiderus in Gramm. Lat. T. II. p. 67. e SC. de Baccan. apposuit: *foideratoi*, neque inest, neque inesse potest, sed *foideratei*. De formis ollus et olle Paulus p. 115. v. ollic, et Festus Qu. XII, 23. p. 63, 34. v. Quirites, et Qu. XI, 8. p. 40, 15. v. plorare. *litteram non geminabant*] cf. annot. ad Paulum p. 6. v. anus. 4. *Aventinus*] eadem fere Festus Qu. IX, 23. p. 23, 15., sicut Varro de L. L. V. §. 43. Liv. I, 3. Servius in Virgil. Aen. VII, 657. Sed magis memorabilia, quae apud Servium Varro in Gente populi Romani: Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente fluvio provinciae suae appellaverunt Aventinum. 5. *agere*] i. e. caussam agere. V. Festus Qu. IX, 12. p. 12, 19. v. nec. *oratores*] cf. Festus Qu. IX, 31. p. 31, 29. v. oratores. 6. *Armilustrium*] Glossarium Labb.: *armilustrium ὁλοκαυθάρσιον*. Plura Varro de L. L. VI. §. 22., idemque de loco armilustrio V. §. 153. Celebrabatur a. d. XIV. Kal. Novembres. 7. *ut*] om. M. 8. *idem quod*] Lind. e Gu., ut videtur. *id est quo* M. *id est quod* vg. 9. *quadam*] M. ut vg. *quidem* cett. codd. Haec vetusta loquendi consuetudo non alia est atque in praeterea, propterea, haepropter, quoad et adquo, de quo Nonius p. 76, 7. M. 10. *Argea*] v. Paulus p. 14. v. Argeos. Haec sunt sacraria, quorum dispositionem per Urbem monimenta a Varrone de L. L. V. §. 45 - 54. allata designant. De iisdem Masurius Sabinus apud Gellium N. A. X, 15, 30.: *atque etiam cum (Flaminica) it ad Argeos, quod neque comit caput, nec capillum depectit.* Item Liv. I, 21. Ovid. F. III, 791. Glossarium Labb.: *Argiarra* (*Argei ara* corr. Scal., mihi *rra* e *XXVII* ortum esse videtur) *ἀφιδρύματα*. 11. *Asparagus*] similiter nomen explicat Varro de L. L. V. §. 104. 12. *Assidelae*] voc. alias inauditum. 13. *secures bipennes*] *securis*, *bipennis* vg. Illud e bonis codd. Lind., a quo in hac una re discessi, quod comma interpositum sustuli. Nam quae *ancipites* sunt *secures* apud Plautum Menaechm. V, 2, 105.: eaedem proprio vocabulo *secures bipennes* dicuntur, velut a Varrone apud Nonium p. 79, 19.: *Ferens ferream humero bipennem securem.* 15. *Ancus*] Glossarium Labb.: *Ancus*, *mancus*, *κυλλὸς*, *λοξός*. *et . . . potest*] boni codd. Lind. *ut . . . possit* vg. Sed haec ad omnem staturam hominis, non ad brachia tantum spectare, comparato Glossario Labb. intelligitur.

quod antiqui anculare dicebant pro ministrare, ex quo dii quoque ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi et Anculae.

Ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa, quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt. Ipsum quoque caelare verbum ab eadem causa est dictum, D littera cum L permutata.

5 Aerosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum aeris nascatur.

Aenesi dicti sunt comites Aeneae.

Aeneatores cornicines dicuntur, id est cornu canentes.

Aenariam appellavere locum, ubi Aeneas classem a Troia veniens appulit.

Audacia ab avide, id est cupide, agendo dicta est.

10 Aceratum lutum cum paleis mixtum.

Aclassis tunica ab humeris non consuta.

Arillator coctio, qui etiam cocio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae est αἶρε, tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Lucellum diminutivum est a lucro.

Artitus bonis instructus artibus.

15 Arnae caput, agni caput.

Arsineum ornamentum capitis muliebris.

(18) Artus ex Graeco appellantur, quos illi ἄρθρα dicunt: sive artus dicti, quod membra membris artentur.

Arquites arcu proeliantes, qui nunc dicuntur sagittarii.

Arbilla arvina, id est pinguedo corporis.

1. *anculare . . pro ministrare*] v. annotata ad p. 10. v. anclare. *ac*] M. ut vg. *vel* Lind. ex uno Gu. 2. *Anculi*] Quod in Placidi Glossis p. 435. ed. Mai. legitur: *Amui, servi*, ita emendo: *Anculi, servi*. 3. *Ancaesa*] antiqua τορευμάτων apud Romanos appellatio, postea ita obliterata, ut hoc solo teste innotuerit. 5. *Aerosam*] Isidor. Origg. XVI, 20, 2.: *Cyprium aes in Cypro insula prius inventum, unde et vocatum, factum ex lapide eroso* (ita scribitur, etiam a Lind., sed apparet legendum esse *aeroso*, comparato maxime Plinio N. H. XXXIV, 1, 2.), *quem Cadmiam vocant*. Hinc cuprum dictum esse constat. 6. *Aenesi*] id est Aenesii, ut codex Lipsiensis habet: sed Paulus eadem scribendi praecepta secutus est, quae Festus observaverat. V. Praef. IV, 3. 7. *Aeneatores*] Gu., ut videtur. *Aenatores* M., ut vg. Lind. Illud non praetulissem, nisi in Suetonio Caesar. 32. sic legeretur. 8. *Aenariam*] Pithecusae insulae nomen, quod ab eadem re etiam Plinius N. H. III, 6, 12. §. 82. ductum ait. 10. *Aceratum lutum*] πηλὸς ἠχυρωμένος, de cuius usu dixi in Comment. de munim. Athen. p. 47. Cf. Paulus p. 112. v. obacerare. Glossaria Labb.: *Acero*, ἀχυρόω, corr. ἀχυρόω. 11. *Aclassis*] *Aclasis* M. Glossarium Labb.: *Aclassi* λώματα, quae explicatio parum cum Paulo concinit. *Calasis* apud Paulum p. 39. vereor, ne male ad eandem originem referatur. 12. *Arillator*] boni codd. *arilator* vg. Lind. Sed illud restituere suasit etiam Glossarium Labb. p. 201.: *Arillator* ἐψέτης, βωμοφόρος, πραγματευτής, μεταδόλος: quanquam in eodem etiam *ariblator* reperitur. Apud Placidum in Glossis p. 435. Mai., ubi legitur: *Arilla coactione, pannicularia*, suadeo ut legatur: *Arillatore, coctione, pannicularia*. Etiam in Gellii N. A. XVI, 7, 12. meliorum codd. fides postulat, ut *arillatorem* legatur. Apud Isidorum in Glossis male *ariolator*, in Pithocanis *arilator* legitur. *Arrilator* corr. Scal. et Vulcanius, quod ab arra ductum sit. *coctio*] restitui e bonis codd., vg. omissum et contemptum etiam a Lind., quo iure, colligitur ex iis, quae a Paulo p. 39. v. coctio scripta, ibique annotata sunt. αἶρε] vg. *area* boni codd., ex quo ἄρα fecissem, nisi *tolle* vetaret, quod in omnibus libris esse videtur. 13. *Lucellum*] *enim* addit Lind. e deterioribus libris; boni codd. eam particulam, hic ineptam, non habent. 14. *Artitus*] Glossaria Labb.: *Artitus* πάντεχνος, δαιδαλος. Placidus in Glossis p. 435. Mai.: *Artitus, artibus edoctus*. 15. *Arnae*] *Arni* M. Ex eodem Festi articulo, a Paulo misere truncato, ductum illud apud Labbaeum: *Arna* μήτηρ (ὄις μήτηρ emendat Scal.) κατὰ Βαρρωνα. 16. *Arsineum*] Glossarium Labb.: *Arsinum* διάκριμα, quo acus vel pecten, quo capilli discriminabantur, significari videtur. Cf. Festus Qu. XIII, 1. p. 73, 1. v. ruscum. 18. *Arquites*] τοξόται explicantur in Glossario Labb. *arquites* et *arcutes*. Glossae Isidori: *arcites sagittarii*. Cf. annot. ad p. 9. v. acupedius. 19. *Arbilla*] deminutivum voc. *arvina*, quod apud Placidum in Glossis p. 428. Mai. pinguedo, et in

Artifices dicti, quod scientiam suam per artus exercent, sive quod apte opera inter se artent, qua ex causa etiam et **artes** sunt appellatae.
Arytaenam sive **artenam** vas ab hauriendo sic appellabant.
Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit.
Amites perticae aucupales.
Ampendices dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent, quos nunc appendices appellamus.
Ablegmina partes extorum, quae diis immolantur.
Ambulacra ambulationes.
Amian genus piscis.
Ameria urbs in Umbria, ab Amiro sic appellata.
Adsipere et **praesipere** dicebant antiqui, sicut nos quoque modo dicimus ab aequo iniquum, ab quaerendo inquirere.
Admissivae aves dicebantur ab auguribus, quae consulentem iuberent.
Adulari est compositum ex accedendo et ludendo*.
Addubanum dubium.

Charis. II p. 205 P. 5 aut fines, regates.

Glossariis Labb. p. 201. λίπος ἄνευ σαρκός et ὀξύγγιον, vel *arbina*, quod ibidem p. 200. ὀξύγγιον, id est axungia, explicatur. Eodem refero, quod in Glossis Isidori legitur: *arvinulis*, *adipibus*. Siculorum vocabulum fuisse docuit Scal., collato Hesychio v. ἀρβίννη· κρέας, Σικελοί. Ac vix dubito equidem, quin illud *arvio*, id est arviom, vel plurali numero *ἀρFια*, quod in monimentis Umbricis diis in sacrificio offertur, adipem, πίονα δῆμον, significet, qui in aris adolebatur. Haec certe interpretatio formularum, quae ibi leguntur, structurae melius convenit, quam ea, quam Grotefendius proposuit, de arviga.

1. *Artifices*] cf. Varro de L. L. V. §. 93. Quae Paulus, ea potissimum spectant ad τοὺς περὶ Διόνυσον τεχνίτας, qui etiam κατ' ἐξοχὴν τεχνῖται sive *artifices* dicuntur. *etiam et*] M. *et* om. vg. Gu. Cf. supra p. 2. v. apricus. 3. *Arytaenam*] scripsi, Graece ἀρύταιναν. *arytenam* M., ut vg. et Lind. *aritenam* Gu. *artenam*] M. *artennam* Gu. Haec voc. forma Romano ori aptata est, quanquam Lucilius apud Charisium I. p. 95. P. *arutenas* dixit. Scal. recte huc rettulit, quae in Glossario Labb. leguntur: *Atena*, εἶδος ποτηρίου ὀστράκου (ὀστρακίνου), ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται, quae ex ipso Festo petita esse, vix dubitaverim. Prytanes Curiones an Flamines dixerit Graecus homo, ambigo. 4. *Amsegetes*] cf. supra p. 15. v. amtermini. Simile est voc., quod unus Placidus habet apud Maium p. 433. *Arusedentes*, *circumsedentes*; nam apparet scribendum esse: *Amsedentes*. Illud vero *amsegetes*, Pithoeus et Gothofredus coniecerunt, eiusdem legis in XII tabb. partem fuisse, quam Cicero pro Caecina 19. tangit. Cuius verba infra e Festo Qu. XVI, 22. p. 193, 14. v. viae, demonstrabimus, fuisse haec fere: . . . *vias muniunto, donicum lapides escunt: ni munierint, qua volet, iumenta agito.* 5. *Amites*] Glossarium Labb.: στάλικες et ἐξευτικοὶ κάλαμοι. 6. *quos nunc appendices*] melius Nonius p. 42, 7. M. 7. *Ablegmina*] boni codd. Lind. *Albegmina* vg. Isidori Glossae: *Ablegmina partes extorum, quae prosegmina dicuntur.* Cf. Festus Qu. XI, 3. p. 35, 25. v. porriciam, et Paulus p. 59. v. exta. 8. *Ambulacra*] antiquius vocabulum, postea repetitum. Cf. Glossaria Labbaeana et Placidus p. 434. Mai. 9. *Amian*] boni codd. Lind. *amia* vg. Etiam in Varrone de L. L. VII. §. 47. *amian* e cod. Florentino restituendum erat; nam in *sume rete* alius piscis nomen latet. Quanquam ab aliis *amia* dicitur, ut a Plinio IX, 15, 19. §. 45. Hesychio v. ἄμια. Haec in ed. vet. et Ald. ante *Ambulacra* invenio. 11. *antiqui*] *a sapiendo* additur vg. et a Lind., sed om. boni codd., nisi quod Gu., qui hunc articulum bis ponit, hoc loco et post v. *apud*, altero loco *a sapiendo* habet. Sed est ea manifesta interpolatio, cum exempla adducta non eo spectent, ut adsipere a sapiendo dici potuisse ostendant, — quem in finem sexcenta alia exempla rectius adhiberi poterant, — sed ut vocalem *ae* in *i* mutari in componendis vocabulis, demonstretur. Dac., qui id intellexit, *a saepiendo* corrigere volebat. Idem *consiptum* e Paulo p. 47. 49. comparat. Quae Scal. et Urs. contulerunt, consipere, desipere, resipere, a Festi sententia aliena sunt. *ab qu.*] boni codd. Lind. *a qu.* vg. 12. *Admissivae*] contrariae sunt arculis, de quibus Paulus p. 14. 13. *ludendo*] coni. Scal. *alluendo* boni codd. *adludendo* vg. Lind. 14. *Addubanum dubium*] boni codd., a quibus in tali caussa non discedendum est. Addubanum a quodam antiquo nomine dubus descendit, unde verbum dubare, de quo Paulus p. 51. Quae in Glossario Labbaei leguntur *Adubanus*, ἀδούας, nescio, quomodo huc rettulerim. *Ad dubienum*, *ad dubium* coni. Scal. *Abnobanus Danubius* coni. Dac., quod vg. pro voc. *dubium* legebatur *Danubium*. *Ad dubenum*, *ad dominum* corr. Goth. collato Paulo p. 51. v. dubenus, eumque in commentariis ita sequitur Lind., ut: *Ad dubanum dominum* legi iubeat.

Adulter et **adultera** dicuntur, quod et ille ad alteram et haec ad alterum se conferunt.

Aquilus color est fuscus et subniger, a quo **aquila** dicta esse videtur, quamvis eam ab acute volando dictam volunt. Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam quum antiqui duos omnino naturales nossent, id est album et nigrum, intervenerit autem is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus est color.

(19) **Aquilo** ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur.

Anquirere est circum quaerere.

Andron locus domicilii appellatur angustior longitudine, in quo viri plurimi morabantur, ut gynaeceum a mulieribus.

Apud et **penes** in hoc differunt, quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem, quod trahitur a penitus.

Anxur vocabatur, quae nunc Terracina dicitur Vulscae gentis, sicut ait Ennius: "Vulsculus perdidit Anxur."

Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi asseculae.

Aquipenser genus piscis.

Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.

Aperta idem Apollo vocabatur, quia patente cortina responsa ab eo dentur.

Abditivi abortivi.

Ape apud antiquos dicebatur prohibe, compesce.

Apua genus minimi pisciculi.

Abs praepositio a Graeco deducitur. Significat autem retractationem in partem posteriorem.

1. *quod*] M. *quia* Gu. vg. Lind. 2. *Aquilus*] Glossarium ap. Steph.: *Αquilum*, *μέλαν*, *ὡς Λουκίλλιος*, ex Festo, puto. Varronis e Cosmotoryne versus, quos adducit Scal. propter voce. *fluctu aquilo*, sunt apud Nonium p. 503, 30. M. v. lavit. 6. *Aquilo*] recte monitum est, idem esse vocabulum Graecum *ἀκιρὸς ὁ βορῆας*, ut explicat Hesychius. 7. *quaerere*] *quirere* Gu., minus apte. 8. *Andron*] hunc Dac. putat dictum esse Graeco vocabuli significatu, ut apud Hesychium: *ἀνδρεών· ὁ μέγας οἶκος*. At sic absurda esset grammatici interpretatio; nam haec domus pars non angustior, sed latior erat ceteris omnibus. Sed v. Vitruv. VI, 10.: *Inter haec autem peristylia et hospitalia itinera sunt, quae mesaulae dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita; nostri autem eas* **andronas** *appellant. Sed hoc valde est mirandum, nec enim graece nec latine potest id convenire. Graeci enim ἀνδρῶνας appellant oecos, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.* *viri plurimi*] scilicet adeuntes, abeuntesve, cives et hospites. *plurimum* Lind. ex uno cod. Berolinensi. 9. *Apud*] cf. Nonius p. 68. 522. v. apud. 11. *Anxur*] Quod Scal. placet *Axur*, in quo *n* litera *x* obliteratum est, ut alias per lit. *s* expelli solet, non est in codd. *Terracina*] M. ut vg. *Tarracina* cett. libri Lind. Illa forma praestabilior esse videtur. *Vulscae*] boni codd. *Volscae* vg. Lind. Illud scribendi praeceptis, quae Festus secutus est, convenit. V. Praef. IV, 3. *Ennius*] Annal. IV, 25. apud Merulam. *Vulsculus*] *Volscus* corr. Merula, male. V. de hac Italicorum nominum forma Niebuhr. H. R. T. I.² p. 69. ed. sec. 12. *Aquarioli*] vocabulo utuntur Appuleius et Tertullianus. 13. *Aquipenser*] aliis *acipenser* dictus, eodem modo, quo *aquipes* in *acipes* mutatum est (v. p. 9. v. acupedius). Nam acipenserem ab acu et pesna, id est perna, dictum esse, bene observavit Salmas. Exerc. Plin. p. 941. col. 2. a., nisi quod penna rectius crista, quam rostrum piscis dici videtur. Certe Graecum *ἀκιπήσιος* e Latino, non Latinum acipenser e Graeco ductum est, ipso Athenaeo VII. p. 294. f. teste. 14. *Apellinem*] hanc nominis formam Romani a Doriensibus acceperant. Adde iis, quae Maittaire de Graecae linguae dial. p. 152 d. et 264. a. affert, titulum Megarensem in Corp. Inscr. Graec. n. 1065. 15. *Aperta . . . dentur*] Satius erit, nomen hoc in eundem censum referre, de quo dictum est ad v. alcedo p. 7. Sed ab eo poëta, cuius versus ad Herenn. II, 26, 42. laudantur, haec barbara Graecarum vocum deformatio aliena est, ac plane accedo Orellii iudicio. 16. *Abditivi abortivi*] sine exemplo. 17. *Ape*] Glossarium Labb.: *ape*, *κώλυσον*, et inferius: *apet ἀποσοβεῖ*, quae significationes nullo artificio ab apiendo, sive *τῷ ἅπτειν*, deduci possunt. 18. *Apua*] Graece *ἀφύη*. 19. *deducitur*] *ἄπο*, quod vg. et a Lind. quoque adiicitur, abest a codd.: quapropter ipsum Paulum eam particulam omisisse puto, ut Graeca etyma saepius omisit, quanquam nulla alia nisi haec vox significata esse potest.

Apollinares ludos, hoc est in laudem Apollinis, populus laureatus spectabat, stipe data pro cuiusque copia. v. Liv. 25, 12.
Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt.
Abacti magistratus dicebantur, qui coacti deposuerant imperium.
Agere modo significat ante se pellere, id est minare. Virgilius: "Et potum pastas age." Modo significat iurgari, ut dicimus: agit cum eo furti; modo rependere, ut cum dicimus: gratias ago; modo verbis indicare, ut cum dicimus: causam ago; quin etiam si accessit gestus et vultus quidam decor, ut cum scenici agere dicuntur.
Abgregare est ab grege ducere: **adgregare** ad gregem ducere: **segregare** ex pluribus gregibus partes seducere, (20) unde et **egregius** dicitur e grege lectus. Quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet, quum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam **pecunias** et **peculia** dicimus.
Acetare dicebant, quod nunc dicimus agitare.
Autumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus.
Agedum significat age modo. Est enim adhortantis sermo.
Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. Itaque **aulicocia exta**, quae in ollis coquebantur, dicebant, id est elixa.
Avidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur; sicut **amens**, qui mentem suam non habet.
Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra faceret Soli, qui ex hoc **Auseli** dicebantur, ut **Valesii**, **Papisii** pro eo, quod est Valerii, Papirii.
Aemiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco, Pythagorae philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylos*. Alii, quod ab Ascanio descendat, qui duos habuerit filios, Iulium et Aemylon.

1. *Apollinares ludos*] de his v. Varron. de L. L. VI. §. 19. cum annot. 2. *Apiculum filum*] de eodem Paulus p. 66. v. flamen; de apice idem p. 16. Nihil erat, cur Scal. corrigeret: *quo flamines velati apicem regerunt*. Nam hoc pilei insigne laneo quodam filo, quale Graecorum στέμματα erant, involvi, nemo mirabitur. 3. *Abacti*] Glossarium Labb.: *abacti*, ἀπωσθέντες. 4. *minare*] hoc voc. infimae esse Latinitatis, frequens apud Hieronymum et in legibus barbaris, unde in linguis e Romana ortis prodiit *menare*, *mener*, observaverunt A. Aug. et Goth. ad v. *agasones* p. 21. *Virgilius*] Eclog. IX, 24. *age*] post hoc voc., quod vg. et a Lind. quoque additur, *Tityre*, om. boni codd.: videtur id voc. ex ipso Virgilio a librariis additum esse. 6. *scenici agere*] cf. dicta superius p. 15. 7. *ab grege*] M., ut vg. *a grege* Lind. e Gu. 8. *egregius*] cf. Paulus p. 60. v. exgregiae. 9. *ut*] *unde* corr. Bondam. Varr. lectt. II, 12. p. 283., ut refert Lind., quo non opus est. 9. *peculia*] cf. Festus Qu. XII, 17. p. 57, 14. v. peculium. Qu. X, 29. p. 186, 16. et Qu. XII, 5. p. 45, 13. v. peculatus. De eadem pecuniae significatione Varro de L. L. V. §. 92. 95. Plin. N. H. XXXIII, 3. Columella VI. Praef., ne plures advocem. 10. *Acetare*] *Acitare* legendum putat Goth., sed non solum C. pro G. ponere antiqui moris erat (v. Paulus p. 30. v. corgo, p. 32. v. cerrones, p. 39. v. cuturnium, p. 42. vv. clucidatum et Cermalus, p. 43. v. clumae, et cf. etiam p. 39. v. culliola, et p. 41. cracentes cum annotatis): sed etiam E. in multis vocabulis antiquius erat quam I., potissimum in iis, in quibus Graeca lingua ε habet, ut in *fuet* et omnibus tertiis verborum personis, in *navebos*, in *endo*. Itaque ex voc. *acetare* intelligitur, etiam frequentativorum formam olim fuisse *etare*, plane ut apud Graecos εθειν. 11. *Autumnum*] *Auctumnum* Festum scripsisse verisimile est, quae melior est consuetudo et origini voc. expositae aptior. 13. *nullam litteram geminabant*] v. annot. ad p. 6. v. anus. *aulicocia*] *aulicoqua* vg.: illud codd., nam quod Dac. tradit, in libris mss. esse *aulicoctia*, nescio unde hauserit. Servavi cum Lind. codd. scripturam, cum *aulicocia* pro *aulicoquia* dici potuerit. Cf. annot. ad v. aquipenser p. 19. 15. *a non videndo*] rectius idem p. 13. v. avere. 16. *a Sole*] Varro de L. L. V. §. 68.: *Sol, vel quod ita Sabini* . . . . Sed potest Sabinum Solis nomen propius ad formam Auseliorum nominis accessisse. 17. *sacra faceret*] *sacrificaret* M. *sacra facerent* vg. *Auseli*] boni codd., ex eo more, de quo dictum est in Praef. IV, 3. *Auselii* vg. Sabinos antiquum S intra duas vocales retinuisse, nec, sicut Romani fecerunt, mutasse in R, etiam alia exempla habemus: *Volesus*, *ausum*, *fasena*. 18. *a Mamerco*] nempe Mamerci stirps Aemiliorum erant. Ii cum a Sabinis Numae descendere crederentur (v. Plutarch. Num. 8. 21.), ac Numa cum Pythagora familiariter vixisse ferretur: facile intelligitur, quae huius fabellae origo fuerit. 19. *Aemylos*] scripsit de coniectura Lind., quod Graecum αἴμυλος significatur. *Aemilos* vg. *Aemylon*] M. *Aemilon* vg.

Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum usum quia Gaius Marius rettulit, Muli Mariani postea appellabantur. Itaque aerumnae labores onerosos significant; sive a Graeco sermone deducuntur. Nam *αἴρειν* Graece, Latine tollere dicitur.

Aemidum tumidum.

5 **Aequidiale** apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus aequinoctiale, quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt, *ἰσημερίαν*, id est aequidiale, dicentes.

(21) **Aeruscare** aera undique, id est pecunias colligere.

Aequilavium significat ex toto dimidium, dictum a lavatione lanae, quae dicitur aequilavio redire, quum dimidium decidit sordibus.

10 **Aegeum** mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videantur; sive quod in eo Aege, Amazonum regina, perierit; sive quod *eo Aegeus pater Thesei se praecipitaverit.

Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus.

Alucinatio erratio.

15 **Adigas** dare cogas.

Acies, acumen, acus et acuere dicuntur ab *ἀκόνη*, quam Latine dicimus cotem.

Auxilla olla parvula.

Amputata, id est circumputata, dicuntur ab eo, quod antiqui **putum** pro puro dicebant, unde deducuntur **pudor** et **pudicus**.

20 **Appia** via et aqua ab Appio Claudio est appellata.

1. *Plautus*] in inc. fabula. v. Plauti fragm. inc. ap. Bothium n. 1. 2. *rettulit*] ed. vet. vg. *retulit* Lind. *Muli Mariani*] de his iterum Qu. VIII, 29. p. 171, 28. *a Graeco* etc.] Festi mens fuisse ea videtur, quae recentium multorum etymologorum, ut ipsas illas furcillas a verbo *αἴρειν* acrumnas dictas esse statueret, quasi *αἰρομένας*. 4. *Aemidum*] Glossarium Labb.: *Aemidus πεφυσημένος*. Glossae Isidori: *Aemidus tumidus, inflatus*. Exempla in scriptoribus non reperta sunt. 5. *Aequidiale*] etiam in Glossario Labb. *ἰσημερινόν* explicatur. *nox diei potius* etc.] diligentius de ea quaestione Gellius N. A. III, 2., ac multa de eorum opinionibus, qui diem a nocte duci existimabant, ad Taciti Germ. 11. congesta sunt. 6. *ἰσημερίαν*] vg. *isimerian* Gv. *simerian* M. 7. *Aeruscare*] Glossarium Labb.: *aesculator χαλκολόγος*, et: *aesculor χαλκολογῶ*, quae forma analogiae non minus convenit. Placidus in Glossis p. 435. Mai.: *Aeruscans, aes minutum*. Adde modo *colligens*, et intelliges, etiam haec e Festo fluxisse. 8. *Aequilavium*] conferuntur Isidori Glossae: *Aequilatium aequatio*. Ibi *aequilavium* restituendum est. 10. *Aegeum mare*] a scopulis, qui *aeges* appellantur, dictum traditur etiam a Varrone de L. L. VII. §. 22. *quod*] vg. *ut* codd. *quod ita* Lind., e Lipsiensi cod., qui *ut ita*. 11. *Aege, Amazonum regina*] hoc solo teste nota. Nomen ita tradunt codd. *Aegaea* vg. *eo*] scripsi. *eo quia* M. *in eo* cett. Haec fabula notissima est. 12. *Aestimata poena*] cf. Festus Qu. X, 20. p. 181, 10. v. ovibus, Qu. X, 29. p. 186, 18. et Qu. XII, 5. p. 45, 13. v. peculatus. De eadem re Varro de L. L. V. §. 95. Gellius N. A. XI, 1. Cf. Demetrius Phalereusis ap. Plutarch. Solon. 23. *decussis* . . *centussis*] codd., ut videtur, omnes, quod reliqui quanquam negligentissime scriptum. *decussi* . . *centussi* vg. 14. *Alucinatio*] vg., ut in edd. vett. *allucinatio* Lind., nescio e quo fonte. Glossaria Labbaei *allucinor* et *hallucinor παραβλέπω* interpretantur. Cf. Gellius XVI, 12, 3. Fulgentius v. alucinari p. 566, 25. M. 15. *dare cogas*] *ad rem cogas* vel *adire cogas*, quod ipsi magis placet, corr. Scal., comparato Glossario Labb.: *adegit*, *προσώθησεν*. Hanc tamen glossam ex Festo non esse petitam manifestum est. Festum scripsisse putaverim: *adigas iuriiurando, iusiurandum dare cogas*; idque Paulum excerpendo corrupisse. 16. *ἀκόνη*] vg. *acone* codd. 17. *Auxilla*] cum ollam parvulam interpretetur Paulus, illud eum pro deminutivo voc. aula sive olla sumpsisse apparet. Verumtamen aula ita ex auxilla contractum est, ut qualus, ala, mala, palus, talus, velum, paulum contracta sunt e voce. quasillus, axilla, maxilla, paxillus, taxillus, vexillum, pauxillum: quibus infra, ad Festum Qu. XV, 32. p. 164, 15. v. toles, etiam toles et tolas adiungemus. 18. *Amputata*] cf. Festus v. putum Qu. XI, 2. p. 34, 16. *deducuntur*] *ducuntur* M. 20. *ab Appio Claudio*] censore ann. a. u. c. 441.

Ariminum a nomine fluminis propinqui est dictum.
Animula urbs parvarum opum fuit in Apulia.
Arca diminutivum facit arculam et arcellam, ut a porco porculum et porcellum, a mamma mammulam et mamillam.
Alebria bene alentia.
Agasones equos agentes, id est minantes. 5
Arcubii, qui excubabant in arce.
Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis **armos** vocabant; unde **arma** ab his dependentia sunt vocata.
Abalienatus dicitur, quem quis a se removerit. **Alienatus**, qui alienus est factus.
Asserere manum, est admovere: quo ea quoque, quae in terram demittuntur*, **seri** dicuntur; unde etiam **serae** 10
appellantur, quia foribus admotae opponuntur defixae postibus, quemadmodum ea, quae terrae inseruntur. (22)
Arvum dicimus agrum necdum satum.
Apica dicitur ovis, quae ventrem glabrum habet.
Ae syllabam antiqui Graeca consuetudine per ai scribebant, ut **aulai**, **Musai**.
Auceta saepe aucta. 15
Abercet prohibet*.
Advosem, adversarium, hostem.
"**Axe agglomerati universi stantes**", id est cohortibus aut legionibus.

1. *fluminis*] etiam Straboni et Plinio noti. 2. *Animula*] boni codd. *Aminula* vg.: sed illud Lind. praefert propter Philargyr. in Virgil. G. II, 134. Hic tamen quae de versu Plauti Mil. glor. III, 1, 53., e corruptissima lectione ducta sunt, ac nihil inde proficitur. *Animulae* oppidi nomen apud Plautum restituendum esse, vidit Scioppius, confirmavitque Lind. 3. *Arca . . arcellam*] Glossarium Labb.: *Arca et arcela* (scr. *arcella*) κιβωτός, σωρός etc. 4. *Alebria*] ab alendo, ut Mulciber a mulcendo, uber ab uvendo. Glossarium Labb.: *Alerius* (*Alebrius* Scal.) εὔτροφος, θρέμβος (θρεπτὸς Scal. θρέψιμος Salmas.), τροφεύς. Isidori Glossae: *Alebra, bona quibus alimur.* 5. *minantes*] cf. supra p. 19. v. agere, cum annot. 6. *Arcubii*] Lind. e bonis codd. *arcubiae* vg. Glossae Isidori: *Arcubius, qui cubat in arce.* Arcubii pro arcicubiis dici poterant, ut stipendium pro stipipendio et similia. 8. *armos*] cf. p. 2. v. armillum. 9. *Abalienatus . . alienatus*] obscurum, quod discrimen Festus inter haec verba fecerit. Glossaria Labb. utrumque interpretantur ἀπαλλοτριῶ, ἐκποιῶ. 10. *Asserere manum*] codd. *Adserere manu* vg. *manu* omittendum censet Urs. At dictum esse a Romanis *asserere alicui manum*, intelligitur comparatis verbis Festi Qu. XV, 16. p. 148, 24. v. sertorem. Ac video nunc, etiam apud Varronem de L. L. VI. §. 64. librorum manuscriptorum lectionem *adserere manum*, non fuisse movendam. Utrumque enim eodem iure dici poterat: asserere manum alicui, et: asserere aliquem manu. *quo*] Lind. e codd. *quod* vg. Illud est idem quod unde, vel quo fit, ut. *in terram*] *in terra* Lind. e solo Gu., non apto id defendens exemplo. *demittuntur*] corr. Scal. Urs. *dimittuntur* codd. *serae*] cf. Festus Qu. XIII, 19. p. 91, 30. v. reserari. 11. *inseruntur*] *inserunt* Lind. ex uno Gu. 12. *Arvum*] eodem modo definit Varro de R. R. I, 29. 13. *Apica*] etiam haec concinunt cum Varrone de R. R. II, 2., et Plinio N. H. VIII, 48, 75. §. 198. 14. *scribebant*] igitur Verrius ai et ae scribendi tantum ratione, non pronunciandi distinxisse videtur, similiter ac Nigidius apud Gellium N. A. XIII, 25. 15. *Auceta*] vg. *avata* boni codd. Itaque illud admodum incertum est, quanquam c pro g antiqua ratione scribendi, et e introductum analogia voc. acetare p. 20. tueri possis. Eandem rationem inter se habent Latina auceta et aucta, ac Graeca ἀμαιμάκετος et μαιμακτός. 16. *Abercet*] boni codd. *Abarcet* vg., ut supra p. 14. Nihil vetat, quominus utramque voc. formam a Festo admissam statuamus. *prohibet*] vg. Lind. *prohibetur* codd. 17. *Advosem*] "Fortasse legendum *advorsem* vel *adversem*." Goth. At r ante s elidi poterat, ut in prosus et rosus, quae facta sunt e plenioribus formis prorsus et rorsus. Glossarium Labb.: *advores* ἐναντίοι, quod advores quin ex hoc *advoses* corruptum sit, non dubito. Etenim ut ab origine VEH nomen vectis factum est, ita a VORT ducitur ADVORTTIS; geminum autem T in vocabulis derivandis apud Latinos in S mutatur; hinc ortum est advorsis, advosis. 18. *Axe*] *Axes* vel *Axei* coni. Scal. *agglomerati universi*] haec vocc. vg. et a Lind. quoque commate distinguuntur, quod sustuli, quoniam explicatio a verbis

Aeruma* utensilia ampliora.
Afvolunt* avolant.
Astasint* steterint*.
"Ambaxioque* circumeuntes"**, catervatim.
5 **Apor** apud.
Amosio annuo.
Antiquum veteres etiam pro omnia ✝ posuere.
Aestimias aestimationes.
Abisse pro adisse dicebant.
10 **Abambulantes** abscedentes.
Aquilius praenomen ab aquilo colore, id est nigro, est dictum.
Antiquare est in morem pristinum reducere.
Attinge pro attingam posuere.

demum *id est* incipit. Itaque haec omnia e scriptore quodam, puto e poeta tragico, ducta sunt, qui ea versu quadrato sic potuit comprehendere:

Áxe agglomerati úniversi stántes — ⏑ — ⏑ —

Axem militare esse vocabulum, quod genus acici significet, alii viderunt: similiter Virgilius Aen. XII, 458.: *densi cuneis se quisque coactis agglomerant.*

1. *Aeruma*] scripsi. *Aerum aerum autensilia* M., quod ortum esse existimo e dittographia: *Aeruma, eruma, utensilia.* Hinc nata lectio vg. *Acrumaeruma. Aerumina* vel *Aeramina* coni. Scal., et hoc alterum magis probat, cui iudicio subscripsit Lind. Idem tamen in commentariis legendum censet: *Aeramentum, a, utensilia*, hoc est *aeramentum, aeramenta* etc.: cuius consuetudinis in scribendo a Festo Paulove usurpatae nullum affert exemplum. Maxime mirifica sunt, quae Goth. proposuit: *Macraerumina* vel *Macraerumenta*, quae esse vult in vasis aeneis maiora. Aeruma sive Aerima simpliciter ahena significat. 2. *Afvolunt*] *Aevolunt* Gu. *Aevolum* M. *Avolant* vg. Lind., qui in commentariis etiam *arvolant* proponit. Ego a vestigiis codd. quam minimo intervallo discessi, ac posui, ab, quod ante v in f mutatur in SC. de Tiburtibus apud Gruterum p. 499, 12. (Orell. Inscr. Lat. coll. 3114.) *af vobis*, etiam in componendis vocabulis sic mutari potuisse, et verbum volare, ut plurima Latina, ab antiquiori forma tertiae coniugationis profectum esse. *avolant*] Gu. 2. et M., ut videtur. *evolant* vg. *advolant* Lind. e deterioribus codd. 3. *Astasint*] *Astasent* boni codd. *Adstassent* vg. *Astassint* coni. Scal. et recepit Lind. S non geminasse antiquiores, satis notum est: et cf. ipsum Paulum p. 6. v. anus cum annot. *steterint*] corr. Scal. *statuerunt* vg., non *steterunt*, ut Lind. refert. Fateor tamen, hanc glossam incertissimam esse. 4. *Ambaxioque circumeuntes*] M., nisi quod hic non *que* habet sed *quae*, quod mutavi. *Ambiaxio qui* Gu., ut videtur. *Ambaxi, qui circumeunt et* coni. Scal., quem sequitur Lind. Mihi persuasi, etiam hoc loco non distinguendum esse *Ambaxi, qui*, sed ita interpungendum, ut solum voc. *catervatim* explicando adiectum sit, ea autem, quae praecedunt voce., e poeta tragico petita esse videantur, nisi vehementer fallor, eodem, ex quo illa: *Axe agglomerati* etc. ducta erant. Ambaxium ab amb-agendo ductum est. 5. *Apor*] *apo* παρὰ e Glossario comparat Scal.: sed apud Labbaeum in Stephano Londin. p. 199. legitur: *Ape* παρά. 6. *Amosio annuo*] glossa obscurissima. Scal. contulit: *Annos, annua* πολιτής, ut legitur in Glossario Labb. et corr. in Paulo: *annos, annua.* Annos autem vult deflecti in genitivum annotis, unde annotinus. 7. *Antiquum*] codd. *Anticum* vg. *omnia*] lectio codd., quae in vg. mutata est in *ianua.* Lind. e cod. Lipsiensi assumpsit *nobili*, quod non minus interpolatum est. Coniicio apud Festum fussie *omine* pro *homine*, et grammaticum id notasse, quod apud antiquiores etiam homines antiqui dicuntur, ut *cives antiqui* apud Pacuvium. 8. *Aestimias*] vocabulum alias incognitum. Nam quae Dac. tanquam e XII tabb. affert, Raevardus finxit. *Aestimia* legendum coni. Lipsius in Epistol. Quaest. III, 20. Opp. T. I. p. 183., quod in gnomaticis scriptoribus saepius *pro aestimio* legitur. Sed plurale femininum *aestimiae* analogia multorum eiusdem formae abstractorum nominum satis defenditur. *aestimationes*] M. ut vg. *aestimationibus* cett. codd. 9. *Abisse*] etiam haec glossa, ut e codd. posita est, obscurissima est. *Abiisse . . adiisse* vg. Pro *adiisse* mg. A. Aug. *obiisse* signo addito emendatae lectionis). *Obiisse pro adiisse* coni. Dac. 10. *Abambulantes*] cf. Paulus p. 112. v. obambulo. 11. *praenomen*] alibi non repertum. *aquilo colore*] cf. Paulus p. 18. v. aquilus. 12. *Antiquare*] cf. Nonius p. 76, 21. Placidus p. 432. 13. *Attinge*] boni codd. *Attingem* corr. Scal., atque ita etiam librum ms. habere affirmat Urs., quos secutus est Lind. *Attigem* coni. Goth., idque etiam Lind. praeferendum putat. Quid autem tum faciemus Festo Qu. XIII,

Appellitavisse appellasse.
Alteras ponebant pro eo, quod est adverbium alias. Cato ap. Charis. II, 191.
Argutum iri in discrimen vocari.
Aureas dicebant frenos, quibus equorum aures religantur. — Festus tamen p. 182 ex Catone oreas citat.
Ausis audeas. 5 (23)
Audacias pluraliter Cato dixit.
Audax diminutivum facit **audaculus**.
Arvocitat saepe advocat.
Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi.
Aliorsum et **illorsum** sicut **introrsum** dixit Cato. 10
Abietaria negotia dicebantur, quam materiariam* nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.
Aletudo corporis pinguedo. — Arg. pertinet ad vv. in Velur. Catonis ap. Meyer p. 65.
Aeribus pluraliter ab aere, id est aeramento, Cato dixit.
Addues addideris.
Aristophorum vas, in quo prandium fertur, ut discus. 15
Allicit est perducit aliquem in rem, dictum a verbo **lacit**, id est decipit. Hinc descendit **illicere** et **oblectare**, id est frustrantem inducere.
Abnutare saepe abnuere.
Aliae* **rei** dixit Plautus pro eo, quod est ali* rei.

24. p. 96, 21., ubi: *Recipie*, ait, *apud Catonem, ut alia eiusmodi complura*, quid Paulo p. 55. v. dice, et item Festo Qu. X, 17. p. 180, 28. v. ostende, quod ex eodem Catone sumptum esse, infra demonstrabimus? Lipsius in Varr. Lectt. III, 27. Opp. T. I. p. 63. et in Antiq. Lectt. V, 13. p. 130., ubi hanc futuri formam, *dicem*, *faciem*, etiam Plauto vindicare studet, ubique apud Festum extremam syllabam *em* restitui iubet, non audacter, ut ait, sed temerario conatu. Nempe *m* finale, cum per synaloephen toties in pronunciando absumeretur, apud antiquiores Romanos in nonnullis formis cum nominum, tum etiam verborum, plane omitti solebat: quod antiquissima monimenta testantur. Catonem autem *dicem* et *faciem*, non *dicam* et *faciam*, scripsisse, quod affirmat Quinctilianus, Instit. I, 7., non refragatur iis, quae Verrius observavit.

4. *Aureas*] v. Paulus p. 8. v. aureax, cum annot. 5. *Ausis*] in Gu. et apud Lind. post *Audacias* ponitur. 6. *Audacias*] ita etiam Cicero saepius, ut Forcellinius notat. 8. *Arvocitat*] cf. p. 10. v. arferia. 9. *Annaria*] alii has leges, in quibus Villia est, annales dicunt. 10. *Cato*] nam post Catonem et comicos poetas obsolevit id voc., et ab inferioris aetatis scriptoribus postea repetitum est. 11. *materiariam*] scripsi cum Urs., intelligens non fabricam materiariam, sed negotiationem: sicut materiarius et negotians dicitur (in titulo apud Gorium Etrur. III. p. 142. Orell. n. 4248.) et faber. Etiam Plautus Mil. glor. III, 3, 46., quem versum Dac. attulit, materiarium dicit, qui ligna ad opus fabris faciendum ut adsint curat. *materiam* codd. *materiationem* proponit Scal., qui etiam superius corr. *negotiatio*, quod Urs. in libro ms. se invenisse testatur. *materiaturam* coni. Goth., advocato Vitruvio IV, 2., sed hic materiaturam dicit lignorum structuram. 12. *Aletudo*] cf. supra p. 21. v. alebria. 13. *id est aeramento*] itaque non de stipendiis, ut Livius, sed de aereis vasis aera posuit Cato. 14. *Addues*] codd. *Adduis* Lind., sed ipse id improbat in commentariis. Recte, nam in his tenuibus antiquissimi sermonis reliquiis sine necessitate ne literam quidem mutare, religioni habuerim. Nota sunt *duim, duis, duit, duint, interduim, adduit, perduit, creduit*: sed Plautus habet etiam *creduam* et *perduam*: atque *adduas* eodem jure cum *addues* permutari poterat, quo *attingam* cum *attingem*. 15. *Aristophorum vas*] hoc uno teste notum. 16. *rem*] *rete* coni. Dac., parum apte. *lacit*] de eodem verbo eadem p. 86. et p. 87. v. lacit. Cf. p. 85. v. lenones. *illicere*] cf. Paulus p. 84. v. inlex. Ex hoc ipso tamen verbo, si comparaveris inlicium vocare, illices, colliciae et alia, intelligitur, Festum non primam stirpis huius vocabulorum significationem posuisse. 17. *frustrantem*] de subiecto dicitur, non de obiecto. Itaque non opus est, ut cum Urs. corrigatur: *frustrari seu*, 81. *Abnutare*] verbo uti Ennium et Plautum, docet Forcellinius. 19. *Aliae . . . ali*] *ali* et deinde *aliae* legitur in codd.: quorum ordinem inverti: nam *ali* Festus scripsit pro *alii*. *Aliae . . . alii* Lind. In Plauti Milite III, 1, 206. legitur: *nullae* (al. *nulli*) *aliae rei*.

Affabrum fabrefactum.
Alimodi pro alius modi.
Aeneolo, quod ex aere fit dicimus.
Aenulum vas ex aere parvum.
5 **Ad exitam aetatem** ad ultimam aetatem.
Amatio* ab amore denominatum.
Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur.
Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.
Ausculari dicebant antiqui pro osculari, quod est os cum ore conferre.
10 **Arabice olet**, id est ex odoribus Arabicis.
Adaxint adegerint.
Argus oculeus, Argus nomen est hominis, qui fuisse fingitur oculis plenus.
Amasso amavero.
(24) **Amiculum** genus est vestimenti, a circumiectu dictum.
15 **Auditavi** saepe audivi.
Allivescit, livere incipit, hoc est lividum fieri.
Atticissat Attice loquitur. Plautus: "Non atticissat, sed sicilissat"; id est Sicule loquitur.
Atritas atri coloris.
Aegyptinos Aethiopas.
20 **Advelitatio** iactatio quaedam verborum figurata ab hastis velitaribus. **Velites** dicuntur expediti milites quasi volantes.

1. *Affabrum*] Glossaria Labb.: *adfaber* ἐντεχνής. 2. *Alimodi*] i. e. *alii modi*. 3. *Aeneolo*] codd. lectionem servavi, quanquam ea non satisfacit, cum ignoretur, quid Paulus in Festo legerit. *Aeneolum* vg. Lind., qui Lipsiensi cod. hoc tribuit. 4. *Aenulum*] Isidori Glossae: *Enulum, caldarium*. 5. *Ad exitam aetatem*] ut *periculis aditis* et sexcenta id genus. 6. *Amatio*] vg., quo voc. Plautus utitur. Cf. Nonius p. 70, 30. M. *Amutio* boni codd. *Amasco* corr. Scal., quod inchoativum verbum Diomedes et Isidorus in Glossis habent: sed interpretatio, quae additur, huic verbo non convenit. *Amosio* Lind., voluit *Amasio*. 7. *Anginam vinariam*] lepida dictio, quam Scal. recte cum Demosthenis ἀργυράγχη comparavit. Cf. Nonius p. 35, 9. v. angina. 8. *Adulterina signa*] apud Ciceron. pro Cluent. 14. 9. *Ausculari*] *ausculum* olim dictum fuisse, testatur Priscianus I. p. 562. P. Placidus in Glossis p. 435. Mai: *Ausculatus, osculatus*. 9. 10. Glossas *Ausculari* et *Arabice* unus transponit Gu. et Lind. 10. *Arabice olet*] glossa ad Plautum spectans, cuius versum e Cornicularia affert Diomed. I. p. 378. P.: *facile olent aedes Arabice*. Bothe Fragm. Plauti Cornicul. 1. 11. *Adaxint*] etiam haec ad Plautum pertinent, qui in Aulularia I, 1, 11.: *Utinam me divi adaxint ad suspendium*, quae sub eodem v. affert Nonius p. 75, 5. M. 12. *Argus oculeus*] neque haec ex alia fabula, quam Plauti Aulularia ducta sunt, ubi III, 6, 19. legitur: *Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit*. Post *oculeus* commate, non puncto distinxi, ut intelligeretur, inde sequi interpretamentum. 13. *Amasso*] Plautus Casin. V, 4, 22. 14. *a circumiectu*] cf. Varro de L. L. V. §. 132. 15. *Auditavi*] *Audivitavi* meliores codd.: sed illud, ut a Scal., iam in cod. Lipsiensi et Guelferbytano altero correctum est. 16. *Allivescit*] voc. alibi nondum repertum. 17. *Plautus*] Menaechm. Prol. 12. *sicilissat*] apud Plautum legitur *sicilicissitat*. 18. *Atritas*] codd. *Atratas* vg. *atri coloris*] *ater color* corr. Scal. Confirmat eius sententiam Glossarium Labb.: *Atritas*, μελανότης. Voc. posuit Plautus in Poenulo V, 5, 12. 19. *Aegyptinos*] hoc voc. aperte ductum est ex iisdem Plauti versibus: *Ita replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Aegyptii, aut qui cortinam ludis per Circum ferunt*. Ubi si ex Paulo *Aegyptini* posueris, metrum egregie adiuvabitur. Aegyptios ibi de nigris hominibus dici, cum revera subfusculi essent, recte observavit Grammaticus. In scriptoribus Graecis Αἰγυπτῖνος non observatum est. 20. *Advelitatio*] alibi non reperitur. De velitatione v. Paulus infra p. 158. *Velites . . . quasi volantes*] Dac. errat, cum contendit, haec non esse Festi, sed barbari, ut ait, racematoris, qui non meminerit, alibi Festum velites velatos dixisse. Festus enim nusquam velatos et velites pro eodem militum genere habuit. V. annot. ad v. adscripticii. p. 13.

Auctor communis erat generis apud antiquos.
Adnictat saepe et leviter oculo annuit. Naevius in Tarentilla: "Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet."
Atriplexum herba, quae nunc atriplex dicitur.
Adoptaticius ex adoptato filio natus.
Aleonem aleatorem. Naevius: "Pessimorum pessime audax, ganeo, lustro, aleo." 5
Aditiculum parvum aditum.
Atra bilis ab atro, id est animi vitio, dicta. Est enim atrum nigrum, id est a candore remotum.
Anctos*, id est excruciatos.
Anatem morbum anuum dicebant, id est vetularum, sicut **senium** morbum senum.
Altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant; diis terrestri- 10
bus in terra, diis infernalibus in effossa terra.
Assa dicebantur cantus tibiarum.
Aves ab adventu earum dicuntur, quod inde veniant, unde quis non suspicetur.
Agolum pastorale baculum, quo pecudes aguntur. (25)
Abortum gravidae mulieris dicitur, quod non sit tempestive ortum. 15

1. *Auctor*] hoc voc. genere feminino ab optimis quibusque scriptoribus poni notum est. *Auctrix* vix Festo, nedum Verrio cognitum esse poterat, ita ut verba: *erat apud antiquos*, soli Paulo deberi existimem. In Placidi Glossis est: *autrix ab agendo dicta est*; sed sequitur statim: *Auctor . . . generis est communis.* 2. *Adnictat*] cf. Festus Qu. IX, 25. p. 25, 7. v. nictare. *Naevius in Tarentilla*] v. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 19. Pleniorem meretricis descriptionem, quae cum hoc versu bene congruit, non ita tamen, ut ipse versus inde desumptus esse possit, Isidorus Origg. I, 25, 2. servavit, quam tractavit Scal. in Coniectaneis in Varron. de L. L. p. 82, 35. (p. 161.), ita ut et hanc Naevii Tarentillae vindicare studeret. Sed frustra. Illi apud Isidorum versus iambici sunt, hicce trochaicus tetrameter. 3. *atriplex*] *atriplex χρυσολάχανόν, ἀτράφαξις. atriplex ἀιδράφαξ*, leguntur in Glossariis Labb. 4. *Adoptaticius*] M. vg. *Adoptatius* Gu., ex qua lectione fluxit, quod in Isidori Glossis est: *adoptarius, puer ex adoptato natus.* Festum, puto, haec monuisse propter Plautum, qui in Poenulo V, 2, 85. 100. voc. alio sensu usurpat. 5. *Aleonem*] v. etiam Catull. 29, 2. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 22. *ganeo*] cf. Paulus p. 72. v. ganeum. *lustro*] M. A. Aug. in mg. *lurco* Gu., ut videtur, ut vg. Illud Scal. auctore retinui, a lustris eodem modo deductum, ut ganeo a ganeis, quanquam Catullum 115, 7. ab eodem doctissimo viro recte intellectum esse, negaverim. *Lurco*, voc. multo magis notum, facile pro *lustro* a librario poni poterat. 6. *Aditiculum*] voc. alibi nondum repertum. 7. *Atra bilis*] *Atrabilis* coni. Dac.: temere. Lind. recte indicavit, glossam spectare ad Plauti Captiv. III, 4, 64. *id est animi vitio*] *id est* deleri vult Dac., *animi vitio* Goth.: neuter recte. Festus hoc dixit, quod non ab ipsius colore, sed ab animi condicione atra bilis dicta sit. 8. *Anctos*] corr. Scal. et Urs. *Antios* codd. vg. Glossaria Labb.: *Ancti, ἀγχάμενοι* (*ἀγχόμενοι*), et: *Anctos, ἀναγκασθέντας. id est*] om. Gu. Lind. 9. *Anatem*] ex glossis apud Labb. imprimis huc spectat illa: *Anas, γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν.* Eodem pertinet Placidus p. 435. Mai.: *Anate sollicitudine, cura.* Hinc colligitur, scriptorem a Festo adductum anilem maxime sollicitudinem animique aegrimoniam eo voc. significasse. Cf. quae Festus Qu. XV, 13. p. 145, 30. v. senium, habet. *morbum anuum dicebant*] M., ut vg. *dicebant morbum anuum* Lind. cum Gu. et deterioribus codd. 10. *Altaria*] cf. p. 5. v. altaria. Cum hac Festi explicatione conspirant ea, quae Serv. in Virgil Ecl. V, 66. profert. *dicta sunt*] M., ut vg. *sunt dicta* Lind. cum Gu. et deterioribus codd. 12. *Assa*] de assa voce Nonius p. 76, 33. M. et multi; de assis tibiis Servius in Virgil. G. II, 417. *dicebantur*] *dicebatur* M. 13. *unde quis non*] M. ut vg. *non quis* Gu. Lind. Relativa solent in hoc structurarum genere coniungi, ut cum dicitur: quo quis, cum quis, et similia. 14. *Agolum*] Glossaria Labb.: *Agolum, λαγωβόλον.* 15. *Abortum*] ita neutro genere etiam in Glossariis Labb. ponitur: *Abortum, ἔκτρωμα, ἐκβόλιον, ἔκτρωσις.*

LIBER II.

Bona, id est substantia rerum, dicta sunt, quod digna sint bonis.
Bombizatio est sonus apium ab ipso sonitu dictus: ut mugitus boum, hinnitus equorum.
Boare, id est clamare, a Graeco descendit.
5 **Boarium forum** Romae dicebatur, quod ibi venderentur boves.
Bocas genus piscis a boando, id est vocem emittendo, appellatur.
Barrire elephanti dicuntur, sicut oves dicimus balare, utique a sono ipso vocis.
Balaenam beluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse et cetum.
Bacchanalia dicebantur Bacchi festa.
10 **Basilica** a basileo, hoc est rege, dicta est.
Basilicum regale.
Bovinatur conviciatur.
Bova serpens est aquatilis, quem Graeci *ὕδρον* vocant, a qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor viae labore collectus **bova** appellatur.
15 **Batus** genus herbae.

2. *quod digna sint bonis*] i. e. quibus boni digni sint, ut Latinum dignus et Graecum *ἄξιος* usurpari constat. 3. *Bombizatio*] boni codd. *Bombitatio* deteriores, ut vg. Ita etiam Lind. Sed in ea re a parte codd. standum est, cum nihil vetuerit, quominus Romani ad analogiam verborum crotalizare et citharizare similiumque etiam fingerent bombizare: licet in Graecis *βομβίζειν* non reperiatur, et Latini inferioris aevi scriptores *bombito* interdum dixisse referantur. Literam Z in eiusmodi verbis defendunt plures Grammatici apud Cassiodorum de orthogr. p. 2286. 2289. P. *apium*] boni codd. Lind. *apum* vg. 4. *descendit*] boni codd. nil addunt, deteriores libri ita inter se variant, ut Graecum verbum a librariis interpolatum esse appareat. *βοάω* vg. *βοῶ* Lind. *Bobantes βοῶντες* in Glossario Labb. a Dac. recte in *bovantes* correctum est, ut antiquiores poetae dixerunt. 5. *Boarium forum*] cum Verrio in ea re conspirat Varro de L. L. V. §. 146.: aliis Romanorum archaeologis fabulosa nominis interpretatio magis placuit. V. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 361. *venderentur boves*] *boves venderentur* Lind. ex auctoritate Gu. 6. *Bocas*] Vereor, ne Paulus ex accusativo pluralis numeri novum fecerit nominativum. Nam Graecis piscis hic semper audit *βόαξ* vel *βῶξ*, Plinio *box*. Apud Isidorum autem, Origg. XII, 6, 9., *Bocas* (ita meliores codd., *boccas* vg.) *dicunt esse boves marinos, quasi boacas*, omnia recte se habent. 7. *Barrire*] Glossaria Labb.: *Barrit*, *τρίζει*, *ἐλέφας βοᾷ*. 8. *beluam*] M. *belluam* plerique codd. vg. Lind. Item p. 27. v. bellum. *marinam*] *maritimam* unus Gu., quod Lind. non plane reiiciendum putat. *pistricem*] i. g. pistrim sive pristim, ut e Virgilio Aen. III, 427. et Floro III, 5, 16. nunc satis notum est. *pristicem et cetum* corr. Salmasius in Flor. l. l. Servii annotatio ad Virgil. l. l. optime sic refingi videtur: *Si navem intelligas, haec pistris huius pistris facit: si de bellua dicas, haec pistrix pistricis facit.* 10. *a basileo*] boni codd., et cett. plerique. *ἀπὸ τοῦ βασιλέως* vg. Lind. *dicta est*] Gu. Lind. *dictum est* M. *dicta sunt* Ald. *dicta*, omisso *est*, vg. 12. *bovinatur*] vg. *boviniatur* boni codd. V. Gell. N. A. XI, 7. et Nonius p. 79, 25. M., qui bovinatorem interpretantur tergiversatorem. Sed Verrium auctorem secuntur Glossaria Labbaei, ubi legitur: *Bominatores*, *θορυβοποιοί*, *θρύλλον ποιοῦντες ἢ ταραχήν*, et Placidi, p. 437. apud Maium: *Bombinari combicare, clamare.* Nam hoc bombinari ex nostro bovinari ortum esse, vix in dubitationem vocaverim. Sed quod apud Placidum p. 436. reperitur: *Bobinator tricosus et inconstans*, et in Isidori Glossis: *Bobinatores inconstantes*, ad Gellii interpretationem redire videtur. Gellii sententiam paulo calidius, ut opinor, damnat Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 41. 13. *Bova*] Lind. e bonis codd., ut A. Aug. in mg. *Boa* vg. Glossar. Labb.: *Boa*, *βρέφος*, *κέρσυδρος*. Corrige *χέρσυδρος*, i. e. hydrus terrestris. Placidus p. 438.: *Boa, quod valde persequatur boves*, quod a Plinii opinione non discrepat. *ὕδρον*] *idron* Gu., ut boni codd., id est M. et Gu., saepe Graecum Y Latino I reddiderunt. *Crurum quoque tumor*] cf. Paulus p. 67. v. flemina, et p. 155. v. tama. Placidus p. 436.: *Boa, vehemens rubor.* Scal. huc trahit glossam postea a Labb. editam: *Bor* (quod putat fuisse *Boa*), *ὁ τοῖς πόδας φλεγμαίνων*. 15. *Batus*] Graecum *βάτος*. Glossaria Labb.: *Batta βάτος*, et: *Batum πράσον*. Isidori Glossae: *Batis, genus holeris.* Placidus p. 437.: *Batos, herbae genus.*

Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrii. Hoc alii **trullam** appellant.

Bacar vas vinarium simile bacrioni.

Barathrum Graeci appellant locum praecipitem, unde emergi non possit, dictum ab eo, quod est βαθύς.

Balaenae nomen a Graeco descendit. Hanc illi φάλαιναν dicunt antiqua consuetudine, qua πυῤῥόν burrum, πύξον buxum dicebant. 5

Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum; unde rustici burram appellant buculam, quae rostrum habet (26) rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

Basiliscus appellatur genus serpentis, vel quod in capite album habeat instar diadematis, vel quod reliqua serpentum genera eius vim fugiant.

Barbaricum appellatur clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari utantur. 10

Breve a Graeco descendit, quod est βραχύ.

Brutiani dicebantur, qui officia servilia magistratibus praestabant; eo quod hi primum se Hannibali tradiderant et cum eo perseverarunt, usque dum recederet de Italia.

Bruma a brevitate dierum dicta.

Brutum antiqui gravem dicebant. 15

Brachium nos, Graeci βραχίων dicunt, quod deducitur a βραχύ, id est breve, eo quod ab humeris ad manus breviora sint, quam a coxis plantae.

Brassica a praesecando est dicta.

Brutianae parmae dicebantur scuta, quibus Brutiani sunt usi.

1. *Bacrionem*] cf. Isidori Gloss.: *Baccarium, vas aquarium*, et: *Bagario, orceoli genus*. Quae Dac. de trullae et bacrionis differentia, ipse commentus est. 2. *Bacar*] Glossar. Labb.: *Bavar, εἶδος ἀγγείου*, quod Scal. correxit, qui cum nomine huius vasis quomodo illa appellatio coniuncta fuerit: *Baccario, πορνοδιάκονος*, scite demonstrat. Historiam voc. *bacar* per inferiora tempora persequitur Fr. Diez in Gramm. Romanens. linguar. T. I. p. 8. 3. *βαθύς*] vg. *bathis* boni codd. 4. *Balaenae*] vg. *Ballenae* boni codd. *burrum*] cf. p. 26. v. burrum. Rectius *Φρύγας* in *Bruges* mutatos adhibuisset. 6. *Burrum*] Glossaria Labb.: *Burrum, ξανθόν, πυῤῥόν*. Glossae Isidori: *Birrus, rufus*. Primarius testis Ennius est, Annal. VI, 5. apud Merulam. *rufum*] *ruffum* M. utroque loco. 8. *album habeat*] *candida in capite macula, ut quodam diademate insignem*, Plinius N. H. VIII, 21. dicit hanc serpentem. *serpentum*] in contexto reliqui. *serpentium* Lind. ex uno Gu. Ac certe C. L. Schneider. Gramm. Lat. II. p. 248 sq. illam formam non nisi poetis condonat. 9. *eius vim fugiant*] eadem Isidor. Origg. XII, 4, 6. 10. *Barbaricum*] hoc significatu nullo nisi hoc teste notum. 11. *βραχύ*] vg. *brachi* boni codd. 12. *Brutiani*] de his eadem fusius persequitur Gellius N. A. X, 3, 19. Glossaria Labb.: *Brutiani, οἱ δουλικὰς τάξεις χρεωστοῦντες*. Quod Fulgentius p. 566. v. congerrones, gerones a Romanis Brutianos dictos esse tradit, docte explicat Scal. 13. *perseverarunt*] vg. *perseverarint* M. *perseveraverant* Lind. e Gu. et aliis codd. 14. *Bruma*] non aliter Varro de L. L. VI. §. 8. 15. *Brutum*] cf. Nonius p. 77. v. brutum. Sed de honestiori illo significatu, quo antiqui Romani eo voc. utebantur, solus Verrius tradidisse videtur. Hinc confutatur omnis illa fabula de M. Iunii Bruti stupore. 16. *βραχίων*] vg. *brachion* Gu. post voc. *dicunt*, quem sequitur Lind. *braglion* M. 17. *breviora*] M., ut A. Aug. in mg. *breviores* cett. codd. vg. Lind. Non displiceret id, si praeverbium *ad* omitteretur. 18. *Brassica*] idem veriloquium exhibet Varro de L. L. V. §. 104. Quae liber ms. a Caspare Barthio saepe, sed immerito laudatus, addit: *quasi passica, ut inquit Varro*, ea interpolatorem manifeste arguunt. Nam hoc voc. *passica*, quod in Varronis libris legitur, maculam esse Varroni per librarios adspersam, indubitatum est. Sed v. de hoc libro ms. Praef. I, 3. Hesychius: *Βράσκη, κράμβη, Ἰταλιῶται*. Igitur Graeci Italiotae eam appellationem ab indigenis populis adoptaverunt. 19. *Brutianae parmae*] de iisdem Festus Qu. XII, 8. p. 48, 9.

Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinari †. Lucilius: "Haec", inquit, "te imbubinat, at contra te imbulbitat." **Imbulbitare** est puerili stercore inquinare, dictum ex fimo, quod Graeci appellant *βόλβιτον*.

Bucerum pecus de bubus dicimus.

Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum, quasi bene ustum; ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur; sed modo busta sepulcra appellamus.

(27) **Buteo** genus avis, qui ex eo se alit, quod accipitri eripuerit, vastitatisque est causa his locis, quae intraverit, ut bubo, a quo etiam appellatur buteo.

Bucina quam nos appellamus, Graeci *βυκάνην** a similitudine soni dicunt.

Bulimam Graeci magnam famem dicunt, assueti magnis et amplis rebus praeponere *βου*, a magnitudine scilicet bovis. Hinc est, quod grandes pueri *βούπαιδας* appellant, et mariscam ficum *βούσυκον*.

Bubleum est genus quoddam vini.

Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis propter quandam bubuli capitis similitudinem.

Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, unde vocantur **combennones** eadem benna sedentes.

1. *Bubinare*] Isidori Glossae: *Buvinare sanguine inquinare mulieris menstruae.* Placidus p. 436.: *Bibinare, sanguine inquinari: bibinarium autem est sanguis, qui mulieribus menstruis venit.* Haec de bubinario sanguine e pleniori Festo ducta fuisse existimo. *inquinari*] scribendum puto *inquinare*, quanquam ea lectio e solo Lipsiensi adducitur. An Festus *bubinari* posuerat? *Lucilius*] ex inc. libro fragm. 35. p. 7. apud Franc. Dousam. *at*] boni codd., ut vg. *ac* deteriores quidam. *et* Dousa, non recte. 2. *imbulbitat*] *ille*, supplet ob versum Dousa, *nisi quis malit infans. tale enim aliquid*, ait, *desiderari videtur.* At vehementer vereor, ne non de patre quodam rustico cum uxore et infante cubante scriptus sit, sed ad Venerem muliebrem et puerilem inter se comparatam spectet hic versus foedissimus. Non foedior tamen ille multis Lucilianis, ita ut frustra eum in honestiorem sententiam detortum putem a Doederlino, Syn. et Etym. T. VI. p. 41. *inquinare*] M. *inquinari* cett. codd., vg. et Lind. 3. *Bucerum pecus*] cf. Nonius p. 80, 27. M. v. buceriae. Glossarium Labb.: *bucerum γέννημα βιος*, quod Scal. *βοός* fuisse annotavit. Lucretium, constat, eo voc. saepius uti. 4. *Bustum*] cf. Cic. de legg. II, 26, 64. et Servius in Virgil. Aen. XI, 201., cuius interpretatio, ex bonis et antiquis auctoribus sumpta, sic videtur esse refingenda: *Bustum dicitur, in quo mortuos combustus est, ossa eius si ibi iuxta sunt sepulta. At, iidem dicunt, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum, sed ustrinum.* Quae Scal. e fragmentis Servii de rogo, pyra, busto, ustrina apponit, nunc leguntur ad Aen. III, 22. p. 182. ed. Alb. Lion. Festus iterum de ea re Qu. XV, 14. p. 146, 29. *bene*] om. M. 5. *ustrina*] Glossaria Labb.: *Ustrina, πυρκαιά, κάυστρα νεκρῶν, τὰ καυτηρεῖα.* Eadem: *Usterna, καῦσις νεκρῶν.* 7. *Buteo*] cf. Paulus p. 3. v. alites. *qui*] boni codd. Lind. *quae* vg. At pronomen ad ipsum buteonem refertur. 9. *Bucina*] boni codd. *buccina* deteriores quidam, et sic vg. Lind. Illud praestare videtur, quanquam utrumque in titulis marmori inscriptis reperitur. V. C. L. Schneider. Gramm. Lat. I, II. p. 402., qui vir diligentissimus quod geminatum c in buccina defendi opinatur ordine literarum apud Festum, quem scilicet A. Aug. disposuit, vehementer miror. *βυκάνην*] scripsi. *buchianon* boni codd. vg. *bucanen* coni. Scal. Quod Lind. neutram vocem in lexicis Graecis reperiri, unumque afferri verbum *βουκανίζειν* autumat, nescio quomodo intelligam; Scaligeri enim *bucane* notissimum est Graecum voc. *βυκάνη*. Lind. dedit *βουκανόν*, voc. ab ipso fictum. 10. *Bulimam*] codd. et edd. vett. *Bulimum* corr. Scal. Sed poterat antiquior quidam poeta Romanus, substantivo nomine in adiectivum converso, *bulimam* dicere *famem*. 11. *βούπαιδας*] Lind. *bupedas* boni codd. *bupaedas* vg. *Βούπαιδα* in glossariis catulastrum dici, observat Scal., puto a catuliendo. *βούσυκον*] Lind. *buscycon* M. *busicon* Gu. *busycon* vg. 12. *Bubleum*] *βίβλινος οἶνος*, ut videtur, iam Hesiodo bene notus. Turnebus, Advers. XXX, 29., suspicabatur, legendum esse: *byblinum*. Sed Livius vel Naevius aliusve illius aevi poeta hinc Latinum *bubleus* procudere poterat. 13. *Bucephalus*] diligentius de eo Plinius N. H. VIII, 42, 64. Schol. Aristoph. Plut. 874. Quae e casco cod., ut ait, affert C. Barth. Advers. XXXVII, 21.: *Bucephalus Alexandri Magni equus, dicta ita est, sive de aspectus torvitate, sive a signo quod taurinum caput armo inustum gerebat, sive quod in fronte eius quaedam existentium corniculorum protuberabant minae:* ea ad verbum e Solini Polyh. 45, 8. transcripta sunt. 14. *Benna*] *Benarius, ὀκηνάρχης*, in Glossario Labb. nescio an huc pertineat.

Bessem appellatum esse, quod bis triens sit, quamvis dura compositio fiat; bessis octo sunt unciae, triens tres †.

Bellum a beluis dicitur, quia beluarum sit perniciosa dissensio.

Barium urbem Italiae appellarunt conditores eius expulsi ex insula Barra, quae non longe est a Brundisio.

Brundisium quidam poetae brevitatis causa **Brendam** dixerunt.

Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris † beneficio; e contrario **munifices** vocabantur, qui non vacabant, sed munus reipublicae faciebant. 5

Benignus proprie dicitur is, qui bonis et dignis largitur. Est autem compositum ex bono et gignendo.

Bellona dicebatur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quae **bellica** vocabatur, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur.

Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. **Bidentes** autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes. 10 (28)

Biseta porca dicitur, cuius a cervice setae bifariam dividuntur, quum iam esse incipit maior sex mensium.

Bignae geminae dicuntur, quia bis una die natae sunt.

Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardalis ex leone et panthera; cicur ex apro et scrofa domestica; muli ex equa et asino. 15

1. *Bessem appellatum esse*] Lind. e bonis codd. *Bes appellatum est* vg. Paulus obliqua oratione Festi Verriive interpretationem rettulit. *bis triens*] id credibilius, quam quod Varro de L. L. V. §. 172. *bes, ut olim des, dempto triente.* Hic enim putat, ut deuncem, ita etiam bessem a deminutione dictum esse. Sed illud D, quod in B transiit, olim DU (vel DV) fuerat, ut in bis et bellum et bonum. Itaque bes dictus est a binario numero, id est a duplicato triente. Graeci cum bessem δίμοιρον dixerunt, eandem secuti sunt etymologicam rationem. *bessis . . . tres*] Lind. e Gu. *bessis novem sunt unciae triens tresis* M. *bessis unciae octo sunt, triens quattuor* vg., addita in mg. lectione emendata *trientis.* Non laboravi in corrigendis his verbis, cum ab ipso Paulo interpolata esse videantur. 2. *beluis*] boni codd. *belluis* vg. Lind. Meliora Varro de L. L. VII. §. 49. 3. *Barra*] boni codd. *Bara* vg. Lind. Insulae nulla apud antiquos mentio praeter hanc. 4. *Brendam*] ea nominis forma similior Graeco Βρεντέσιον est, quam Latino Brundusium. Scal. huic breviori nomini eam subesse putat caussam, quod Βρεντέσιον in Messapiorum lingua cervi caput significet, ut Strabo ait VI. p. 282., et βρένδον ἔλαφον teste Hesychio. 5. *Beneficiarii*] *Benefactari* Gu. *vacabant muneris beneficio*] *vac. mun. officio* ed. vet. *vac. muneribus, beneficio* (puta Imperatoris) corr. Lipsius de milit. Rom. V, 6. Opp. T. III. p. 158. Non aliter Salmasius in Spartiani Hadr. 2. p. 16. ed. Hack. *vac. munere ducis beneficio* coni. Dac., non male. *munere* scribendum esse monet etiam Huschke de Serv. Tullio p. 714. *munifices*] de his Vegetius de R. M. II, 7. 19. Paulus in Digestis L, 16 (de verb. sign.), 18. 6. *reipublicae*] "alii: *publice.*" Goth. 8. *columella*] de eadem Servius Danielis, a Scal. laudatus, in Virgil. Aen. IX, 53. p. 510. ed. A. Lion, et P. Victor in descr. Urbis, in reg. IX., si hic scriptor antiquus est. Placidus p. 437. apud Maium, ex integro Festo, ut puto: *Bellica columna ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur, ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hasta, veluti conspecto hoste issent.* 10. *quoddam templum*] haec tanquam barbari mutilatoris verba Scal. expellit, tuetur Dac. Recte hic, nam bidental Etrusco ritu expiatum et consecratum templi religionem habebat. Dixi de ea re Etrusc. rerum III, 7, 4. T. II. p. 170 sq. Glossaria Labb.: *Bidental*, τόπος κεραυνοπλήξ, et: *Bidentale*, κεραυνοβόλιον. *Bidentes*] cf. Nonius p. 53. M. v. bidentes. Paulus p. 5. v. ambidens. 12. *Biseta porca*] idem infra p. 55. *dissulcus porcus* dicitur. Quod in Glossario Labb. est: *Bisaenus*, χοῖρος ἑξαμηνιαῖος, Scal. eodem spectare vidit. Vulcatius corr.: *Bisetus.* 13. *Bignae*] i. e. bigenae, eadem syncope, quae est in mali-gnus et privi-gnus. 14. *Bigenera*] eodem voc. in eadem re utitur Varro de R. R. II, 8, 1. *leopardalis*] Lind. e bonis codd., rarissima voc. forma. Sed ita camelopardalis dicitur a Varrone de L. L. V. §. 100. *leopardus* deteriores codd., ut vg. *cicur*] boni codd. Lind. *cicur sus* vg., sed *hibris* A. Aug. in mg. Similiter *ibris* Lipsiensis cod., quod Lind. in annot. probandum existimat. At hoc voc. *ibris* sive hybris nescio quo auctore confirmetur: nisi quod fortasse philologi XV saeculi *hybridas* nominativo casu dici putarunt *hybris.* Latine autem dicitur *hybrida* vel *ibrida*, ut apud Plinium N. H. VIII, 53, 79. §. 213.: *In nullo genere aeque facilis* (ac in suillo) *mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant seu semiferos*, et Martialem VIII, 22.: *Invitas ad aprum; ponis mihi, Gallice, porcum. Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.* Cognata vocabula sunt in Glossariis Labb.: *Iber*, ἡμίονος, ἀπὸ βοὸς καὶ τιτύρου (v. Castigationes in Glossar. in Stephan. Londin.

Billis apud Afros appellatur semen humanum humi profusum.

Blaterare est stulte et praecupide loqui, quod a Graeco *βλάξ* originem ducit. Sed et camelos, quum voces edunt, blaterare dicimus.

Balatrones et **blateas** bullas* luti ex itineribus, aut quod calciamentorum soleis eraditur, appellabant.

5 **Bilbit** factum est a similitudine sonitus, qui fit in vase. Naevius: "Bilbit amphora inquit."

Bibliothecae et apud Graecos et apud nos tam librorum magnus per se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellatur.

Blitum genus oleris a saporis stupore appellatum esse ex Graeco putatur, quod ab his *βλάξ* dicatur stultus.

Bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: "Nimis audacem nimisque bardum barbarum." Trahitur

10 autem a Graeco, quod illi *βαρδύς* dicunt.

Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, a gente Bardorum, de quibus Lucanus: "Plurima securi fudistis carmina Bardi."

Belutus bestiae similis.

Beneventum, colonia quum deduceretur, appellari coeptum est melioris ominis causa. Namque eam urbem antea

15 Graeci incolentes *Μαλόεντον** appellarunt.

p. 367.), et: *Imbrum, ἡμίονον, πρόβατον*, quibus significatur, etiam boum et ovium spuriam prolem iis nominibus appellatam esse. In verbis a Forcellinio e lexico suo expulsis et in calce adiectis est: *Iber, animal ex duobus diversae speciei genitus, hybrida.* Iam intelligitur, unde librarius, qui Lipsiensem cod. scripsit, non indoctus ille homo, *ibris* suum petierit: Paulum autem Festumque ita scripsisse, inde demonstrari nequit. *scrofa*] M. *scropha* vg. Lind. 15. *equa*] M., ut vg. *equo* Lind. e Gu. et deterioribus duobus codd. *asino*] M., ut vg. *asina* Lind. ex iisdem fontibus haustum. Sed non recte. Nam, ut Varro de R. R. I. 1.: *ex equa et asino fit mulus, contra ex equo et asina hinnus.*

1. *Billis*] voc. nullo alio teste notum. 2. *Blaterare*] *Blatterare* M. Cf. Nonius p. 44, 11. 78, 31. M. Fulgent. p. 561, 14. M. Glossaria Labb.: *Blaterat, ματαιολογεῖ*, et: *Blatero, blatio, ψελλίζομαι. βλάξ*] in Glossariis Labb. quasi voc. Latinum, explicatur *blax, εὐήθης, ὁ μωρός.* 4. *Balatrones*] alia antiquorum grammaticorum interpretamenta affert Interpres Cruquii in Horat. Serm. I, 2, 2., qui *blatrones* eos proprie dictos esse tradit. In Glossariis Labb. est: *Balatro, ἄσωτος*, et *Blato, ματαιολόγος.* Quod Paulus dicit, balatrones dictas esse illas ipsas luti bullas, vix credibile a Festo prolatum esse. Sed hic balatrones a blateis sive luti bullis appellari prodiderat, ni fallor. *bullas*] vg. *ballas* Lind. e bonis codd.: cui obsecutus essem, si balla nomen in ullo scriptore aut glossario demonstratum esset. *soleis*] M. ut vg. *solis* Lind. e Gu., quod ex *soliis* ortum esse videtur; nam sola pro soleis vix Festi consuetudini in dicendo convenit. 5. *Bilbit*] Glossaria Labb.: *Bilbit, βομβύζει*, et: *Bilibit, ἐπισκιασμὸς φωνῆς*, quod corruptum esse videtur. *Naevius*] in comoedia, ut videtur. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 22. *inquit*] hoc voc., quod Paulo ab omnibus editoribus tribuitur, ipsi Naevio vindicavi, ut ipsa amphora *bilbit* dicat, ut apud Ennium tuba *taratantara dixit*, et apud poetam in Anthol. Lat. Burmanni T. II, 405.: *glut glut murmurat unda sonans.* Sin Verrii opinio ea fuisset, ut *bilbere* verbum a Naevio positum putaret: ipsum *bilbere*, non *bilbit*, ei articulo praescripsisset. 7. *appellatur*] Lind. e bonis codd. *appellantur* vg. Attrahitur verbum a praedicato. 8. *Blitum*] cf. Nonius p. 80, 24. v. blitea. Iam Periclis filios ab hoc olere *βλιτομύμμας* dictos esse constat. *βλάξ*] cf. supra v. blaterare. 9. *Bardus*] eadem fere de hoc voc. Nonius p. 10, 3. M. Glossar. Labb.: *Bardus, ἀναισθητος, βραδύς, ἄφρων, ἀγνής, βλάξ.* *Caecilius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 150. Leonh. Spengel C. Caecilii Statii fragm. p. 56. inc. 10., qui melius fortasse verbo transposito sic scribi putat: *audacem nimis, nimisque bardum barbarum.* Idem V. D. e Glossario Osberni manuscripto haec apponit: *dicitur quoque stultus hic blenus et hic bardus unde Cecilius audacemque nimisque bardum.* 10. *βαρδύς*] Lind. *bardis* boni codd. *βάρδυς* vg., nata e male intellecto usu literae I, quam in his codd. pro Graeco Y poni, monitum est p. 25. 11. *Lucanus*] Pharsal. I, 447. Huius mentionem Festum addidisse, ut infra Martialis, apertum est. 13. *Belutus*] boni codd. Lind. *Bellutus* vg. Cf. p. 25. v. balaenam. In Glossis Isidori: *Belluus, moribus bestiarum*, et in Glossario Labb.: *Belluus, θηριώδης*, nescio an ad eandem formam exigenda sint. Plauti autem *beluata conchyliata tapetia* cum Festi interpretatione nihil habent commune. 14. *Beneventum colonia*] de eadem re Livius IX. 27. Plinius N. H. III, 11, 16. §. 105. Festus Qu. XV, 16. p. 148, 8. *melio-*

Bulgas Galli sacculos scorteos appellant.

Bovem bidentem a dentium numero dicunt appellari. (29)

Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, quum a ludis Sabinorum virgines rapuit.

Bilingues Bruttates Ennius dixit, quod Brutti et Osce et Graece loqui soliti sint. Sunt autem Italiae populi vicini Lucanis. 5

Bitienses dicuntur, qui peregrinantur assidue.

Baiolos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. Unde adhuc **baiolari** dicitur.

Blandicella verba blanda per diminutionem sunt dicta.

Bellarium et **bellaria** res aptas bellis appellabant. 10

Bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit.

Boiae, id est genus vinculorum, tam ligneae, quam ferreae dicuntur.

Botulus genus farciminis propter connexionem a bolis sic appellatur.

Blennos stultos esse, Plautus indicat, qui ait: "Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones."

ris ominis] Goth. apte confert ipsum Festum Qu. XIII, 6. p. 78, 27. v. Romam, et Paulum p. 90. v. lacus Lucrinus, ac quae ipse scripsit ad Novellam XXVIII, 1. (de Polemonio Ponto in Helenopontum mutato), conferri iubet. 15. *Μαλόεντον*] corr. Salmasius in Exerc. Plinian. p. 46. col. 2. d. et Lind. *maloeton* boni codd. *μαλοίτιον* vg., adiecta in mg. A. Aug. lectione *μαλεβεντόν*. *Μαλόεντα* coni. Scal.; ita sane id oppidum puriori Graeco sermone dicebatur.

1. *Bulgas*] luculentius de eo voc. Nonius p. 78, 3. M. Placidus, apud Maium p. 437.: *Bulga, saccus coreus.* 2. *Bovem bidentem*] cf. p. 27. v. bidental et p. 5. v. ambidens. 3. *Bellicrepam*] Glossae Isidori: *Bellicrepa* (omisso voc. *saltatio*) *quoddam genus ludorum cum armatis* (scr. *armis*). Voc. Ennianum esse videtur, sicut proximum. *ne simile pateretur q. f. i.*] i. e. ne Romani inter ludos inermes opprimerentur. 5. *Bilingues Bruttates*] luculentius de ea appellatione Porphyrio in Horat. Serm. I, 10, 30. Dixi de ea re Etruscar. rer. Intr. I, 6. T. I. p. 24. *Bruttates*] M., quod recepi, quanquam p. 26. *Brutianae* et *Brutiani* scribebatur. *Brutates* vg. *Brutaces* Gu., ut videtur, Lind. Hic tamen *Brutates* voluisse videtur. *Brutiates* coni. Scal. *Brutaces* nulla gentiliciorum nominum analogia defenditur, quanquam etiam apud Porphyrionem l. l. nonnulli *Brutaces* scriptum tradunt. *Ennius*] Annal. VIII, 66. apud Merulam. *Brutti*] M. i. e. *Bruttii* (v. Praef. IV, 3.). *Bruti* Gu. *Brutii* vg. *Italiae*] *aliae Italiae* Gu. 7. *Bitienses*] a betendo, id est eundo, quod in hoc simplici verbo, ut in compositis fieri solet, in bitere mutatur, *bitienses* dictos esse monet Scal. Gifanius, in Ind. Lucret. v. dubitare, scribendum coniecit *betienses*. 8. *Baiolos*] M. *Baiulos* Gu. vg. Lind. Illa nominis forma, quam Verrius ex antiquiori poeta sumpsit, servata etiam est in Glossariis Labb.: *Baiolator, βαστακτής, ἀχθοφόρος*, et: *Baiolo, ἀχθοφορῶ*, quanquam *baiulus* ex consueta scribendi norma apponitur. Etiam *beolat, βαστάζει*, huc referendum esse, notavit Goth. Cf. de voc. Gellius N. A. V, 3, 1. Nonius p. 79, 9. M. v. baiulare. Gaius in Digest. L, 16 (de verb. sign.), 235. Verrius Plauti versum in Poenulo V, 6, 17. explicuisse videtur. V. Praef. II, 2. *baiolari*] ita M. habere videtur, quanquam id diserte non video moneri. *baiulari* vg. 10. *aptas bellis*] M. vg. *bellis aptas* Lind. e Gu. *belli* in deterioribus codd. est. *res bellas* coni. Scal., ita ut *τραγήματα* significarentur. *res bellatulas* coni. C. Barth. Advers. XXXVII, 21., quod in cod. ms. *res bellaptas* reppererat. *res aptas epulis* Dac. viris doctissimis placuisse refert. *res bellarias* alios legere affirmat Goth. Equidem non ausim in ea re a bonorum codd. fide desciscere, praesertim cum nihil vetuerit, quominus adiectivum bellarius a nomine substantivo bellum duceretur. 11. *Verrius*] boni codd., ut vg. *Varro* deteriores codd. *Varvus* ed. pr. *Varus* A. Aug. in mg. Quod offendit, Verrium grammaticum tam recondito voc. usum esse, ea solius excerptoris culpa est. Nam Verrium apparet, *bellitudinem* ex antiquiori poeta, puto ex Plauto, apposuisse. 12. *Boiae*] Isidor. Origg. V, 27, 12.: *Boia, id est torques damnatorum, quasi iuga boum ex genere vinculorum.* Glossae Isidori: *Boia, torques damnatorum.* Glossaria Labb.: *Boia, κλοιός, κλοιόν*, et: *Inboia* (Mss. *Imboio*) *κλοιὸν περιτίθημι*. Non dubito, quin Festi glossa ad Plautum, aut in Asinaria III, 2, 5., aut in Captivis IV, 2, 108., spectaverit. 13. *Botulus*] Glossar. Labb.: *Botulus, φύσκος*. Comicum esse vocabulum, ostendit Gellius N. A. XVI, 7, 11. 14. *Plautus*] in Bacchid. V, 1, 2. Est Graecum *βλέννος*, fortasse e Sicula comoedia translatum.

Binominis, cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis. Unde Plautus Naevium poetam Latinum barbarum dixit. Fortasse et ob hoc noster apostolus Graecis ac barbaris se debitorem esse fatetur.

Bellule apud Plautum deminutivum adverbium est a bene, quod facit belle et bellule.

5 **Burranicum** genus vasis. **Bucar** similiter genus est vasis.

Butubatta Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est, nullius dignationis.

Bulla aurea insigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis a pectore, ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio (dicta est autem bulla a Graeco sermone βουλή, quod consilium dicitur Latine); vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium.

10 **Boicus** ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quae togata dicitur: in quibus
(30) sunt Mediolanenses.

Burranica potio appellatur lacte mixtum sapa a rufo colore, quem burrum vocant.

1. *Binominis*] Gu., ut corr. Scal. *Binominus* pr. *Binomius* vg. Sic iam in Glossario Labb.: *Binomius*, διώνυμος. Nec tamen assequor, quibus analogis Dac. hoc *binomius* defendi posse putaverit. *Tullus*] *Tullius* Gu. 2. *Plautus*] in Milite glor. II, 2, 56. cf. idem poeta in Captivis III, 1, 32. IV, 1, 184. Trinumo Prol. 19. Asinaria Prol. 11. Bacchid. I, 2, 15. et in Feneratrice apud Festum Qu. XVI, 24. p. 194, 22. *barbarum dixit*] post haec vv. vg. legitur: *et de se cum transferret fabulam ex Graeco dixit. M. Attius* (*Marcus* in mg.) *vertit barbare* (ex Asinariae Prol. 11.). Sed haec neque in edd. antt. leguntur neque in codd. a Lind. collatis, qui ea silentio transmisit, 3. *Fortasse* . . *fatetur*] haec, quae vel ipse Paulus vel quidam librarius adiecit, desunt in Ald. Io. de Colonia omnia om., quae inter voc. *Graecis* superiori, idemque inferiori loco positum media sunt. *ob hoc*] M. *hinc* vg. *ab hoc* Lind., e Gu., ut videtur. *ac*] M. vg. *et* Lind., e Gu. puto. V. Paul. Apostol. ad Roman. 1, 14. 4. *Bellule*] adverbium in Plauti fabulis, quae superstites sunt, non reperitur; adiectivum *bellulus* plus quam semel extat. 5. *Burranicum*] a Burranica potione dictum, ut videtur, de qua Paulus p. 30. Neutrum voc. ullo alio auctore innotuit. *Bucar*] haec superioribus adiunxi, ut in bonis codd. fit, unde Lind. ea recepit. Om. codd. deteriores, edd. vett. et vg. *Burar* M. 6. *Butubatta*] Lind. e bonis codd. *Buttubata* vg. *Burrubatta*, a burris, quae nugae sunt apud Ausonium, coni. Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 43. Charisius Inst. Gramm. II. p. 216. P.: *Butubatta. haec Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum, bat tat ti, fluctus quidam et sonus vocis effoeminatior, ut esse in sacris anagmenorum, vocum veterum interpres scribit.* Illud *anagmenorum* puto fuisse *Anagninorum*, quorum sacra cum valde essent memorabilia et multos libros linteos complerent, teste M. Aurelio Caesare in epist. ad M. Frontonem IV, 4.: eodem iure poterant ab antiquario quodam perscribi, quo Tiburtium sacra, quae laudat Servius in Virgil. Aen. I, 17. Certe Meursius quod coniicit, et Dac. assensu probat: *anaxamentorum*, ita cum *sacris* coniunctum, placere nequit. Ceterum Scal. de imitatione balbutientis linguae puerilis, qua effictum esse censet hoc *butubatta*, similibusque nugarum appellationibus, docte egit et festive, ut solet. *Naevius*] in comoedia incerta. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 22. 7. *Bulla aurea*] de hac non recoquam dicta Etrusc. rerum II, 2, 8. T. I. p. 374. 8. βουλή] vg. *bullin* M. *bulin* Gu., quae lectio unde orta sit, nescio. Parentheseos signa eo consilio adieci, ut appareret, quae duae sententiae inter se discernantur. 10. 11. *in quibus sunt Mediolanenses*] M., ut alii codd., edd. vett. et vg., nisi quod haec in contexto habet *in qua*, in mg. *quo*. Om. haec Gu., ut videtur, Ald. Lind. Constat quidem Livio auctore V, 33., Insubres Gallos Mediolanum condidisse, sed cum Boii Insubribus confines essent iidemque praepotentes, Mediolanum facile eorum finibus accenseri poterat. 12. *Burranica*] hanc, Scal. in Coniectaneis in Varr. de L. L. p. 49, 9. (p. 79.), collatis Ovidii Fastis IV, 779., docet in Paganalibus Romanos potavisse. *lacte*] ita Verrius, sicut Varro de L. L. apud Valer. Probum Inst. Gramm. II, 1. p. 105. ed. Lind., scripserat, antiquos poetas secutus. *burrum*] v. supra p. 27.

LIBER III.

Corona quum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione. Sive coronae dicuntur quod honorent eos, quibus imponuntur.

Coturnix appellatur a sono vocis.

Cornua Liberi patris simulacro adiiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces fiant. 5

Corgo apud antiquos pro adverbio, quod est profecto, ponebatur.

Corbitae dicuntur naves onerariae, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi.

Colurna hastilia ex corno arbore facta.

Cothones appellantur portus in mari interiores arte et manu facti.

Collatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint collatae, a qua porta Romae Collatina dicta est. 10

Conlucare dicebant, quum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini.

Collativum sacrificium dicitur, quod ex collatione offertur.

Colophon dixerunt, quum aliquid finitum significaretur.

2. *caret tamen aspiratione*] Igitur Verrius cum usum improbavit, de quo Quinctilianus Inst. I, 5, 20. dixit: *Erupit brevi tempore nimius usus (aspirationis), ut choronae, chenturiones, praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant: qua de re Catulli nobile epigramma est* (LXXXIV.). *quod*] vg. *quo* boni codd. *honorent*] boni codd. *cohonorent* vg., ficto scilicet vocabulo, quod sono nominis corona similius esset. De coronis honoris caussa donatis multa legi apud Festum Paulumque observat Goth., vv. civica (p. 33.), donaticae (p. 52.), Gradivus (p. 72.), lemnisci (p. 85.), myrtea (p. 100.), navali (p. 107. et Qu. IX, 11. p. 11. Urs.), obsidionalis (p. 114. Qu. X, p. 176.), ovalis (p. 114.), triumphales (p. 157.). 4. *Coturnix*] *Cotornix* M. 5. *Cornua*] alia de eadem re Athenaeus XI. p. 476. aliique grammatici. *fiant*] M., ut videtur, sicut A. Aug. in mg. *fiunt* Lind. cum Gu. et aliis codd., ut vg. 6. *Corgo*] Glossaria Labb.: *Goreo, ἀναμφιβόλιος. Gorgi, ἀναμφίβολοι.* Illic *Gorgo* legendum esse monuit Scal. Glossae Placidi p. 468. in Classic. Auct. T. III. cur. A. Maio: *Gorgos, adverbialis interpositio, ut porro, prorsus, nimirum.* Fortasse Verrius docuerat, literam C in hoc voc. antiquiori scribendi more pro lit. G positam esse. De etymo voc. nihil affirmo; Graecorum Gorgo ab hac asseveratione Latinorum aliena esse videtur. *est*] om. Gu. et delevit Lind., cuius iudicio non accessi. 7. *Corbitae*] cf. Nonius p. 533, 10. M. 8. *Colurna*] Glossaria Labb.: *Colurnum, κρανία δένδρον. Colurnum, λεπτοκαρύινον ἢ κράνινον.* In his interpretamentis *κράνινον* concinit cum Festi sententia, *λεπτοκαρύινον* autem cum Servii opinione, qui colurna verua a Virgilio G. II, 396. e corylo facta dicit: quae etiam Prisciano II. ex. p. 595 P. probatur. Utramque originem, a cornu et corylo, prodit Placidus p. 448. apud Maium. Ac facilius a corulo fit corulnus, ut a populo populnus, et inde consueta literarum L et R commutatione colurnus, quam a corno cornulnus (ut a ficu ficulnus), et eiecto N corulnus. 9. *Cothones*] boni codd. *Catones* vg., natum, ut videtur, e lectione Ald. *Cotones.* Cothona, constat, dictum esse portum et Carthaginis (v. Strabo XVII. p. 832. Diodor. III, 44, ubi etiam in libris nonnullis est *Κάθων*, Appian. de Reb. Pun. VIII, 127.) et Adrumeti (v. Hirtius de B. Afr. 62, 5.): quocirca etymon vocabuli cum Gesenio Scripturae Phoen. monum. p. 422. in Hebraica lingua quaerendum est. Graecos autem, apparet, similitudinem nominis cum appellatione poculi *κόθωνος* forte oblatam captasse, ut saepe eos fecisse constat. Cf. Servius in Virg. Aen. I, 427. *interiores*] *interiore* M. 10. 11. *Collatina*] hanc portam in Servii regis muris fuisse, negat Sachse in Historia Urbis p. 193. cf. p. 225. 275. Quod autem suspicatur, ea verba a Paulo addita esse, probari nequit. 12. *Conlucare*] boni codd., ut vg. *Collucare* Lind. e deterioribus. Festus v. sublucare, Qu. XV, 24. p. 156., *conlucare* esse ait *succisis arboribus locum implere luce.* Non tamen mirum, si in alia operis parte aliter de eiusdem voc. significatu statuit. Glossaria certe Labb., in quibus legitur: *conluco, διακαθαίρω δένδρον*, eam interpretationem, quam hic Paulus proponit, confirmant Festi fuisse. Neque aliter Columella II, 22.: *arborem collucare.* *profanae silvae*] Festus dixisse videtur, lucos conlucare non licere, nisi eo piaculo facto, quod Cato de R. R. 139. fieri iubet. 14. *Colophon*] v. Strabo XIV, 643. et Paroemiographi Graeci, velut Proverb. Vatic. II, 43. et Bodleiana 578. ed. Gaisford. v. *Κολοφωνία ὕβρις.*

Concinnare est apte componere. **Concinere** enim convenire est.

Concilium dicitur a populi consensu; sive concilium dicitur a concalando, id est vocando.

Conciliabulum locus, ubi in concilium convenitur.

Contio significat conventum, non tamen alium, quam eum, qui a magistratu vel a sacerdote publico per praeconem
5 convocatur.

Contubernales dicuntur a tabernis, quae fiebant ex tabulis. Unde et **tabernacula** sunt dicta, licet ex tentoriis pellibus fiant.

(31) **Contubernium** dicitur contubernalium habitatio.

Conclavia dicuntur loca, quae una clave clauduntur.

10 **Contemplari** dictum est a templo, id est loco, qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant.

Comitiales dies appellabant, quum in comitio conveniebant; qui locus a coeundo, id est insimul veniendo est dictus.

Calatores dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.

Condulus anulus.

15 **Condalium** similiter anuli genus.

Contestari est, quum uterque reus dicit: Testes estote.

Codeta ager, in quo frutices existunt in modum codarum equinarum.

1. *Concinnare*] rectius de eo voc. Nonius p. 59, 30. M. v. cinnus. Sed idem tamen etiam habet veriloquium Verrianum, p. 43, 22. v. concinnare. Neque aliud Varro de L. L. VI. §. 57., si recte eo loco *concinant* scripsi. *concinere*] codd. *conciere*, quod A. Aug. in mg. habet, e coniectura fluxit, minime idonea. 2. *vocando*] *convocando* A. Aug. in mg.: illud libri tuentur. 3. *Conciliabulum*] alia de eo voc. Isidor. XV, 2, 14. *in*] vg. om. boni codd., sed deesse vix potest: nam structuram: *Quirites inlicium vocare*, a Paulo Festove in vulgari sermone usurpatam esse, non credibile est. 4. *Contio*] boni libri. *Concio* vg. Lind. Cf. Varro de L. L. VI. §. 43. et maxime Gell. N. A. XVIII, 7, 2. 6. Hic ex libro, quem Verrii Flacci fuisse putat, de contione haec affert: *contionem tria significare, locum, et verba, suggestumque, unde verba fierent: item significare coetum populi assistentis: item orationem ipsam, quae ad populum diceretur.* Apparet autem hunc librum alium fuisse, quam cum quem Festus excerpsit. *a*] vg. Lind. om. boni codd. Quod de sacerdotibus Paulus, memoria dignum est. 6. *Contubernales*] cf. p. 11. v. attibernalis. *tabernacula*] cf. Festus Qu. XV, 32. p. 164, 24. v. tabernacula. *ex tentoriis pellibus*] *ex tentoriis et ex pellibus* boni codd. vg. neque Aldus aliter. *tentoria ex pellibus* mg. A. Aug. *ex tentis pellibus* coni. Scal. *ex tentoriis pellibus* em. Lind., sumpto vocabulo ex epistola Valeriani Imp. ap. Trebellium in Claudio 14., qui pelles ad tentoria idoneas *tentorias pelles* dicit. 9. *Conclave*] Glossaria Labb.: *Conclave*, κουβούκλιον· δίαιτα· μυχός. *Conclavia*, συνοίκια. *clave*] *clavi* A. Aug. in mg.: illud codd. tuentur. 10. *Contemplari*] cf. Nonius p. 469, 31. v. contempla. *ab omni parte aspici*] hinc coniectare licet, Verrium id veriloquium eius voc. probasse, quod Varro finxerat, de L. L. VII. §. 9., a tuendo. 12. *quum in comitio conveniebant*] rectius Macrob. Sat. I, 16.: *quibus cum populo agi licet.* *insimul*] boni codd., ut A. Aug. in mg. *simul* vg. 13. *Calatores*] de his Verrium sub eodem vocabulo dixisse persuasum habeo (v. Praef. II, 2.), ita ut prius de calatis comitiis et calatoribus sacerdotum, quam de servis calatoribus dixerit. Glossaria Labb.: *Calatores*, δοῦλοι δημόσιοι, περίπολοι (scribe περίπολοι), ἐκφόρασταὶ ἱερέων. Glossae Isidori· *Calator minister sacrorum.* Sed Pauli verba ad privatorum hominum calatores spectant, quorum Plautus saepius mentionem facit. Charisius I. p. 82.: *Nomenclator sine u dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.* Cf. Paulus p. 80. v. incalationes, p. 84. v. incalative, p. 85. v. incalanto, p. 123. v. procalare, p. 130. procalato, et Gell. N. A. XV, 27. 14. *Condulus*] Graece κόνδυλος. Hanc nominis formam, ignoratur, unde Verrius sumpserit. 15. *Condalium*] ita Plautus in Trinumo IV, 4, 7. 15., et in inscriptione fabulae deperditae. 16. *Contestari*] de eodem voc. eadem, paulo explicatius, Paulus p. 44. Utrumque locum post alios nuper diligentissime commentatus est F. L. Keller in libro de litis contestatione p. 1 sqq. In Glossariis Labb. *contestor* explicatur διαμαρτύρομαι et προκατάρχομαι. 17. *Codeta*] de agro trans Tiberim eo nomine dicto Paulus inferiori loco p. 44. In frutices illos, quales fuerint, inquirit Titius Loc. controv. X, 10., in quem iccirco

Condictum est, quod in commune est dictum.
Coctum a cogendo dicitur, quia coquendo* coercetur, ut ad utilitatem vescendi perducatur.
Cocula vasa aenea, coctionibus apta. Alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia.
Cohum lorum, quo temo buris cum iugo colligatur, a cohibendo dictum.
Cohum poetae coelum dixerunt, a chao, ex quo putant coelum esse formatum. 5
Comoedias constat appellari ex eo, quod initio in vicis iuvenes cantare soliti essent crebro convenientes.
Coclacae dicuntur lapides ex flumine, rotundi ad cochlearum similitudinem.
Cocetum genus edulii ex melle et papavere factum.
Confugelam antiqui confugium dicebant.
Compraedes eiusdem rei populo sponsores. 10

acerbe invehitur personatus ille Yvo Villiomarus Aremoricus in Animadv. in Tillium l. l. Non a caudis, sed a caudicibus, *codecta* sive *codeta* dictum fuisse illum agrum opinatur Doederlin. Synon. et Etym. VI. p. 69.

1. *Condictum*] hic voc. usus non forensis est. De solemni eiusdem verbi significatione Paulus infra p. 49. 2. *coquendo*] *cogendo* boni libri, ut A. Aug. in mg. et Lind. Illud tamen ex vg. et deteriori cod., Guelferbytano altero, assumpsi, quoniam cogendi notio in coercendo inest; ipsam autem coctionem esse coactionem, Festus docere volebat. *coercetur*] Lind. e bonis codd. *coarcetur* Gu. *coartetur* vg. 3. *Cocula vasa aenea*] Varronis de vita P. R. verba, ap. Nonium p. 531, 32. M. v. fornum et fornaces, ita legenda existimo: *Cocula, qui coquebant panem, primum sub cinerem, postea in forno*: in quibus *qui* instrumentale est, ut saepissime apud Varronem. V. de L. L. V. §. 21. Quae autem apud Nonium sequuntur verba: *cuius utriusque vocabulum* (id est fornus et fornax) *a forno ductum, id est a caldore*, ea Nonii sunt, non Varronis. De *aeneis* coculis Plautus apud Isidor. Origg. XX, 8, 1. Cato de R. R. 11. *ligna*] *κάγκανα ξύλα* recte comparat Scal. In Latinis scriptoribus huius significationis nullum est exemplum. Ex Festo Glossae Isidori: *Cocula ligna arida vel vasa aerea.* Glossaria Labb.: *Coculum, χαλκίον.* Quae Placidus p. 448. apud Maium habet: *Coculis, aereis vasis, a coquendo. Vel assulis aridis glebis* (scribe *glebisque*) *terrae cum suo gramine* (quae in Germania inferiori dicunt *Plaggen*). *Interdum alio loco ramis*, omnia e pleniori Festo hausta puto. 4. *Cohum lorum*] de eadem re, ut videtur, Varro de L. L. V. §. 135.: *Sub iugo medio cavum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur cous a cavo* (fortasse *choo*). 5. *Cohum . . coelum*] cf. Varro de L. L. V. §. 19., quo loco *choum* scribitur. Turnebus, Adversar. XX, 29, ubi Varronis de Chao et caelo locum emendat, postquam de verbis: *Ego magis puto a Chao choum*, dixit, pergit: *in antiquissimo libro clarissi. viri Henrici Memmii ita scriptum reperi: cous est quo caelum continetur: unde Ennius: Vix solum complere cohum terroribus caeli.* Quae quanquam non a Varrone, sed ab interpolatore quodam addita esse persuasum habeo (nam in optimis quibusque Varronis libris non reperiuntur): Ennii tamen versus non immerito in ordinem fragmentorum receptus est, et ea quidem forma, qua Scal. in annot. Festi cum *in quadam veteri membrana* se notasse scribit: *pilam vix Sol mediam complere cohum terroribu' coeli.* V. Merula Ennii Ann. I, 159. p. 33. ed. E. S. Quod autem ad Verrii sententiam attinet, hunc a Varrone catenus dissensisse, ut non *choum*, sed *cohum* probaret, confirmat etiam Diomedes I. p. 361. P.: "*Inchoo inchoavi, sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a chao initio rerum. Sed Verrius et Flaccus* (ita scilicet scribitur) *in postrema syllaba adspirandum probaverunt. Cohum enim apud veteres mundum significat, unde substractum incohare. Tranquillus* (Sueton. fragm. T. III. p. 74. ed. Fr. A. Wolf.) *quoque his assentiens libello suo plenissime aedem incohatam ita disseruit.* Cf. Casaubon. in Sueton. Iul. Caes. 46. p. 170. ed. Wolf. *chao*] boni codd. Lind. *chaos* deteriores, ut vg. Placidus in Glossis p. 448.: *Choum, naturam universam. Chao* (scribe: *a chao*) *id est inani.* 6. *Comoedias*] Rectius Varro de L. L. VII. §. 89. cf. Aristot. Poet. 3. Auctor de comoedia p. XI. apud Rusterum. *cantare*] intelliguntur cantilenae eiusmodi, de quibus dicitur apud Festum Qu. IX, 29. p. 29, 12. v. occentassint. *crebro*] codd., ut videtur, et edd. vett. omnes, ut Lind. om. vg. 7. *Coclacae*] *Cochalacae* M. *Conchalacae* A. Aug. in mg. *Cochleacae* vel *cochlecae* legendum esse putavit Vossius in Etymol., *Cochlacae* Dac. Equidem nihil mutavi, cum nihil impedire visum sit, quominus antiquiores Romanos, quo tempore adspiratio literae C nondum in usum venerat, e Graeco *κόχλακες* voc. *coclacae* fecisse poneremus. 8. *Cocetum*] Placidus in Glossis p. 448. apud Maium: *Cocetum a Graeco κακύνα cocina.* Corrige *κυκεῶνι*, ultimo voc. deleto. Glossaria Labb. explicant *ζωμοτάριχος.* Tertullian. contra Valentin. c. 12. *Nestoris cocetum* dixit *κυκεῶνα*, de quo Iliad. XI, 624. Quapropter Dac. cum Vossio pro *edulii* legi voluit *potionis.* Sed Tertullianus illo voc. licentius usus est. 10. *Compraedes*] cf. Paulus p. 122. v. praes.

Compascuus ager, relictus ad pascendum communiter vicinis.
Compescere est velut in eodem pascuo continere.
Compitalia festa, quae in compitis peragebant.
(32) **Congruere dictum est a gruibus, qui non fere segregantur, sive quum volant, sive quum pascuntur.**
5 **Cognomines dicuntur, qui eiusdem sunt nominis.**
Cerrones leves et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi, quas Graeci γέῤῥας appellant.
Conitum genus libaminis, quod ex farina conspersa faciebant.
Comptum Afranius pro ornatu et cultu posuit.
10 **Conflages loca dicuntur, in quae undique confligunt venti.**
Copona taberna a copiis dicta.
Compilare est cogere et in unum condere.

1. *Compascuus*] cf. Cic. Top. 3. Isidor. Origg. XV, 13, 9.: *Compascuus ager dictus, qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis*, quae ex ipso Festo Verriove petita esse videntur. 3. *Compitalia*] cf. Varro de L. L. VI. §. 25. Glossaria Labb.: *Compitalia, θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ, αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ῥόδοις ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς, ἀμφόδια.* *quae*] M., ut videtur, sicut vg. *qui* Lind. e Gu. *quia* A. Aug. in mg. 4. *Congruere*] cf. Paulus p. 72. v. gruere. *non fere segregantur*] boni codd. A. Aug. in mg. *non se segregant* vg. 6. *Cerrones*] *Congerrones* A. Aug. in mg.: nullo cod. addicente. Illud tamen voc. quo iure in hunc locum venerit intelligi non potest, nisi Verrius voc. Plautinum congerro explicandum sibi proposuerat. Cf. Varro de L. L. VII. §. 55.: *congerro a gerra id Graecum est et in Latina cratis.* Ac simile est *congerra* sive *concerra* apud Lucilium, de quo Festus dixit Qu. XIV, 2. p. 106, 28. v. sodalis, et Qu. XVI, 5. p. 190, 20. v. tappulam. V. de ea re Praef. II, 2. In mg. libri Barthiani est *corrones*, quod C. Barth. *congerrones* fuisse non dubitat, in Advers. XL, 20. Quod autem *cerrones* pro gerronibus dicti sunt, id antiquae scribendi consuetudini debetur, de qua dictum est ad Paulum p. 20. v. acetare. *Siculi .. sunt usi*] infra p. 70. v. gerrae, ex eodem quidem bello ea dicendi consuetudo repetitur, sed diverso plane modo. Id unum certum habeo, gerronis appellationem ex Sicula comoedia fluxisse. V. imprimis Proverb. Vatic. I, 40. et Bodleiana 278. ed. Gaisford.: *Γέῤῥα Νάξια· γέῤῥα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρῷα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα· ἣν δὲ ἐν τῇ Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα αἰδοῖα ἀνέκειτο.* Scholia in Lucian. Anach. c. 32. ostendunt, hoc *γέῤῥων Ναξίων* nomen ex Epicharmo ductum esse. De eadem re, sed minus explicite, Hesychius et Suidas v. *γέῤῥα*, Etymol. M. p. 228, 47. (*τὰ δερμάτινα αἰδοῖα*), Gudianum p. 123. et Orion p. 42. ed. Sturz., Eustathius in Homeri Odyss. XXIV, 185. p. 1924, 1. qui Pausania auctore utitur. Vix dubitaverim, quin iam apud Siculos comici quidam histriones sive *φλύακες* ab his veteris rudi artificio factis gerrones dicti sint. *cratibus pro scutis*] *γέῤῥα* dici *τὰς πλεκτὰς ἀσπίδας*, multi sane testantur. 7. *γέῤῥας*] vg. *cerrhas* boni libri. *γέῤῥα* Lind. e pr., ubi est *gerrha*, et Berolinensi cod., in quo legitur *gerrha γέῤῥα*. At recte H. Stephanus in Thesauro Graecae linguae eam voc. formam defenderat comparato Hesychio, qui in v. *γέῤῥα* etiam *γέῤῥας* habet. 8. *Conitum*] vg. *Comtum* boni libri habere videntur. *Constus vel comitus vel Comptum vel constum* A. Aug. in mg. (quae apud Lind. e Goth. afferuntur, sed non recte ad sequens nomen *Comptum* referuntur). "*In lib. vet. Comptum*" Dac., qui id a *κονιπτω* pulvere aspergo derivat. Sed Dacerii fides et auctoritas perexigua est, ac *conitum* etiam facilius a *κόνις* deduci potest. 9. *Comptum*] boni codd., ut videtur. *Conitum* vg., sed in mg. *Comptum*. *Afranius*] Bothe P. V. Sc. V, II. p. 200. Inc. 17. *cultu*] Gr., ut A. Aug. in mg. *excultu* M. vg. 10. *Conflages*] Nonius p. 62.: *Confluges, loca in quae rivi diversi confluant.* Hinc Vossius in Etymol. v. fluo (p. 296. ed. Neap.) etiam in Paulo *Confluges* legi voluit, quod recte reiectum est a Dac. Isidor. Origg. XIV, 8, 27.: *Confrages loca, in quae undique venti currunt ac sese frangunt, ut Naevius ait: In montes ubi venti frangebant locum.* Scal. autem confrages et conflages non magis diversas fuisse ostendit, quam sufflamen et suffraemen. *confligunt*] A. Aug. in mg. *confluunt* boni codd., ut vg. *conflant* coni. Dac.; ita Guelferbytanus alter. *Confligunt* cum a verbo *flago* descenderit (v. annot. ad Varron. de L. L. VII. §. 90.): hoc etymon haud dubie optimum habetur: idque ab ipso Festo propositum esse statui, cum *confluunt* vix ferri posse videretur. 11. *copiis*] *cupis* A. Aug. in mg., inutili coniectura, ut recte censet Scal. 12. *Compilare*] doctius de eo usu verbi pilare, quo premere sive cogere significat, Servius (Danielis) in Virgil. Aen. XII, 121. p. 63. ed. Lion, quem Scal. advocavit. Aliter Festus infra Qu. X, 21. p. 182, 32. v. pilare, et minus bene. *est cogere*] *cogere est* Lind. e Gr. *condere*] Ursini liber ms. *congere* habebat, unde Urs. *congerere* scribendum esse coniecit.

Compernes nominantur homines genibus plus iusto coniunctis.

Confoedusti foedere coniuncti.

Commissatio a vicis, quos Graeci κώμας dicunt, appellatur. In his enim habitabant, priusquam oppida conderentur, quibus in locis alii alios convictus causa invitabant.

Committere proprie est insimul mittere: nunc eo utimur et pro facere, aut pro relinquere, aut pro incipere. 5

Condere proprie est in unum et interiorem locum dare ad custodiam faciliorem; quod verbum nunc significat conscribere, nunc facere, nunc componere et instruere.

Consulas antiqui ponebant non tantum pro consilium petas et perconteris, sed etiam pro iudices et statuas.

Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur. 10

Consilium vel a consulendo dicitur, vel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant et conveniant; sed a silentio credibilius dictum putatur, quo maxime invenitur.

Conscripti dicebantur, qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, ut numerus senatorum expleretur.

Consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.

Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant. 15

Conventus quatuor modis intellegitur. Uno, quum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, (33) quum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, quum a magistratibus iudicii causa populus congregatur. Quarto quum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis causa colligitur.

Convicium a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum, vel immutata litera quasi convocium. 20

1. *Compernes*] minus diligenter de eo voc. Nonius p. 25, 31. M. 2. *Confoedusti*] boni codd., ut vg. Ubi *Confoedisti* repertum sit a Lind., nescio. Inter foedustus et foederatus ea est proportio, quae inter onustus et oneratus. Placidus in Glossis p. 448. apud Maium: *Confoeditos, foedere copulatos*, e Paulo corrigendus est. 3. *Commissatio*] cf. supra p. 31. v. comoedia, ubi item κώμη locum κώμου obtinuit. 5. *relinquere*] *delinquere* coni. Scal. *relinquere* defendunt Urs. (nisi forte Ursini sententia permutatis inter se vocc. delinquere et relinquere turbata est) et Dac. Hic advocat Nonium p. 248, 27.: *Committere, donare, relinquere*, cuius significatus exemplum apponit e Cicerone, *hereditatem commissam*. 6. *Condere*] cf. Nonius p. 249, 28. M. 8. *iudices et statuas*] Scal. apponit Accii illud apud Varronem de L. L. V. §. 80.: *Qui recte consulat, consul cluat*: at Verrius locutiones huiusmodi spectat: *consulere de fugitivis, in deditos*. 9. *cossi*] ita etiam Plin. N. H. XI, 33, 38. §. 113. Glossaria Labb., a Scal. adhibita: *Cusus*, ξύλου σκώληξ. Placidus p. 447. apud Maium: *Cossos, vermiculos qui in materia nascuntur*. Quam duorum librorum lectionem C. Barth. Advers. XL, 20. commendat: *Crugosi, crassi corporis homines, qui et cossi, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi (et cruges* in altero additur) *nominantur*, ea vel ordine literarum turbato confutatur. Et omnino hi Barthii libri omnium pessime interpolati sunt. V. Praef. I, 3. 11. *Consilium*] cf. Varro de L. L. VI. §. 43. 13. *Conscripti*] cf. Paulus supra p. 6. v. adlecti, et Festus Qu. XII, 24. p. 64, 22. v. qui patres. 14. *Consposos*] boni codd. Lind. *Consponsos* vg. De illa scribendi consuetudine cf. Praef. IV, 3.: de voc. consponsus Varro de L. L. VI. §. 70. 15. *Consualia*] v. praecipue Varro de L. L. VI. §. 20. et antiquus versus servatus a Varrone de Vita P. R. apud Nonium v. cernuus p. 21, 9. M. *deum consilii*] hunc quod Glossarium Labb. v. Conso Isidis filium dicit, inde factum arbitror, quod Harpocrates, Isidis filius, digito silentium significare vicebatur (v. Varro de L. L. V. §. 57.), et Consus aut consilii aut (si nomen a condendo ducebatur) ipsius silentii deus habebatur. 16. *intellegitur*] M. *intelligitur* cett. codd. vg. Lind. *ab aliquo conventum*] cf. Nonius p. 270, 29. v. convenire. 17. *multitudo . . locum*] ita Glossaria Labb.: συνοδία, σύνοδος, ἀγορά, συνέλευσις, ἄθροισις. *Tertio*] hoc significatu voc. ponunt Cicero, Caesar, ac fontes iuris civilis, quos indicat Goth. 18. *Quarto*] huius modi nullum exemplum affertur. 20. *a vicis*] ita etiam Nonius p. 64, 3. M. Subest huic etymologico invento eadem opinio, quae supra p. 31. v. Comoedia significabatur. Cf. etiam p. 32. v. commissatio. *prius*] boni codd. ut vg. *primum* deteriores codd., ut mg. A. Aug. *immutata*] *i mutata* ed. vet.

Contuoli oculi sunt in angustum coacti conniventibus palpebris.

Consternatio, quae est concitatio quaedam subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore.

Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.

5 **Constitutus** hominum a consistentium multitudine appellatur.

Convallis est planicies ex omni parte comprehensa montibus collibusve. Vallis duobus lateribus inclusa planicies. Vallis diminutivum **vallicula** facit.

Convoti iisdem votis obligati.

Cibus appellatur ex Graeco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, cibisim appellant.

10 **Ciccum** membrana tenuis malorum punicorum.

Cispius mons est in urbe Esquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Citimus extremus. Uls enim facit **ultra**, **ultimus**: **cis**, **citra**, **citimus**.

Cicindela genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet a candela, unde etiam **candelabra** putantur appellata.

Citrosa vestis appellata est a similitudine citri.

15 **Civicam coronam** civis salutis suae causa servatus in proelio dabat, quae erat ilignea, frondem habens perennem.

1. *Contuoli*] *Conculi* mg. A. Aug. *Conivoli* coni. Scal., collata interpretatione v. conivola p. 46. At contuolos dici potuisse oculos *συμμεμυκότας* a contracto lumine, quo tuentur, per se patet, et monuit Lind. *conniventibus*] M., ut vg. *continentibus* Lind. e Gu. At palpebrae oculorum, etiamsi in angustum coguntur, non continentes tamen fiunt. 2. *Consternatio*] cf. Nonius p. 262, 27. v. consternari. Glossaria Labb.: *Consternatur*, *σκιρτᾷ*, *ἢ πτύρεται*, *ἢ κινεῖται*, quibus peculiaris eius verbi sensus bene redditur. Hunc plane pervertit lectio libri ms. a C. Barth. Advers. XL, 20. commendata: *Consternatio est quasi constratio quaedam sub.* etc. Nam equi cum consternantur, non sternuntur, sed excitantur potius et in transversum aguntur. *sternutamento*] *sternata mente* mg. A. Aug., quae e mera coniectura fluxisse apparet, quoniam in nullo cod. adhuc reperta sunt. Quod autem Dac. quosdam libros habere ait *a sternata mente*, eamque lectionem veram putat: non morabitur eos, qui nugacem illum hominem cognoverint. *quod eo*] Gu., ut vg. et Lind. *eo quod* M., ut videtur, ut A. Aug. in mg. *quod ea* vult Dac. 4. *Considerare*] cf. Paulus p. 57. v. desiderare. 5. *Constitutus*] nomen substantivum, nullo alio exemplo notum, nam *constitio*, quod Gellius N. A. XVI, 5, 10. finxit ad explicandam originem v. vestibulum, non ad hanc rem facit. In Varrone de L. L. VI. §. 29. lectio, quam Scal. ex Festi verbis interpretatur: *Comitiales dicti, quod tum esset populi constitutus ad suffragium ferendum*, melioribus libris non probatur. 6. *Convallis*] cf. Varro de L. L. V. §. 20. 8. *Convoti*] SC. de Baccan.: *neve. posthac. inter. sed. conioura*[*se. nev*]*e. comvovise. . . velet.* 9. *Cibus*] *Cibum* M. Rationem horum nominum, quam finxit Verrius, invertit Etymol. M. p. 512, 51. ed. Sylb. et Gud. 321, 6. ed. Sturz. v. *κιβωτός*, ubi legitur: *καὶ λέγει ὁ Ὦρος, ὅτι ἴσως παρὰ τὸ κίβος γέγονεν, ὃ σημαίνει τὴν τροφήν.* Haec attulerat iam Urs. *cibisim*] scripsi. *cibis* boni codd. *cibesim* edd. vett. *κιβώτιον* vg. *κίβος* mg. A. Aug. *κίβισις* coni. Lind. Poterat Paulus Festusve etiam *cibesim* scribere, cum in Graecis non raro *κίβησις* legatur. Id autem voc. a verbo *κεῖσθαι* et nomine *βόσις* dictum esse statuunt Etymologici Graeci. 10. *Ciccum*] cf. Varro de L. L. VII. §. 91. Hesychius: *κικκὺς ... διαχώρησις.* Glossaria Labb.: *Ciccum* (et *Cicum*) *γρῖ*, *κόκκος.* Ita vocabula recte distinxit Vulcatius, sed opus non est, ut *κόκκος* in *κικκὸς* vel *κικὸς* mutetur. Isidori Glossae: *ciccum, mali granati membrana.* Cf. I. Fr. Gronov. Observatt. in Eccles. 20. p. 216 (660 ed. Frotscher). 11. *Cispius*] apud Varronem de L. L. V. §. 50. e fide librorum *Cespeus* et *Cespius* scribitur. *mons*] om. M. et codd. deteriores. *est*] om. Gu. vg. Lind. *cuiusdam hominis*] Laevi Cispii Anagnini, ut narratur a Festo Qu. XV, 25. p. 157, 1. v. Septimontio. 12. *Citimus*] cf. Nonius p. 85, 16. v. cituma. *Uls*] v. Cato ap. Paulum p. 161. v. uls, ubi alia quaedam annotabuntur. 13. *Cicindela*] Glossar. Labb.: Cicindela, *λαμπυρίς.* Placidus p. 449.: *Cicindelas, araneorum genus, quod volans lucet.* Vocabulum reduplicatione verbi candeo ortum esse, nunc satis constat. *candela*] boni codd. Lind. *candore* vg. *candelabra*] cf. Varro de L. L. V. §. 119. 14. *Citrosa*] Isidorus Origg. XIX, 22, 20.: *Citrosa* (vestis), *quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius: Pulchramque ex auro vestemque citrosam.* Macrob. Sat. II, 15.: *hinc* (ex Homerico *εἵματα θιωδεα*) *et Naevius poeta in bello Punico ait citrosam vestem.* Apparet, etiam Verrium non alium versum explicuisse. 15. *Civicam coronam*] cf. Gellius N. A. VI, 6, 11.

Circanea dicitur avis, quae volans circuitum facit.
Circites circuli ex aere facti.
Cilium est folliculum, quo oculus tegitur, unde fit **supercilium**.
Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas in ea regione, in qua convallis satis eminenti iugo circumducta est, quae neque matutino, neque vespertino tempore sole contingitur*. (34)
Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.
Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues.
Cillibae mensae rotundae.
Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. **Cilo** sine aspiratione, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraque veluti recisa videtur.
Cisterna dicta est, quod est cis, id est infra, terram.
Camillus proprie appellatur puer ingenuus.
Capuam in Campania quidam a Capye appellatam ferunt, quem a pede introrsus curvato nominatum antiqui nostri Falconem vocant; alii a planicie regionis.
Camenae Musae a carminibus sunt dictae, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod sint castae mentis praesides.
Camara et **camuri boves** a curvatione ex Graeco κάμπη dicuntur.

1. *Circanea*] cf. Festus Qu. XIV, 10. p. 114, 6. v. supervaganea. 3. *Cilium*] eadem sententia exponitur a Festo Qu. XIV, 9. p. 113, 15. v. supercilium. Et cf. dicta Qu. XIV, 7. p. 111, 27. v. sugillatum. Nec dissentit Isidor. Origg. XI, 1, 42. Glossaria Labb.: Cilia, ὑπώρια (ὑπώπια aut ὑπώρειαι, metaphorico sensu, corr. Scal.), et *Cilium*, ἐπισκύνιον· βλεφαρίς. *folliculum*] boni codd., idque, non recte quidem positum, retinui tamen, quod hoc vitiorum genus Paulo toties condonandum fuit. V. annot. ad p. 8. v. alveolum. *folliculus* vg. Lind. 4. *Cimmerii*] v. quae de his Campaniae Cimmeriis Mannert. Geogr. Graec. et Rom. T. IX, I. p. 718. Eadem iis loca assignant Ephorus apud Strabonem V. p. 244. Lycophron Alex. 695. Servius in Virgil. Aen. VI, 107. et alii. 6. *contingitur*] corr. Goerenz. in Cicer. Acad. II, 19. p. 115. *contegitur* vg. Lind. 7. *Cimbri*] non dissimilia supra p. 15. v. Ambrones legebantur. 8. *in his locis*] M., ut vg. *his locis* Gu. Lind. *solet*] *solent* Dac. in Ms. esse dicit (ac reperitur in cod. Berolinensi) idque praefert. At verbum cingendi non ad solos cingulos pertinet. 9. *Cillibae*] disertius de iis Varro de L. L. V. §. 118. Ab his cilibanta (v. Varro V. §. 121.) parum discernit Dac. 10. *Chilo*] Verrium Cilonem praeposuisse, et ab hoc Chilonem distinxisse, cognoscitur ex ordine literarum. *labrorum*] Gu. vg. Lind. *labiorum* M. (quantum e Lind. annotatis colligi potest), ut Ald. *Cilo*] non aliter Charisius I. p. 78 P.: *Cilones dicuntur, quorum capita oblonga et compressa sunt, chilones autem cum adspiratione ex graeco a labris improbioribus, quae illi χείλη: unde chilones improbius labrati.* Cf. Flavius Caper de orthogr. p. 2242. P. Velius Longus p. 2234. et apud Cassiodorum p. 2287. Placidus in Glossis, apud Ang. Maium p. 447.: *Cilones, quorum capita oblonga.* Glossaria Labb.: *Cillo*, προκέφαλος, μακροκέφαλος, et: *Cilones*, φοξοί. *ac*] *a* Gu. 11. *veluti*] M. *velut* cett., ut vg. 12. *est cis, id est infra*] Ald. *cis inest infra* boni libri, vg., sine commodo sensu. *cis, id est infra*, omisso *est*, placet Ottoni apud Lind. p. 361. *cis est*, omissis reliquis, coni. Lind. 13. *Camillus*] cf. Paulus p. 69. v. Flaminius camillus, et p. 48. v. cumeram. Quod Scal. tradit, Servium Danielis ex Alexandro Aetolo referre, Dianam ab Ephesiis dictam esse Camillam, ipse fallitur, non grammaticus ille, qui recte Opim, non Camillam, cognominatam esse Dianam prodidit. V. Serv. in Virgil. Aen. XI, 532. p. 38. ed. Lion. 14. *Capuam*] easdem, quas Paulus, et alias nonnullas huius nominis origines prodit Servius in Virgil. Aen. X, 145. Cf. Liv. IV, 37. *Capye*] boni codd. Lind., ut legitur apud Livium. *Capy* vg. 16. *Camenae*] doctius de eo nomine Varro de L. L. VII. §. 26. 27. 17. *Camara*] boni codd., ut vg. *Camera* deterior quidam, et ed. pr. Charisius I. p. 43. P.: *Camara dicuntur, ut Verrius Flaccus affirmat, non camera per e. Sed Lucretius: cameraeque caminis ex cratibus, dicendo etiam cameram dici posse ostendit.* Servius in Virgil. Georg. III, 55.: *camuris . . . curvis: unde et camerae appellantur.* Philargyrius in annot. eiusdem v.: *Camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent, quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent; laevi, quorum cornua terram spectant; his contrarii licini, qui cornua sursum versum reflexa habent.* Macrob. Sat. VI, 4.: *Camuris peregrinum verbum est, id est, in se redeuntibus.*

Cappas marinos equos Graeci a flexu posteriorum partium appellant.

Catampo genus est lusus.

Carissam apud Lucilium vafram significat.

Caerimoniarum causam alii ab oppido Caere dictam existimant; alii a caritate dictam iudicant.

5 Caelibem dictum existimant, quod dignam coelo vitam agat.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iovis concubinus.

Caeculus condidit Praeneste. Unde putant Caecilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alii appellatos eos dicunt a Caecade Troiano, Aeneae comite.

Caelius mons dictus est a Caele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversus Sabinos praebuit, eo quod in eo
10 domicilium habuit.

Caecum vallum dicitur, in quo praeacuti pali terrae affixi herbis vel frondibus occuluntur.

Catillones appellabant antiqui gulosos.

(35) Catillatio grave opprobrium hominibus generosis obiiciebatur, si qui provincias amicas populi Romani exspoliassent.

et forte nos quoque cameram hac ratione figuravimus. Nonius p. 30, 8. M.: *Camerum* (scribe *Camurum*), *obtortum; unde et camerae tecta in curvitatem formata. Virg. Georg. lib. III.: Et cameris (camuris) hirtae sub cornibus aures.* Hi omnes videntur e Verrio Flacco hausisse: quanquam in forma nom. *camara* a Graeco usu desciscunt. Singularia Isidorus Origg. XII, 1, 35. de Camelis: *sive quia curvus est dorso. camur enim Graeco verbo curvum significat.* et XV, 8, 5.: *Camerae sunt culmina* (ita boni codd., *volumina* Lind.) *introrsum respicientia, appellatae a curvo: καμουρ enim Graece curvum est.* In Graecis scriptoribus huius voc. καμουρ nec vola nec vestigium; nisi quod Etymol. M. p. 488, 1. *Camelum dictam vult παρὰ τὸ κάμπτειν, κάμηρόν τινα οὖσαν καὶ κάμηλον*, vocabulo etymologiae caussa ficto.

1. *Cappas*] boni codd. vg. Lind., quos deserere non ausus sum. *Campas* Ald. Multo notius est hippocamporum nomen. v. Nonius p. 120, 14. v. hippocampi. 2. *Catampo*] Graecum putat Scal. vel κατ' ἄμφω, vel καταμβώ dictum, ut ὀπισαμβώ (ab ὀπίσω et ἀναβαίνειν ductum). Quis talia expediat, a nullo auctore diserte explicata? 3. *Carissam*] codd. edd. vett. vg. *Caprissam* A. Aug. in mg. (coniectura, puto, vocabulo ducto a Graeco καπρίζειν). *Catissa* coni. Lucas Fruterius in epistola ad Muretum, laudatus et approbatus a Dac. "Alii *carisam*" Goth. *Carissa* Lind., auctore Scal., ut ait. Sed Scal. nihil mutavit. Festus voc. Lucilii ita reddidit, ut in eius poematis scriptum erat. V. Lucilii Sat. rel. coll. Dousa, inc. n. 153. p. 19. *vafrum*] Gu. mg. A. Aug. *vafram* M., ut videtur, vg. Lind. Illud praetuli ea ratione commotus, quod, cum *Carissa* pro feminino nomine haberetur, *vafrum* facilius in *vafram* abire potuerit, quam *vafram* e contrario in *vafrum*. Memorabile autem est, quam antiqua sit illa de genere nom. *Carissa* dubitatio. Nam Glossaria Labb., quibus interpretamenta ex ipso Festo hausta inesse ostendimus, ex Philoxeno: *Carisa, μαυλιστής, πορνοβοσκός.* Isidori contra Glossae: *Carissa, lena vetus et litigiosa: ancilla dolosa, fallax.* Quae multo pleniora, sed etiam vitiis magis inquinata, leguntur apud Placidum, p. 449. ed. Maius: *Carisa, vetus lana percalida* (scribe: *lena percallida*), *unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia appellabantur.* Haec ex ipso Verrio Festove hausta esse, eo credibilius, quod is etiam alias mimica verba, id est ea, quae non in certa fabula scripta deprehendebantur, sed quibus planipedes in iocularibus dictis, quae temere in thymele iactitabant, uti solebant, explicare haud dedignatus est. V. Qu. XIV, 17. p. 121, 23. 4. *ab oppido Caere*] cf. Niebuhr. H. R. I. p. 398. ed. sec. *a caritate*] ita Masurius Sabinus apud Gellium N. A. IV, 9. et alii. Tertium adiicimus veriloquium, a Cerere, in Glossariis Labb. propositum, e Philoxeno: *Caerimonia, δημήτρια*, quod observavit Scal. 5. *Caelibem*] vg. *Coelibem* Lind., nescio an e codd.: sed illud ordo literarum postulat. 6. *Catamitum*] cf. annot. ad p. 7. v. Alcedo. 7. *Caeculus*] de hoc v. Interpretes, quos Maius edidit, et Serv. in Virgil. Aen. VII, 681. Solin. c. 8. Qui a Servio appellantur *divi* fratres, aut dicendi sunt *digitii*, ita enim dicuntur a Solino, aut *Depidii*, ut Varrone auctore ab Interpretibus illis vocantur. 9. *Caelius*] M. *Coelius* cett. Lind. *Caele*] M. *Coele* Gu. vg. Lind. Dictum est de hoc Caele Etruscar. rerum Introd. 2, 15. p. 116. *adversus*] *adversum* M. 11. *Caecum*] *Cacum* M. 12. *Catillones*] Lind. *Catiliones* boni codd., ut A. Aug. in mg. *Catilones* vg. Illud restituendum esse, Lucilii versus evincit apud Macrob. Sat. II, 12., qui de origine nominis eadem affert, quae Paulus p. 67. v. fiscellus, sed ea pleniora, ita ut ex ipso Verrio fluxisse videantur. Placidus p. 450.: *Catillo gulosus, a catelli appetentia.* Rectius fortasse: *catilli.* 13. *Catillatio*] cf. Fulgentius p. 563, 5. M.

Caesticillus appellatur circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite.
Caespes est terra in modum lateris caesa cum herba, sive frutex recisus et truncus.
Catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse, Romanos, Plautus in Saturione refert.
Catax claudus.
Caecultare est caecos imitari. 5
Caesariati comati.
Catularia porta Romae dictae est, quia non longe ab ea ad placandum caniculae sidus frugibus inimicum rufae canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.
Caedem putant ex Graeco dici, quod apud illos *καίνειν* significet interficere.
Caenina urbs, quae fuit vicina Romae, a Caenite conditore appellata est. 10
Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.
Caestus vocantur et ii, quibus pugiles dimicant, et genus quoddam ornatus mulierum.
Caeditiae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae.
Cavillatio est iocosa calumniatio.
Cati fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus, quod in agro cuiusdam fuerit Cati. 15
Cacula servus militis. Plautus: "Video caculam militarem." Dicitur autem a Graeco *κᾶλον*, quod fustibus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sint.
Canalicolae forenses homines pauperes dicti, quod circa canales fori consisterent.
Cana dicunt Graeci, nos **canistra** et per diminutionem **canistella**.

1. *Caesticillus*] M. *Cesticillus* Gu. vg. Lind. Illud a Verrio scriptum fuisse, ordo literarum evincit. *Circitellus* vel *Circitillus* coni. Salmasius in Exercit. Plin. p. 14. col. 1 c., idque comprobant Vossius in Etymologico et Dac. Sed Varro de L. L. (VI. §. 8.) nihil habet, quod huic coniecturae faveat. De ipsa re cf. Paulus p. 14. v. arculum. 2. *Caespes*] *Cespes* codd. vg. Lind. Ut mutarem, ordo literarum suadebat et ipsa ratio etymologica. Glossam Labb.: *Caespes, χορτόπλινθος*, et quae similes leguntur in v. *cespes*, ex Festo expressas esse patet. *truncus*] boni codd. Lind. *truncatus est* vg. 3. *Catulinam*] de eadem re Plin. N. H. XXIX, 4, 14. §. 58. *Saturione*] v. Bothe Plauti fragm. Sat. 1. p. 440. 4. *Catax*] v. Lucilius ap. Nonium p. 25, 18. Isidori Glossae: *Catax, claudus, coxus* (*coxo* habet Nonius). 5. *Caecultare*] plura de hoc voc. Paulus p. 47. 6. *Caesariati*] voc. Plautinum, Mil. glor. III, 1, 171. Placidus p. 448.: *Caesariati, comati a caesarie dicti.* 7. *Catularia*] cf. Festus Qu. XIII, 21. p. 93, 30. v. rutilae canes. 9. *καίνειν*] A. Aug. in mg. Lind. *kethin* boni libri. *κτείνειν* vg. *significet*] Lind. cum Gu. *significat* vg. *interficere*] ed. vet. Ald. vg. *caedere* Lind. sine lect. var. 10. *Caenina*] A. Aug. in mg. *Cenina* Gu. vg. Lind. *Cenum* M. *Καινίνη* Graeci. *Caenite*] A. Aug. in mg. *Cenite* cett. 11. *genus quoddam*] M. vg. *quoddam genus* Lind. cum Gu. Cf. Lucilius ap. Nonium p. 36, 25. v. collare, et Plautus apud eundem p. 199, 11. v. catellae. *qui*] *quod* M. *canis*] apud Plautum Casin. II, 6, 37. 12. *genus quoddam ornatus*] id putant interpretes *cestum* (*κεστόν*), non *caestum* dictum esse, sed quid prohibebat, quominus etiam caestus nomen ad ornatum muliebrem transferretur, ut multa? *ornatus mulierum*] Lind. e bonis codd. *muliebris orn.* vg. 13. *Caeditiae*] diligenter de Caedicio campo et his tabernis I. Furlanetto in Lex. Forcell. *a*] M. vg. om. Gu. Lind., 14. *Cavillatio*] cf. Cic. de Or. II, 54, 218. Paulus p. 36. v. cavillum. Non a cavendo, ut vult Scal., dicta est, sed a calvendo (v. Festus Qu. XIV, 17. p. 121, 6. v. struere), pro calvillatione, fuga lambdacismi. 15. *aqua Petronia*] de hac Festus Qu. XII, 20. p. 60, 12. Ex Festo fluxisse apparet etiam ea, quae Placidus p. 450. apud Maium: *Catialis collis, nunc lacus Fundani* (ita A. Maius, sed IV codd. *funditus*), *est dictus a Catio loco. cuiusdam fuerit*] *fuerit cuiusdam* Lind. ex uno Gu. 16. *Cacula servus militis*] totidem verbis Glossar. Labb.: *Cacula, δοῦλος στρατιωτῶν.* Placidus in Glossis, ap. Maium p. 446.: *Caculae, lixae aut servi militum.* *Plautus*] in Trinumo III, 2, 198. *autem*] om. M. *κᾶλον*] vg. (videl. *κάλον*). *calin* boni codd. *calon* ed. pr. Aliter Paulus infra p. 123. v. procalare. 17. *sint*] *sunt* Lind. ex uno Gu. 18. *canales*] cf. Plautus in Curcul. IV, 1, 15. 19. *Cana*] *κανᾶ*. Cf. Varro de L. L. V. §. 120. V. etiam Paulus infra p. 49. v. canifera.

Canicae furfures de farre a cibo canum vocatae.
Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli; ex quo genere sunt calces, qui per diminutionem appellantur calculi.
Canentas capitis ornamenta.
(36) 5 Canta pro cantata ponebant.
Caudicariae naves ex tabulis grossioribus factae.
Candelabrum dictum, quod in eo candelae figantur.
Cantherius hoc distat ab equo, quod maialis a verre, capo a gallo, berbix ab ariete. Est enim cantherius equus, cui testiculi amputantur.
10 Cavillum cavillatio, id est irrisio.
Caudecae cistellae ex iunco, a similitudine equinae caudae factae.
Caulae a cavo dictae. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.
Cavum a chao dictum et eius inanitate.
Caculatum servitium.
15 Calones calcei ex ligno facti.
Calcendix genus conchae.
Calpar genus vasis fictilis.
Calces ampullae plumbeae.
Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, et quibus ob virtutes milites donabantur.

1. *Canicae*] voc. utitur Lucilius apud Nonium p. 88, 16. 2. *Cancri*] hoc significatu afferuntur a Scal. ex Appuleio (Met. VI. p. 176, 26. ed. Elmenh. p. 396. ed. Oud.). Placidus, p. 449.: *Cancros, calcellos.* Scribe *cancellos.* *calces*] intellige calculos lusorios, quos Plautum et Lucilium nomine primitivo *calces* dixisse constat. 4. *Canentas*] *Canentes* M., voc. aliunde non cognitum. 5. *canta*] et *cantata*] Dac. mutat in *cante* et *cantate*, ut explicetur idem versus Saliaris, qui legitur apud Varronem de L. L. VII. §. 27. Sed temere; quando et hoc satis memorabile erat, quod antiquiores participio *cantus* usi erant, cuius loco posthaec *cantatus* invaluit. 6. *Caudicariae naves*] plura de his ex Varrone de Vita P. R. et Sallustio Nonius p. 535, 13. v. Codicariae. *ex*] *e* M. *grossioribus*] boni codd., et ita Paulus saltem scripsit, etiamsi Festum *crassioribus* posuisse haud negaverim, ut legitur vg. et apud Lind. 7. *Candelabrum*] cf. p. 33. v. cicindela. 8. *Cantherius*] cf. Varro de R. R. II, 7. ex. *quod*] *quo* solus cod. Lipsiensis, qui correctus est. *capo*] boni codd. *capus* vg. Utrumque dictum esse constat. *berbix*] M. *berbex* Gu. *vervex* vg. Lind. Illud Paulum hoc quidem loco scripsisse arbitror. In Glossariis habetur: verbex, verbix, berbix. Cf. annot. ad p. 4. v. ambegni. 10. *Cavillum*] cf. p. 35. v. cavillatio. Placidus p. 449. apud Maium: *Cavilla, cavillatio.* 11. *Caudecae*] codd. *Caudicae* vg. *Caudeae* corr. Scal., atque in Plauti certe Rudente IV, 4, 65.: *cistellam caudeam*, legitur. Goth. e Glossis manuscriptis haec profert: *Caudia uinceum, quod vinciam caudae emargat*, quae valde corrupta sunt. In Placido haec sunt p. 447. ed. Mai.: *Caudeam vinceam, quasi vinceam caudae, et seirpum dicunt et tibin* (sic). 12. *Caulae*] de eodem voc. Varro de L. L. V. §. 20. Servius in Virgil. Aen. IX, 60. Glossae Labb.: *Caula*, ἔπαυλις. *Caulae*, περίβολοι, μάνδραι. Aliud plane est voc., quod Dac. huc trahit: *Caules, cancelli tribunalis, ubi sunt advocati*; ita enim singulos cancellorum scapos dictos esse apparet. 13. *Cavum*] v. p. 31. v. cohum, cum annot. 14. *Caculatum*] v. p. 35. v. cacula. Hunc articulum om. codd. praeter Gu. 15. *Calones*] disertius de eo genere calceorum Isidorus Origg. XIX, 34, 6.: *Calones quidam appellant tragoedorum cothurnos, eo quod ex salice fierent: nam Graeci, ut diximus, ligna κᾶλα vocabant.* Cf. quae p. 47. de calonibus servis dicta sunt. 16. *Calcendix*] Guelferbytanus alter, Ald., A. Aug. in mg., quos propter literarum rationem secutus sum. *Clacendix* boni codd. vg. Lind. Glossae Isidori: *Clacindex, concha. Claxendix* habet Priscianus V. p. 655. P., idque e Plauti Vidularia affert: sed reperitur in libris ms. etiam *clasendix, classendix, clascendix.* V. Krehl. T. I. p. 191. Videtur esse Graecum κάλχη. 17. *Calpar*] cf. Paulus p. 50. v. calpar, ubi vinum primum e dolio libatum intelligitur. Utrumque significatum observat etiam Varro de Vita P. R. apud Nonium p. 546, 32. Etiam hoc

Calix, quod in eo calidum bibitur.
Calpurni a Calpo, Numae regis filio, sunt oriundi.
Callim antiqui dicebant pro clam, ut nis pro nobis, sam pro suam, im pro eum.
Calicata aedificia calce polita.
Caliptra genus est vestimenti, quo capita operiebant. 5
Calathos Graeci, nos dicimus quasillos.
Caduceatores legati pacem petentes. Cato: "Caduceatori", inquit, "nemo homo nocet."
Carinantes probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars navis; sic illi sortis infimae.
Cadmea terra, quae in aes coicitur, ut fiat orichalcum.
Casa a cavatione dicta. 10
Cascum antiquum.
Casnar senex Oscorum lingua.

voc. a Graecis *κάλπη*, *κάλπις* ductum putant. 19. *Calbeos*] *Galbeos* dictos fuisse, censet Scal.: et constat, Verrium multa vocc. notasse, in quibus etiam post inventam literam G. antiquior scribendi consuetudo duraverit. V. annot. ad p. 20. v. acetare. Veruntamen, quod p. 71. Paulus memorat: *Galbeum ornamenti genus*, et Festus Qu. XIII, 1. p. 73, 3. e Catone *galbeos*, incertum est, num ad hoc armillarum genus spectet. Ex Festo sua sumpserunt Placidus p. 446. apud Maium: *Calbae, armillae quibus milites ob virtutem donantur*, et Glossar. Labb.: *Calbae, κόσμια*.

1. *Calix*] haec Verrius ex Varrone de L. L. V. §. 127. Quae vg. adduntur: *vel a Graeco κίλιξ*, desunt a bonis codd. 2. *a Calpo*] de hoc Plutarch. in Num. 2. Lucan. (Saleius Bassus) in Panegyr. in Pisonem 15. Schol. Cruquii in Horat. A. P. 292., quos Scal. et Dac. afferunt. 3. *Callim*] boni codd. *Calim* ed. pr. Ald. vg. Lind. cum cod. Lipsiensi. *Calam* Guelferbytanus alter. Religioni duxi, in voc. aliunde non cognito codd. fidem contemnere: praesertim cum nulla ratio cogat, ut liquidam geminari potuisse negemus. Certe hac antiquiori voc. *clam* forma cognita satis refellitur mirifica eiusdem explicatio p. 50. v. clam. Corrige hinc Placidum, qui p. 450. ap. Maium: *Clade, clam vel occulte.* *nis pro nobis*] forma alibi non reperta, sed analogiae non contraria. *sam*] v. Festus Qu. XIV, 29. p. 133, 17. v. sas, et cf. idem Qu. XIV, 4. p. 108, 2. v. sum, Qu. XIV, 5. p. 109, 11. v. sos, et Qu. XIV, 29. p. 133, 28. v. sapsa. In omnibus his locis explicandis iuvabit observasse, in lingua Latina, sicut in Graeca duo distinguenda esse pronomina, alterum pronomen reflexivum tertiae personae, ductum a radice *ΣF*, quod plene enunciatur *ΣFOΣ* sive (propter legem quandam euphonicam) *σφός* et *σφέος*, et in lingua Latina *suus*, elisa autem in Latina vocali U, ac mutata in Graeca sibilante litera in spiritum asperum, *ὅς* (*FOΣ*) et SUS: alterum pronomen demonstrativum, cuius integra forma fuit *ΣΟΣ*, SUS, quod in Graeca lingua abiit in nominativum casum articuli, *ὁ*, *ἡ*, *οἱ*, *αἱ*, et in Latina post Ennii tempora plane obsolevit. Quod Lind. in Comment. p. 670. censet, *suis*, *suas* scribendum et ut monosyllabon pronunciandum esse, ubi pronomen sit reflexivum, refelli videtur eo, quod etiam in Latinis *se*, *sibi*, ut in Graecis *ἕ*, *οἷ*, *ἑός*, *ὅς* apud Iones et Atticos, omnis literae U vis periit. *im*] cf. Paulus p. 77. v. im. 4. *Calicata*] cf. p. 45. v. calicatis, et 57. v. decalicatum. Titulus Aletrinatium, in quo *basilicam calecandam* scriptum esse memorat Scal., extat apud Gruterum p. 171, 8. Orellium n. 3892. 5. *Caliptra*] boni codd., ut vg. *Calyptra* Ald. Lind. Praetulissem *Caluptra*, si e codd. allatum fuisset. *est*] om. M. 6. *Calathos*] cf. Festus Qu. XV, 26. p. 158, 28. v. Talassionem. 7. *Cato*] in incerto libro. Lion. Caton. p. 86. 8. *Carinantes*] luculentius de eo voc. Servius in Virgil. Aen. VIII, 361. p. 476. ed. Lion., quem Scal. e schedis Danielis adhibuit. Cf. Glossae Isidori: *Carinantes, inludentes*, Placidi p. 451.: *Carinator, maledicus, conviciator*, et Glossaria Labb.: *Carinari, χαριεντίζεσθαι*. Quod Graecum voc. fortasse originem Latini verbi multo melius reddit, quam Verrii veriloquium. Nam verbum carinari facillime a nomine Carini i. e. *Χαρίνου* ducitur, quo scurras quosdam vel ioculatores in comicis Doriensium fabulis, quales in Magna Graecia in scena agebantur, appellatum esse ostendi in libris de Doriensibus IV, 7, 3. T. II. p. 357. 9. *coicitur*] M., quem secutus sum. *coniicitur* Gu. vg. Lind. *orichalcum*] *ericalcum* M. Cf. supra p. 8. v. aurichalcum. 11. *Cascum*] cf. Varro de L. L. VII. §. 28. 12. *Casnar*] de hoc voc. Osco Varro de L. L. VII. §. 29. Nonius p. 86, 20. v. Carnales (ubi facile est corrigere *Casnares*, sed scrupulum iniiciunt, quae Meursius in crit. P. I. ad Epidic. c. 1. et nuper Guilelmus Freund in Lex. Latino Exerc. T. I. p. 683. disputarunt). Placidi Glossae p. 446.: *Casiuar, senex*. et p. 450.: *Casnari, seni, Oscorum lingua*.

Cassiculum reticulum a cassibus per diminutionem dictum.
Caseus a coeundo dictus.
(37) Cassilam antiqui pro casside ponebant.
Cassabundus crebro cadens.
5 Casaria, quae custodit casam.
Cassia via a Cassio strata.
Caput ex Graeco dictum, quod illi interdum κάρα † dicunt.
Caperatum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.
Capis poculi genus, dictum a capiendo.
10 Capsae a Graeco appellantur; has illi κάμπτρας dicunt.
Capital facinus, quod capitis poena luitur.
Capronae equorum iubae in frontem devexae, dictae quasi a capite pronae.
Capidulum genus vestimenti, quo caput tegebatur.
Caprae dictae, quod omne virgultum carpant, sive a crepitu crurum. Unde et crepas eas prisci dixerunt.
15 Cuppes et cuppedia antiqui lautiores cibos nominabant; inde et macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta, vel, sicut Varro ait, quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus.
Caprunculum vas fictile.
Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur; sive illi, qui rei frumentariae agrisve dividendis praepositi sunt.

1. *Cassiculum*] Isidori Glossae: *Cassiculum, rete, iaculum* (corr.: *reticulum*). Gloss. Labb.: *Cassiculus, ἄρκυον.* Paulus accusativum pro nominativo habuit, ut saepe. V. ann. ad p. 8. v. alveolum, p. 33. v. cilium, et infra p. 37. Curtilacum, p. 38. cuniculum, p. 40. e Choenica. 2. *Caseus*] alia, non meliora, Varro de L. L. V. §. 108. VI. §. 43. 3. *Cassilam*] *Cassidam* corr. Dac., et sic multos, ait, vidisse legendum. At *cassida* pro casside a poetis Augustei aevi ponitur. 4. *Cassabundus*] boni codd. vg. *Casabundus* Lind. e cod. Lipsiensi, libro sublestae fidei. *Cassabundus* etiam Varro de L. L. VII. §. 53. e Naevio profert, et constat, etiam Ciceronis temporibus S in voc. *cassus* geminari solitum esse. Placidus in Glossis p. 447.: *Crassabundum, dubitantem, titubantem*, et p. 450. iterum: *Crassabundo, titubanti.* 6. *Cassia via*] v. de hac Mannert. Geogr. T. IX, I. p. 388. 7. *κάρα*] vg. *Karatenphi* boni codd. Lind. in Comment. legendum esse coni. *κάρα vel κεφαλή* (scriptum *κεφι*), quae non concinunt cum adverbio *interdum.* 8. *Caperatum*] cf. Varro de L. L. VII. §. 107. Nonius p. 8. v. caperare. Placidus p. 450.: *Caperrassere, inrugare, contrahi.* 9. *Capis*] ab eodem verbo deducitur a Varrone de L. L. V. §. 121. cf. idem de Vita P. R. apud Nonium p. 547, 15. v. armillum. 10. *κάμπτρας*] vg. *camptras* Gu. *camptra* M. *κάμψας* legi vult Dac., quod Hesychius *Κάμψα, θήκη*, et *Καμψία, καυᾶ, καυίσκια.* At constat, a verbo *κάπτειν* etiam *κάπτρα* sive *κάμπτρα* ductum esse. Glossar. Labb.: *Campsa, κάμπτρα*, et: *Capsa, κάμπτρια.* 11. *Capital*] cf. Nonius p. 38, 14. v. capital. 12. *Capronae*] idem etymon proponitur a Nonio p. 22, 4. cf. Paulus p. 15. v. antiae, cum annotatis. Placidus p. 448.: *Capronas, iubas equorum.* 13. *Capidulum*] Placidus p. 446.: *Capedulum, vestimentum capitis.* 14. *Caprae . . carpant*] item Varro de L. L. V. §. 97. de R. R. II, 3. Ex Festo profecit Isidor. Origg. XII, 1, 15.: *Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt. Alii quod captent aspera. Nonnulli a crepitu crurum, unde eas crepas vocitatas.* *omne*] *omnem* M., ut videtur. 15. *Cuppes*] Gu. Lind. *Cupes* M. vg. item *cuppedia*] Gu. Lind. *cupedia* M. vg. *Cuppedinis forum* habet etiam in Varron. de L. L. V. §. 146. Florentinus codex, quod vellem reposuissem. Cf. Nonius p. 85, 7. v. cuppedia. Glossae Isidori: *Cuppes, fastidiosus, cupidus.* In Glossario Labb., ubi legitur: *Cupidus, κυπιδός*, Scal. corr.: *Cupedius*: sed nomen Cupedius nullo exemplo confirmavit. *macellum forum cupedinis*] M. vg. *mac. et forum cup.* Gu. Lind.: non recte, nam Varro de L. L. V. §. 147. clare ostendit, forum cupedinis, et piscarium, et olitorium, postquam in unum locum contracta essent, dicta esse macellum. 16. *Varro*] cf. annot. ad Varron. de L. L. V. §. 146. 18. *Caprunculum*] vox alias non testata, et dubitatione non exempta. *Capunculum* coni. Vossius in Etymol., voc. male tornato. *Capedunculum, vel potius Capeduncula* (nam *capis* et *capedo* feminina sunt) corr. Goth. 19. *agrisve dividendis*] codd. *agr. di-*

Curia locus est, ubi publicas curas gerebant. **Calabra curia** dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur, in quibus uniuscuiusque partis populi Romani quid geritur, quales sunt hae, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta, quibus postea additae sunt quinque, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret feriasque observaret, iisque curiis singulis nomina Curiarum virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt. 5

Curriculo pro cursim ponebant. Plautus: "Licet", inquit, "vos abire curriculo."

Curriculus diminutivum est a curru.

Curtilacum appellatur a Curtio, qui eo loco in profundissimum se ob salutem Romani populi proiecit hiatum.

Curionium aes dicebatur, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.

Curis est Sabine hasta. Unde Romulus **Quirinus**, quia eam ferebat, est dictus; et Romani a Quirino **Quirites** 10 dicuntur. Quidam eum dictum putant a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum. (38)

Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant.

Curiales eiusdem curiae, ut tribules et municipes.

Curules equi quadrigales.

Curiata comitia a curiis sunt appellata. 15

Centurionus antea, qui nunc centurio, et **curionus** et **decurionus** dicebantur.

Currules magistratus appellati sunt, quia curru vehebantur.

Curia Tifata* a Curio dicta, quia eo loco domum habuerat.

vidundis Lind. ex sola ed. pr. De hoc curatorum genere cf. Cicero Agr. II, 7, 17.

1. *Curia*] idem etymon proponitur a Varrone de L. L. V. §. 155. et de Vita P. R. apud Nonium p. 57, 2. *Calabra*] vg. *Culabra* boni codd.; etiam ii, quos Barth. Advers. XL, 20. adhibet. Cf. de hac Varro de L. L. V. §. 13. VI. §. 27. Macrob. Sat. I, 15. Servius in Virgil. Aen. VIII, 654. Glossar. Labb.: *Calebra*, ἵππων βουλή, ubi Dac. corr.: *Calabra*, ἱερῶν βουλή. Praetulerim ἱερίων β. 2. *geritur*] *digeritur* mg. A. Aug., quod Dac. quosdam libros habere dicit: aperte mendax. 3. *quibus postea additae sunt quinque*] haec a Paulo imperite esse inculcata, monuerunt A. Aug. Scal. Commutavit scilicet inter se curias et tribus, eodem errore, quem etiam infra p. 42. v. centumviralia commisit, et quem in Pseudo-Asconio in Verr. (Act. II. L. I. §. 14. p. 159. ed. Orelli) observavit Urs. Nam et hic, quae de curiis tradebantur, appellatas eas esse de nominibus Sabinarum virginum, transtulit in tribus. 4. *feriasque observaret*] cf. Festus Qu. XIV, 22. p. 126, 12. v. stultorum feriae. *iisque*] *hisque* M. Festus scripserat: *isque*. *Curiarum virginum*] "Legendum *Curium* aut *Curetium Virginum*, vel, si mavis, *Curiensium*." Scal. Recte sine dubio: sed Paulus ipse hoc adiectivum *Curiarum* a nomine Curium duxisse videtur. Cf. Liv. I, 13. 5. *rapuerunt*] M. vg. *rapuerant* Gu. Lind.: minus apte. Ex aliis Verrii libris, quam his de significatione verborum, ducta esse apparet, quae Gellius N. A. XVIII, 7, 5. profert: *tribus quoque et curias* (sic corrigitur, quod in codd. est: *decurias*) *dici et pro loco et pro iure et pro hominibus*. 6. *Curriculo*] adverbium a Plauto saepe positum. Glossar. Labb.: *Curriculo*, δρομαίως. Placidus p. 450. apud Maium: *Curriculo, cursu veloci*. *Plautus*] in incerta fabula. v. Bothe fragm. inc. 8. p. 444. 7. *Curriculus*] cf. Nonius p. 263, 2. 8. *Curtilacum*] reddidi, ut in bonis libris et apud Lind. est. *Curtii locus* vg. In Festo apparet scriptum fuisse: *Curti* (i. e. Curtii) *lacum appellarunt* vel similiter, ac Paulum vitio supra iam notato (v. annot. ad p. 36. v. cassiculum) accusativum pro nominativo habuisse. De Curtio lacu v. imprimis Varro de L. L. V. §. 148. *eo*] *in eo* M. 9. *Curionium*] cf. p. 47. v. curionia sacra. 10. *Curis*] de eodem voc. Paulus p. 48. v. coelibari hasta, Festus Qu. XII, 23. p. 63, 15. v. Quirinus, et 27. v. Quiritis Iuno. *quia*] *qui* M. 12. *Curitim*] ed. vet. Ald. vg. *Curitin* Lind., nescio unde. Cf. Paulus p. 48. et Festus Qu. XII, 23, p. 63, 25. De Iunone Quiriti sive Curiti pluribus dixi Etrusc. rer. III, 3, 1. T. II. p. 45 sq. 13. *Curiales*] Glossar. Labb.: *Curiales*, φυλέται. *Curialis vernula*, in quo Scal. laborat, e Terentii Phormione (V, 6, 10.) iam evanuit. 15. *sunt*] om. vg. Lind. addidit e bonis codd. 16. *Centurionus*] Verrium apparet huic articulo praefixisse nomen *Curioni*. Nam inde a voc. Curatores p. 37. usque ad voc. cutis p. 39. omnia primas habent literas *Cu*. 17. *Currules*] boni codd. Lind. *Curules* vg. Servavi illud, quanquam consuetudini omnium scriptorum contrarium, quod Verrius propter etymologicam rationem eam formam finxisse potest. 18. *Curia Tifata*] *Curiatifana* boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *Curii fana* vg. "*Forsan*

Cura dicta est, quasi cor edat, vel quia cor urat.

Cum imperio est dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium. Cum potestate est dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur*.

Cuniculum, id est foramen sub terra occultum, aut ab animali, quod simile est lepori, appellatur, cui subterfossa
5 terra latere est solitum, aut a cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant fidentes.

Clunaclum cultrum sanguinarium dictum, vel quia clunes hostiarum dividit, vel quia ad clunes dependet.

Cumerum vas nuptiale a similitudine cumerarum, quae fiunt palmeae vel sparteae ad usum popularem, sic appellatum.

Culcita, quod tomento inculcatur, appellata.

Culticula fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur.

10 Cumalter significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut sodes pro si audes, scilicet pro scias licet,
(39) sis pro si vis.

Culliola cortices nucum viridium dicta a similitudine culleorum, quibus vinum sive oleum continetur.

Cussilirem pro ignavo dicebant antiqui.

Cum populo agere, hoc est populum ad concilium aut comitia vocare.

15 Cuncti significat quidem omnes, sed coniuncti et congregati, at vero omnes etiam si diversis locis sint.

Cunire est stercus facere, unde et inquinare.

Curii tifata" Dac. At certum habemus, scribendum esse *Curia Tifata*, comparato inferiori Pauli loco p. 156.: *Tifata iliceta. Romae autem Tifata Curia.* Cf. etiam p. 96. v. Mancini tifata. *Curio*] *Curiatio* A. Aug. in mg., coniectura ducta e prava lectione *Curiati fana.* *dicta*] *dicta est* Gu.

1. *cor urat*] non aliter Varro de L. L. VI. §. 46. 2. *Cum imperio est*] coniunxi haec cum iis quae secuntur, cum Verrium id ipsum egisse appareat, ut imperium a potestate distingueret. Imperium autem militare tantum dici, male opinatur Dac. *est*] post *imperio* et *potestate* boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *esse* vg. 3. *praeficiebatur*] vg. Lind. *praeferebatur* codd., quod ferri nequit. 4. *Cuniculum*] denuo Paulus in eo peccavit, quod accusativum pro nominativo habuit. V. annot. ad p. 36. v. cassiculum. *aut ab animali*] contrariam rationem iniit Varro de R. R. III, 12. 5. *intrant*] *intrent* Lind. e solo Gu. 6. *Clunaclum*] M. vg. *Clunaculum* Gu. Lind. *Clunadum*, in ed. princ. ortum est e lectione *Clunaclum*: quam voc. formam Verrium ex antiquiori aliquo scriptore sumpsisse apparet. *Clunabulum* corrupte dicitur ab Isidoro Origg. XVIII, 6, 6. *sanguinarium*] *sane victimarium* coni. Scal., illata particula plane otiosa, quam frustra tueri conatur comparatis Pauli verbis p. 2. v. Aerarii: *Aerarium sane P. R. in aede Saturni habuit.* Nam illa verba apud Festum a proxima sententia pendebant. Et cultrum sanguinarium ipse Scal. recte interpretatur σφαγία. *vel quia . . . dependet*] M. (nisi quod *dependit* habet), ut vg. *vel quia ad clunes dependet, vel quia clunes hostiarum dividit* Gu. Lind. 7. *Cumerum*] cf. Varro de L. L. VII. §. 34., qui et ipse id vasculum nuptiale *cumerum* appellat; *cumeram* dicit Paulus infra p. 48. *cumerarum*] de his vasis viminceis, in quibus frumenta condebantur, v. Acro in Horat. Serm. I, 1, 52. 8. *Culcita*] idem etymon proposuit Varro de L. L. V. §. 167. Cf. Nonius p. 86, 4. 542, 19. 9. *Culticula*] M. vg. *Culcitula* cett. codd. mg. A. Aug. Illud praetulerunt Vossius in Etymologico et Forcellinius in Lexico. Nec tamen est deminutivum voc. culter, ut putat Vossius, quasi esset cultriculus, sed utrumque ductum ab eodem verbo cello, ut subligaculum et subligar a ligando. *fusticulus*] *fasciculus* Guelferbytanus alter, et liber antiquus, a Dac. laudatus, qui et ipse eam lectionem praefert. Sed *culcitula* non magis fasciculus ligneus, quam fusticulus dici poterat. 10. *cum altero*] codd. *cum aliter* mg. A. Aug., coniectura plane supervacanea. *sodes*] haec contractorum vocabulorum exempla: *sodes*, *sis*, *scilicet*, et praeterea: *illico*, *equidem*, a Verrio pluribus locis composita esse, apparet collatis v. sodes, Qu. XIV, 2. p. 106, 31. Qu. XV, 17. p. 149, 17. v. sultis. 12. *Culliola*] codd., ut videtur, omnes, ut Lind. *Culiola* vg. In Glossariis Labb. est: *Gullnea*, χαριοτομία (χαριοτομία), et *Gutillioneae*, χάρια (χάρνα) μαχαὶ, παρὰ Λουκιλλίῳ. Vulcatius corr. *Gulliocae*. Non dubito, quin haec ad idem voc. spectent. *culleorum*] boni codd. Lind. *culeorum* vg. 13. *Cussilirem*] veriloquium Scal. excogitavit, a cossim lirando: festivius, puto, quam verius. C. Barth. autem hariolatur, ut ipse confitetur, cum e lectione libri sui: *Cussilirem pro ignaro*, haec efficit: *Consili reum pro ignaro.* 15. *Cuncti*] cf. imprimis Servius in Virgil. Aen. I, 522. 16. *Cunire*] cf. p. 10. v. ancunulentae.

Cuturnium vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur.

Culigna vas potorium. Cato: "Culignam", inquit, "in feno Graeco ponit, ut bene oleat."

Coctiones† dicti videntur a cunctatione, quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad iusti pretii finem. Itaque apud antiquos prima syllaba per U literam scribebatur.

Custodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus custodiam. 5

Cumbam Graeci *κύμβην* appellant.

Cutis Graecam habet originem. Hanc enim illi dicunt *κύτιν*.

Cutiliae lacus appellatur, quod in eo est insula, *Κοτύλη* nominata a Graecis.

Cnephosum antiqui dicebant tenebricosum. Graeci enim *κνέφας* appellant obscurum.

Cymbium poculi genus a similitudine navis, quae *κυμβίς* dicitur, appellatum. 10

Calasis tunicae genus, quod Graeci *καλάσινον* dicunt. Alii dicunt nodum esse tunicae muliebris, quo connexa circa cervicem tunica summittitur.

Cyparissiae dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum.

Cybebe Mater, quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Graeci *κύβηβον* (40) dicunt. 15

1. *Cuturnium*] boni codd. *Coturnium* vg. et Lind. cum deterioribus. Illud literarum ratio postulat. Idem voc. est infra apud Paulum p. 73. gutturnium, quod legitur etiam in Glossariis Labb.: *Gutturnium*, *πρόχοος*, et *Guturnum*, *εἶδος σκεύους ὀστρακίνου* (ductum a gutta); aliud vero ac diversum: *Guturnium*, *βαθμὸς*, *προχοπή*, *ὡς Βάῤῥων*. 2. *Culigna*] V. Cato de R. R. 132. De eodem voc. Paulus iterum p. 45. *Cato*] haec Catonis verba non reperiuntur in libro de R. R.: sed constat plura Catonis praecepta de agricultura apud antiquos memorari, quam in eo libro nunc servata sunt. A. Lion. Catonian. p. 87. *feno*] boni codd. Lind. *foeno* cett. *ponit*] codd. *ponito* vg. Lind. 3. *Coctiones*] huic articulo praescriptum fuisse *Cuctio*, literarum ordo et, quae ipse Paulus memorat, ostendunt. De hoc voc. cf. Paulus p. 17. v. arillator. Coctio nonnisi hoc auctore innotuit, ceteri *cocio* habent. V. Gellius N. A. XVI, 7. Glossae Isidori: *Cocio*, *arilator*. Glossarium Labb.: *Cocio*, *μετάβολος*, *μεταπράτης*. *μεταβολή*. *Cociator*, *μετάβολος*. *Cocionatura* (ita cod. ms.), *μετάπρασις*. *Cociatria* (*Cociatrina* corr. Scal. Vulcatius) *μεταβλητική*. Apud provinciales medii aevi inde fiebat *cussó*. V. Diez in Gramm. Roman. lingu. I. p. 12. 6. *Cumbam*] boni codd. *Cymbam* vg. Lind. Illud scripsisse Festum, etiam literarum ordo arguit. Cf. paulo inferius v. cymbium, et Nonius p. 535, 30. 7. *κύτιν*] Lind. *kytin* boni codd. *κύτος* vg. Illud quanquam in Graecis scriptoribus non reperitur (nam aliud est *κυτίς*, deminutivum voc. ductum a *κύτος*), credibile est, a Verrio e dialecto quadam Graecae linguae erutum esse. 8. *Cutiliae*] scripsi cum A. Aug. *Cutille* boni libri, ut videtur. *Cutillie* Ald. *Cotiliae* vg. Latina quae sit voc. forma, ostendunt Varro de L. L. V. §. 71. et alii. *Κοτύλη*] Lind. *Cotili* boni codd. *Cotilia* vg. V. imprimis Dionys. Hal. I, 19. 9. *Cnephosum*] Ursini liber *Cnephonsum*, quod nescio an a consuetudine vetustatis abhorreat. Cf. p. 71. v. gnephosum. *κνέφας* vg. Lind. *knepas* Gu. De M. non constat. 10. *Cymbium*] cf. imprimis Athen. XI. p. 481. Nonius p. 545, 26. *κυμβίς*] scripsi, bonos codd. presse secutus, in quibus est *cymbis* (Gu.) et *cimbis* (M.). *cymba* vg. *κύμβος* Lind. At meliori iure, opinor, fingere licebit, cymbam naviculam deminutivo nomine *κυμβίδα* dictam esse, quam *κύμβον*. 11. *Calasis*] codd. vg. Lind. *Calassis* Ald. Vestimentum alias incognitum. Verisimile tamen, intelligi Aegyptiorum calasiridas. Certe nodus ille tunicae muliebris in signis Isidos sacerdotumque Isiacarum conspicuus est. Quanquam quod Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 47. ponit, voc. *calassis* e *καλάσιρις* eadem assimilatione factum esse, ut *esse* ex *esere*, difficultatem habet: nam *esse* non ex *esere*, sed e syllabis ES et SE, nulla auxiliaria litera interposita, formatum est. *καλάσινον*] Lind. *calasinon* boni codd. *καλάσιριν* vg., ex manifesta correctione. *χάλασιν* coni. Scal. 13. *Cyparissiae*] M., ut videtur, sicut vg. *Cyparissae* Gu. Lind. Et sic infra p. 49. ex codd. fide legitur. At Seneca Natur. Quaest. I, 15. id genus caelestium ignium *cyparissias* dicit, et Verrius alio loco aliam voc. formam explicare potuit. V. Praef. II, 2. 14. *Cybebe*] Boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *Cybele* vg. Cf. Hesych. v. *Κυβήβη*. *κύβηβον*] corr. Dac., quem sequitur Lind. *cibibon* boni codd. *κίβιβον* vg. *βέβηλον*, *κυβήβειν*, *κύβικος* mg. A. Aug. Si Paulus Festi verba diligenter reddidisset, desideraretur verbum, quale est apud Hesychium et Photium: *Κυβηβᾷ*, *θεοφορεῖται*, *κορυβαντιᾷ*. Facilius tamen ad credendum est, Festum haec fere scripsisse: *quales homines Graeci κυβήβους dicunt*, eaque a Paulo sic corrupta esse, ut in contexta oratione leguntur.

Cybele vero eadem dicta a loco, qui est in Phrygia.

Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, quum in mari esset concepta.

Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent κυλλοί vocantur, ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum, quod in Cyllenia via sit nutritus. Alii, quod in monte Arcadiae Cyllene. Alii, quod a Cyllene sit nympha educatus.

Cypria Venus, quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum, vel quia parientibus praesideat, quod Graece κύειν parere sit.

Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus.

Chalcidicum genus aedificii ab urbe Chalcidica dictum.

Choragium instrumentum scenarum.

Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem, hiantem patentemque in profundum. Ex eo et χάσκειν Graeci, et nos hiare dicimus. Unde Ianus detracta aspiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus; cui primo supplicabant veluti parenti, et a quo rerum omnium factum putabant initium.

Choenica mensurae genus.

Cybium dictum, quia eius medium aeque patet in omnes partes, quod genus a geometricis κύβος dicitur. Unde etiam tessellae quadratae κύβοι. Hinc et cybios genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.

Cnasonas acus, quibus mulieres caput scalpunt.

Creperum dubium, unde increpitare dicimus, quia maledicta fere incerta et dubia sunt.

Crepitulum ornamentum capitis; id enim in capitis motu crepitum facit.

Crocotillum valde exile. Plautus: "Extortis talis cum crocotillis crusculis."

(41)

1. *a loco*] v. maxime Marm. Parium. ep. 10. et Boeckh. Corp. Inscr. Graec. T. II. p. 313. 3. *sermo*] qui allegorica antiquorum interpretatione pro Mercurio ponitur. Frustra igitur C. Barth. Advers. XLI, 1. libri sui lectionem *sermone* extollit. κυλλοί] vg. Lind. *killoi* boni codd. Cf. Eustath. in Homer. Il. III, 184. p. 403. ed. Rom. 4. *quadratum*] τετράγωνον ἐργασίαν dicebant Graeci. *Cyllenia via*] ea videtur dicta esse, qua in summum Cyllenes montis cacumen adscendebatur. *Cyllene vico* vel *Cyllenio vico* coni. Dac. 6. 7. *vel quia . . . parere sit*] eundem lusum etymologicum memorat Eustath. in Homer. Il. VIII, 362. p. 1600. ed. Rom. 9. *Chalcidicum*] v. imprimis Vitruv. V, 1. et tituli ap. Murator. p. 469, 1. (Orell. n. 3287.) et Becchium *del Calcidico e della Cripta di Eumachia* (Orell. n. 3291.). Isidori Glossae: *Caldicum* (corrigitur *Chalcidicum*), *foris* (i. e. *in foris*) *deambulatorium, quod et Petibulum* (alii *Peribulum*) *dicitur, et iterum* (haec obscura sunt). Alia de Chalcidico Lud. Carrio Emend. II, 17. Turneb. Advers. XVIII, 34. 10. *Choragium*] vg. *Choragum* boni codd. Lind., qui quidem et ipse *Choragium* scribendum esse, monuit. 11. *Hesiodus*] Theogon. 116. Cf. Paulus p. 31. v. cohum, p. 36. v. cavum. χάσκειν] Lind. *chaschein* M. *Ichaskein* Gu. χαίνειν vg. 12. *Ianus*] *Hianus* M. *primus*] M., ut vg. *primum* Gu. Lind. Haec de Iano doctrina Verrio peculiaris fuisse videtur. 14. *Choenica*] et hunc accusativum Paulus pro nominativo habuit. Cf. annot. ad p. 36. v. cassiculum. 15. *Cybium*] ita omnia corpora cubica ratione caesa dicta esse, Paulo vix crediderim: sed frusta tarichi in eam formam concisa ita appellabantur. V. Salmasius Exercit. Plin. p. 941. col. 2. c. *geometricis*] boni codd. Lind. *geometris* vg. κύβος] Lind. *cibos* boni codd. κύβον vg. 16. κύβοι] vg. *cyboe* boni codd. κῦβοι Lind. *cybios*] Lind. cum codd. omnibus, ut videtur. κύβιον vg. Et rectius quidem *cybium* dicitur a Varrone de L. L. V. §. 77. 17. *Cnasonas*] κνάσων, Dorice, a κνάω, ut σείσων a σείω. Glossae Isidori: *Casona, acus, qua mulier scalpit caput.* 18. *Creperum*] cf. Varro de L. L. VI. §. 5. VII. §. 77. Isidor. Origg. V. 31, 7. Nonius p. 13, 15. v. crepera res, Placidus p. 446. v. creperae, et p. 451. v. crepero, et Paulus p. 54. v. decrepitus. *increpitare*] cf. p. 79. et 85. v. increpitare. 19. *Crepitulum*] M., ut videtur, sicut vg. *Crepiculum* Gu. A. Aug. in mg. Lind. *Crepidulum* Scal. affert e Tertulliano de pallio 4. *Capidulum* scribendum fuisse coni. Dac., temere. *id*] *idem* Lind. e solo Gu., minus apte. 20. *Crocotillum*] codd. Lind. *Crocotilum* vg. *Crotilum, tenue* legendum dicit Dac.: temere, ut solet. *Plautus*] Eundem versum Festus apponit e Syro fabula Qu. XIV, 6. p. 110, 24. v. succrotilla, ubi servata sunt voce.: . . . *talis, cum sodellis cr. . . .*; itemque e Syro Qu. XV, 27. p. 159, 19. v.

Crusculum diminutivum a crure.
Crines a discretione dicti, quam Graeci κρίσιν appellant. Nam iidem eos κρινίδας vocant.
Crocatio corvorum vocis appellatio.
Crucium, quod cruciat. Unde Lucilius vinum insuave crucium dixit.
Crocotinum genus operis pistorii. 5
Crustariae tabernae a vasis potoriis crustatis dictae.
Cracentes graciles. Ennius: "Succincti gladiis media regione cracentes."
Crevi modo significat haereditatem adii: modo maior aetate vel censu sum: modo iudicavi: modo divisi. Quae omnia a duobus verbis cresco et cerno veniunt, cuius unius origo ex Graeco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere.
Creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini. 10
Craticulum a Graeco κρατευταί* deducitur.
Centuria in agris significat ducenta iugera; in re militari centum homines.
Centuriatus ager in ducena iugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.

todi, ubi integrae restant literae: . . . *tis talis, cum todillis cru.* . . . Hoc loco Pauli libri magno consensu lectionem tuentur: *Extortis talis cum crocotillis* (*crocotilis* vg.) *crusculis.* Praeterea Festus Qu. XV, 3. p. 139, 1. v. schoeniculas, post illum versum: *Diobolares, schoeniculae, miraculae*, quem constat olim in Cistellaria lectum fuisse (v. annot. ad Varron. de L. L. VII. §. 64. cum Add. p. 303.), alium continuo addit, cuius prima verba servata sunt: *Cum extritis.* . . . Eundem plenius ita affert Priscianus III, 5. p. 611. P.: *Plautus in Cistellaria: Cum extortis talis, cum todinis crusculis.* Sic Krehlius T. I. p. 125. codd. vestigia premens lectionem constituit. His inter se comparatis primum apparet eundem ferme versum lectum esse in duabus Plauti fabulis, in Cistellaria, quae nunc non integra superest, et in Syro, cuius nulla praeter hunc versum extat mentio. Formam autem eius versus patet ab antiquis criticis non eandem ab omnibus traditam esse; nam alios scripsisse *todinis* vel *todillis*, inscriptio articuli de todis coniuncta cum Prisciani libris dubitare non sinit; alios autem in libris habuisse: *crocotillis*, Pauli libri et litera C huic articulo praefixa demonstrant. Eodemque digitum intendunt, quae a Verrio in explicando voc. succrotilla disputata esse videntur. Nam si coniecturam facere licet, quale fuerit Verrianae illius disputationis corpus, ex trunco illo, quem Festus nobis reliquit, ipse a fortuna ultrice misere truncatus: grammaticum perdoctum in explicando voc. succrotillus Plautino versu ita usum esse puto, ut doceret, eundem legi in Syro et Cistellaria, sed ab aliis in eo poni voc. *todillis*, ab aliis *crocotillis*, atque ab hoc voc. crocotillus, composito cum praepositione sub, et per syncopen contracto, factum esse succrotillum. Apud Bothium et alios versus recensetur in fragm. Cistellariae 7. p. 433.

2. *Crines*] cf. Varro de L. L. VI. §. 81., quem locum, qui in codd. sic habetur: *hinc fines capilli descripti, quod finis videtur discrimen,* post thesin propositam a Krahnero (in fine Speciminis comment. de M. T. Varronis antiquitt. rerum hum. et div.), nunc video sic esse corrigendum: *hinc* **crines**, *capilli descripti quod videtur* (i. e. conspicitur) *discrimen.* Krahnerus quidem ita: *hinc crinis capilli descripti, quod finis videtur discrimen.* Sed capillum Varro negavit (teste Charisio p. 80. P.) pluraliter dici; et *finis* glossema esse videtur ad explicandum voc. *discrimen* adiectum. κρίσιν] vg. *krisin* Gu. σίςκρισιν M. διάκρισιν mg. A. Aug. κρινίδας] vg. Lind. *krinidas* Gu. *crinisdas* M. Voc. plane incognitum, et vix recte a Paulo redditum. Scal. legendum putat: *Nam ideo eos crines vocant.* 3. *Crocatio*] *Crocitio* corr. Dac.: ac certe alii corvos *crocire* dicunt. V. Nonius p. 45, 18. 4. *Crucium*] Lucilius inc. 94. p. 12. apud Franciscum Dousa. 6. *Crustariae*] ipsi artifices, caelatorum genus, dicuntur a Plinio *crustarii.* 7. *Cracentes*] Isidori Glossae: *Cracentes, graciles.* Placidus in Glossis p. 450.: *Cracentes, graciles, tabidos.* Cf. annot. ad p. 20. v. acetare. *Ennius*] Annal. VIII, 59. apud P. Merulam. 8. *haereditatem adii*] V. Varro VI. §. 81. et quae e fontibus iuris civilis Goth. annotavit. In Glossariis Labb. quod legitur: *Cernitoque, καὶ εχειρήσατο,* correxerim: *καὶ ἐγχειρισάτω.* 9. κραίνειν] vg. Lind. *crenin* boni codd. 10. *Creterrae*] eandem voc. formam explicat Nonius p. 547, 28. *vas est*] *est vas* Lind. ex uno Gu. 11. κρατευταί] κρατευτα M., quod Lind. hac forma: κρατεύτᾳ, in contextum adscivit. *cratenta* Gu. κρατέω vg. κρατάνιον ἢ κραταίωμα mg. A. Aug. Prius verum esse affirmat Lind. in annot. Κρατευτάς et *craticulum* (in quo voc. genus offendit) nostrum esse "Rost" in aperto est. 12. *Centuria*] cf. imprimis Varro de R. R. I, 10. et de L. L. V. §. 35. Recte de eius nominis significatu Niebuhr. H. R. T. II. p. 177. annot. 329. 13. *ducena*] A. Aug. in mg. Lind. e Gu. *ducenta* vg. Item paulo inferius.

Centuriata comitia item curiata dicebantur, quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat.

Centenariae coenae dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terra nata impendebatur, id est centum assibus, qui erant breves numi ex aere.

Coena apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium: vesperna, quam nunc coenam appellamus.

5 Censionem facere dicebatur censor, quum multam equiti irrogabat.

(42) Coenacula dicuntur, ad quae scalis ascenditur.

Centumviralia iudicia a centumviris sunt dicta. Nam quum essent Romae triginta et quinque tribus, quae et curiae sunt dictae, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt: et, licet quinque amplius, quam centum, fuerint; tamen, quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti.

10 Centaurion medicamentum a Chirone centauro inventum.

Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere.

Censio hastaria dicebatur, quum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret.

Cercolopis genus simiae, quae ultimam partem caudae villosam habet.

Cerritus furiosus.

15 Cervus, quod κέρατα, id est cornua, gerat, dictus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

1. *curiata*] vg. *curiata comitia* Lind. e Gu. et deterioribus codd. *per centenas turmas*] *centurias* mg. A. Aug.: non recte puto, quanquam, quid Verrius Festusque dixerint, ex his excerptis vix aestimari potest. In annot. A. Aug. *per centurias et curias* censet scribendum esse, si superiore loco *item curiata* retineantur. Eamque lectionem, quam C. Barth. Advers. XLI, 1. et I. Fr. Gronov. Observv. IV, 1. p. 517. (p. 343. ed. Frotscher) in Basileensibus membranis (quae sublestissimae fidei sunt) esse testantur, probavit Franckius de tribuum, cur. et cent. ratione p. 120. Huschkius de Servio p. 116. annot. 16. corr.: *in ter centenas*. Quae diligentius examinanda essent, si Festum, non Paulum, eius rei auctorem haberemus. Me iudice, Scal. Paulum non immerito taxat, quod cum centuriis, ut supra cum tribubus, curias miscuerit. V. annot. ad p. 37. v. curia. 2. *Centenariae coenae*] ita appellat etiam Tertullianus Apolog. 6. *lege Licinia*] de hac plenius, quam Festi interpretes, disputant Ernestius et Baiterus in Indice legum (in Orellianis Ciceronis Opp. V. VIII. P. III. p. 274.). Non satis tamen intelligo, cur C. Beierus, cuius sententiam rettulit A. Weichert Poet. Lat. rel. p. 48., Pauli interpretationem perversam dixerit. *terra nata*] vg. *terrae natabus* Gu. *terrae nata* M., ut videtur, et sic Lind. Quod recepi, convenit verbis Ciceronis ad famil. VII, 26., quem Goth. advocavit. Gellius II, 24. et Macrobius Sat. II, 13. *nata e terra* dicunt. *impendebatur*] M. vg. *impendebantur* Gu. Lind.: neque hoc male. 4. *Coena*] *Cena* scripsit Verrius, nisi eius voc. explicationem subiunxit centenariis coenis. Illud tamen probabilius propter cenacula, quae sequuntur. De coenis et vespernis v. annot. ad Paulum p. 157. v. vesperna. 5. *Censionem*] cf. Placidus apud Maium p. 449.: *Censio, multa qua citatos, si non ponderum* (corrige *parerent*), *afficiebat censor*. Cod. Parisiensis, collatus a Dübnero (v. Welckeri et Naekii Museum Rhenan. T. III. p. 475.): *C. m. quam citatusi non pederam censor afficiebat*, in quibus nihil reconditius latere censeo. 6. *Coenacula*] v. annot. ad p. 41. v. coena. Glossar. Labb.: *Coenaculum*, ὑπερῷον. 7. *Centumviralia iudicia*] haec Pauli nuperrime commentatus est Zumptius in dissertatione Academiae Berolinensis scriptis inserta, de centumviralibus iudiciis, p. 3. 7. 7. 8. *quae et curiae sunt dictae*] hic Pauli error notatus est ad p. 37. v. curia. 9. *quo facilius nominarentur*] eandem sententiam profert Varro de R. R. II, 1. 10. *Centaurion*] disertius de eo Servius apud Burmannum in Virgil. G. IV, 269. p. 297. ed. Lion. 12. *quod hastas daret*] intelligitur e Pauli verbis, non admodum disertis, milites hoc iudicio hasta esse privatos, quod ea indigni censerentur. C. Barth. Advers. XLI, 1. coni.: *quod hasta sestaret*, i. e. semoveretur ab iis, quod ridiculum est. 13. *Cercolopis*] vg. *Corcholopis* M. *Chorcolopis* Gu., quae bonorum codd. lectio literarum ordini non convenit. *Cercalopex* A. Aug. in mg.: quae est mera divinatio, codd. non a comprobata. *Cercolips* coni. Scal., etymo a κέρκος et λίπος ducto, parum commode. Nam in Catullum 98, 3. id non sine vi et violentia inferri potest. Id tamen Lind. recepit. Cercolopis Graece, ut opinor, audiebat κερκολωπίς, a κέρκος et λώπη. 14. *Cerritus*] v. Nonius p. 44, 26. v. Cerriti et larvati, qui ea voce. rectissime interpretatur. Glossaria Labb.: *Ceritus* (scr. *Cerritus*), παφεμπαιής, παρεμφάρακτος, et: *Cererosus*, Δημητροβλήτιος. 15. *Cervus*] aliud veriloquium exponit Varro de L. L. V. §. 101. cf. 117. κέρατα] vg. Lind. *cerata* boni codd. 16. *Cereos*] de eadem re Macrob. Sat. I, 7. 11.

Celsus a Graeco *κέλλειν* dictus.

Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, a Celere, interfectore Remi, qui initio a Romulo iis praepositus fuit; qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Cermalus locus in Urbe sic nominatus.

Columnae dictae, quod culmina sustineant. 5

Cernuus calciamenti genus.

Crepidines saxa prominentia.

Cloacae a colluendo dictae.

Clunas simias a clunibus tritis dictas existimant.

Crustumina tribus a Tuscorum urbe Crustumena † dicta est. 10

Clucidatum dulce et suave dicebatur.

Cloelia familia a Clolio, Aeneae comite, est appellata.

Clumae folliculi hordei. (43)

Clutum Graeci *κλυτόν* dicunt. Unde accepta praepositione fit inclitus. In enim saepe augendi causa adicimus *, ut invocavit, inclamavit. 15

1. *Celsus*] cf. Doederlein. Etym. et Synon. T. II. p. 93. *κέλλειν*] corr. Lind. *kellin* M. *kelin* Gu. *κέλης* vg. 2. *Celeres*] consentiunt Dionys. Hal. II, 13. Plinius N. H. XXXIII, 9. Cf. imprimis Paternus in Tacticis apud Ioannem Lydum de magistrat. 1, 9. 4. *Cermalus*] v. Varro de L. L. V. §. 54. cum annot. et add. p. 300. Literam C in hoc voc. scribendo recte tuitus est Niebuhr. H. R. I. p. 401. ed. sec. Ita etiam Festus Qu. XV, 24. p. 156, 28. v. Septimontio. 5. *Columnae*] Similia Vitruv. IV, 2. A verbo cellere ductum esse hoc voc., rectissime statuit Doederlein. Synon. et Etym. I. p. 34. II. p. 107. Cur autem Lind. in annot. Plauti Trinum. III, 3, 15. affirmet, columen columnamque nativa potestate significare *ἀκμήν*, non assequor. Nam *cellere* Latinum, similiter ut Graecum *σκήπτειν*, primarium habet significatum motus subiti ac violenti desuper directe ad inferiora tendentis, quo fit ut altum arduumque aliquid erigere significet. Hinc columis, columen, culmen, columna, ut celsus, excelsus et alia. 6. *Cernuus*] explicatius de eodem voc. Isidorus Origg. XIX, 34, 13.: *Cernui socci sunt sine solo.* Lucilium autem apud Nonium v. cernuus p. 21, 3.: *Cernuus extemplo plantas convestit honestas*, neque Urs. recte statuere videtur, de hoc genere calceamentorum locutum esse, cum Nonius voc. cernuus in eo versu inclinatum significare doceat, et Dac. temere fingit, a Verrio perperam esse intellectum. 7. *Crepidines*] vg. Lind. *Caepadines* boni codd. 8. *colluendo*] *cloeando* (i. e. *cloando* vel *cluando*) coni. Dac. in annot. ad v. cloacare, p. 50. Non opus est correctione. 9. *Clunas*] codd., ut vg. Nihilominus verius nomen *clura* fuisse videtur. Sic enim Glossar. Labb.: *Clura*, *πίθηκος* (e Philoxeno), et: *Cluria* (Clurina Mss.) *κερκοπίθηκος*. Et in Plauti Trucul. II, 2, 14., constat, *clurinum pecus* hoc significatu legi. Salmasius in Exerc. Plinian. p. 267. col. 1. f. unice *clura* probavit. Meursius in Exerc. crit. P. I. ad Trucul. c. 2. utramque formam, *clura* et *cluna*, recte se habere statuit, exemplis allatis parum aptis. 10. *Crustumina*] *Crustumerina* A. Aug. in mg.: sed idem in annot. apud Lind. omissa, postquam docte de eo nomine exposuit, sibi probari *Crustuminam tribum* et *Crustumeriam urbem* profitetur. *Crustumena*] *Crustumeria* A. Aug. in mg. Ac ceteri sane scriptores oppidum Crustumeriam vel Crustumerium, et populum Crustuminos dicunt. Non enim puto Crustumerium Tuscorum, Sabinorum et Albanorum distinguendum esse. V. Rer. Etrusc. Introd. 2, 14. T. I. p. 113. 11. *Clucidatum*] antiquior scribendi forma: recentior infra p. 73. v. glucidatum legitur. Illud etiam Varro de L. L. VII. §. 107. e Naevio affert, si quidem Scal. verbum ibi in codd. positum recte correxit. *Clucidare* est Graecum *γλυκίζειν* (v. titulus in Corp. Inscript. Graec. T. I. p. 791.), ex Dorica vel Boeotica forma *γλυκίδδειν* in Latinum sermonem translatum. 12. *Clolio*] M. *Clonio* Gu. *Cloelio* vg. Lind. *Cloantho* mg. A. Aug., quod ex lectione Virgilii ductum est. Troianus ille cum a nullo alio scriptore memorari videatur: nomen eius ex codd. reddendum erat. 13. *Clumae*] cf. p. 73. v. gluma, et annot. ad p. 19. v. acetare. Glossaria Labb.: *Clumae*, *ἔλυτρα*, et: *Clunar*, *κριθῆς λέπυρον*, ubi *Cluma* restituendum esse, monuerunt Heraldus Advers. I, 4. et Vulcanius. 14. *Clutum*] cf. p. 79. v. inclutum. Simplex nonnisi hoc loco memoratur. *κλυτὸν*] vg. Lind. *cluton* Gu. *cliton* M. *adicimus*] scripsi, ex ea scribendi consuetudine, quam Festus secutus est (v. Praef. cp. IV. §. 3.), quo erroris, qui codd. occupavit, caussa appareret. *dicimus* boni codd., omissa litera *a* propter praecedens *causa*. *adiicimus* vg. Cf. Paulus p. 80. v. in.

Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo foedus Gabinorum* cum Romanis fuerat descriptum.

Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus.

Cloeliae fossae a Cloelio, duce Albanorum, dictae.

5 **Claudere** et **clavis** ex Graeco descendit, cuius rei tutelam penes Portunum esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur et deus putabatur esse portarum.

Clavim consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem.

Clausula, quam Graeci ἐπῳδόν vocant, a brevi conclusione est appellata.

Clavata dicuntur aut vestimenta clavis intertexta aut calciamenta clavis confixa.

10 **Clavus annalis** appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum.

Classis procincta, exercitus instructus.

Clingere, cingere, a Graeco κυκλοῦν dici manifestum est.

Cercopa Graeci appellant lucrari undique cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoque **lucrionem** vocamus.

15 **Classici testes** dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur.

Commetaculum genus virgulae, qua in sacrificiis utebantur.

1. *Clypeum*] *Clipeum* M. De simili usu voc. ὅπλον Boeckhius dixit in Corp. Inscr. Graec. T. II. p. 664. *Gabinorum*] Lind. *Gavinorum* Gu. *Sabinorum* M. A. Aug. in mg. *Gabiorum* vg. V. de eo foedere Niebuhr. H. R. T. I. p. 537., qui solo Dionysio in ea re teste utitur. Sed quam celebre fuerit illud monimentum, ostendit imprimis Horat. Epist. II, 1, 25.: *foedera regum Vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis.* Caeterum Horatius significat, etiam foedus cum Sabinis ictum inter vetustissima monimenta habitum esse; ac paene cod. M. praestantia apud me tantum valuisset, ut *Gabinorum* reponerem, nisi Dionysius IV, 58. diserte traderet, Gabinorum foedus corio eius bovis, qui in foedere feriendo mactatus erat, inscriptum fuisse. 3. *Classes*] cf. infra v. classis procincta. 4. *Cloeliae*] *Cluiliam* dicit Livius I, 23. II, 39. Cf. Niebuhr. H. R. I. p. 360. II. p. 268. ed. sec. 5. *Portunum*] boni codd. Lind. *Portumnum* vg. 6. *portarum*] portuum, non portarum, cum deum habent Varro de L. L. VI. §. 19., Virgil. Aen. V, 241. cum Servio, Ovid. F. VI, 547. aliique. Cf. Festus Qu. XII, 13. p. 51, 1. v. Portunus. Interpretes Virgilii, quos Maius edidit, in Aen. V, 241.: *Portunus, ut Varro ait, Deus port[uum porta]rumque praeses. Quare huius dies festus Portunalia, qua (quo) aput veteres claves in forum add. . . mare institutum. Hunc Graeci Palaemona vocant.* 7. *Clavim*] claves matrifamiliae traditae et in repudio ademptae non recte immiscentur a Dac. 8. ἐπῳδόν] ita M. Lind. *epodon* Gu. κολοφῶντα vg. περίοδον mg. A. Aug. *κῶλον vocant, ex quo factum κολοφῶν*, legendum esse, suspicabatur Scal. Nunc patet, intelligi epodicorum versuum, quales Archilochus et Horatius fecerunt, clausulas. 9. *Clavata*] cf. Glossar. Labb.: *Clavare, πορφυρῶσαι. clavis confixa*] ita Glossar. Labb.: *clavatus*, ἡλωτός. Cf. Iuvenal. Sat. III, 248. XVI, 25. 10. *Clavus annalis*] v. imprimis Liv. VII, 3. Plura de ea re dicta sunt Rer. Etrusc. IV, 7, 6. T. II. p. 329. 12. *Classis procincta*] cf. lex regia apud Festum Qu. X, 5. p. 174, 21. v. opima spolia, idemque Qu. XII, 18. p. 58, 22. v. procincta classis, et Paulus p. 58. v. endo procinctu, p. 81. in procinctu, et p. 123. procincta (ubi de cinctu Gabino dicitur). Ex aliis scriptoribus dignissimi, qui laudentur, interpretes Virgilii apud Servium in Aen. VII, 612. et apud Ang. Maium in Aen. X, 241. Glossar. Labb.: *Procinctum, ὅταν τὶς πόλεμον συγκαλέσωνται.* 13. *Clingere*] Isidori Glossae: *Clingit, cludit.* κυκλοῦν] M. Lind. *kiklun* Gu. κλεῖειν vg. κυκλεῖειν A. Aug. in mg. Dac., qui in Ms. non κλεῖειν, sed κυγκλεῖειν esse affirmat, mentiri arbitror. 14. *Cercopa*] Quid in animo habuerit Festus aut Verrius, cum haec scriberet, quaerit Scal. Nimirum non fabulosos Cercopas, Herculis scurras, sed παιδόφωνος illos et ἐπιόρκους homines, a quibus Athenis Κερκώπων ἀγορὰ dicta est. V. Eustathius in Homer. Od. II, 7. p. 1430, 35. Diogenian. Cent. I, 3. et alii Paroemiographi, et Schol. in Lucian. Alex. 4. (maxime, ut in Cod. Vindobonensi feruntur. v. Schubart. in Zimmermanni Ephem. Antiqu. A. 1834. p. 1134.). κέρδωνα] scripsi. *cerdona* boni codd. κέρδονα vg. Lind., contra analogiam linguae Graecae. 15. *Classici*] cf. Gellius N. A. VII, 13. et Paulus p. 84. v. infra classem. 16. *Commetaculum*] boni codd. Lind. *Commentaculum* vg. Minus ambigue de eodem virgarum genere infra p. 49. v. commetacula agitur.

Cervaria ovis, quae pro cerva immolabatur.

Creppos, id est lupercos, dicebant a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere et pellibus obvias quasque feminas ferire.

Condere componere.

Cincia locus Romae, ubi Cinciorum monimentum fuit. 5

Capital linteum quoddam, quo in sacrificiis utebantur.

Castrensi corona donabatur, qui primus hostium castra pugnando introisset, cui insigne erat ex auro vallum.

Colluviaris porcus dicitur, qui cibo permixto et colluvie nutritur. (44)

Cognitor est, qui litem alterius suscipit coram* eo, cui datus est. Procurator autem absentis nomine actor fit.

Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam collectus lapidum ita fieret, 10 ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leves admodum et parvi sonitus fiebant, quum clavi et lapides in labrum aeneum coicerentur.

Caesones appellantur ex utero matris exsecti.

Caesar, quod est cognomen Iuliorum, a caesarie dictus est, qui scilicet cum caesarie natus est.

Capsit prenderit. 15

Capreoli, vitium cincinni intorti, quia ad locum capiendum tendunt, appellati.

Capillatam vel **capillarem arborem** dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant.

Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii, quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet: testes estote.

Caviares hostiae dicebantur, quod caviae†, id est pars hostiae cauda tenus, dicitur, et ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno. 20

Confeta sus dicebatur, quae cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.

1. *Cervaria avis*] de hac et similibus hostiarum generibus Lobeck. in Aglaophamo p. 119. 2. *Creppos*] M. Lind. *Creppas* Gu. *Crepos* vg. Voc. aliunde non cognitum, de re cf. Paulus p. 64. v. Februarius. 4. *Condere*] de eodem voc. Paulus supra p. 32. 5. *Cincia*] de hoc monimento Festus Qu. XII, 32. p. 72, 4. v. Romanam portam. 6. *Capital*] cf. Varro de L. L. V. §. 130. Nihil de hoc capitis ornamento Nonius; nam capitium, quod p. 542. capitum tegmen esse ait, non caput, sed pectus tegebat. V. Varro V. §. 131. Neque idem erat, quod capitulum. 7. *Castrensi corona*] cf. Gell. N. A. V, 6. 8. *colluvie*] Lind. e Gu. *colluvione* vg. 9. *Cognitor*] v. Pseudo-Asconius in Ciceronis divinat. §. 11. p. 104. ed. Orell., sed omnium maxime Gaius Instit. IV, 83. Alia Goth. *eo*] vg., quod retinui. *ab eo* Lind. ex omnibus codd. et edd. vett., ut videtur. Nescio, an Paulus ita scripserit; falsum autem id esse et absurdum, apparet, praesertim collato Gaio, qui ipsa verba, quibus in cognitore substituendo actor utebatur, prodidit: *quod ego a te fundum peto, in eam rem Lucium Titium tibi cognitorem do.* *actor*] boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *auctor* vg. deteriores duo codd. 10. *Claudiana*] *Cludiana* M. *collectus*] *coniectus* A. Aug. in mg. Fortasse Paulus *coiectus* scripsit. 12. *in labrum aeneum*] ut in Graecorum βροντείῳ, testibus Pollucc IV, 130., Suida v. βροντή, aliis. *coicerentur*] boni codd. *coniicerentur* vg. Lind. 13. *Caesones*] eadem Isidor. Origg. IX, 3, 12. 14. *Caesar*] eandem nominis originem, sed non eam solam prodit Isidor. Origg. l. l. 15. *prenderit*] boni codd. Lind. *prehenderit* vg. 16. *Capreoli*] id voc. ab eadem origine ducitur a Varrone de R. R. I, 31. 17. *Capillatam*] haec Scal. rectissime rettulit ad arborem illam loton, de qua Plinius N. H. XVI, 44, 85. §. 235.: *Antiquior illa est, sed incerta eius aetas, quae capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.* 18. *Contestari*] cf. p. 31. v. contestari. *ordinato iudicio*] explicuit F. L. Keller de litis contestatione p. 32 sqq. 19. *Caviares*] *Caulares* Goth. in contexto: ex errore typographi, ut ex annot. colligitur. Scal. haec de equo Octobri intelligit, de quo Festus dixit Qu. IX, 28. p. 28, 24.: sed merito Goth. obiicit, Octobrem equum quotannis, has caviares hostias quinto quoque anno immolatas esse. Id tamen recte fecisse videtur Scal., quod Propertii versum V. (IV.), 1, 20.: *Qualia nunc curto lustra novantur equo*, eodem rettulit. *caviae*] boni codd. vg. *cavae* codd. deteriores, A. Aug. in mg. *caviar* coni. Scal. *cavia*, omissis voce. *id est*, legendum putat Lind. 21. *Confeta sus*] qualis illa fuit apud Virgil. Aen. VIII, 43.

Conclavatae dicebantur, quae sub eadem erant clave.

Colossus a Caleto artifice, a quo formatus est, dictus. Fuit enim apud Rhodum insulam statua solis alta pedes centum et quinque.

Codeta appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem.

5 Censui censendo agri proprie appellantur, qui et emi et venire iure civili possunt.

Comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt.

Comedo, comedonis, qui, ut supra, bona sua consumit.

Censores dicti, quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit, quantum illi censuerint.

Consiluere Ennius pro conticuere posuit.

10 Claritudinem claritatem.

Casus dicimus non modo ea, quae fortuita hominibus accidunt, sed etiam vocabulorum formas, quia in aliam atque aliam cadunt effigiem.

(45) Catachresin tropum nos abusionem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac si propriis, quum propria deficiunt.

Cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naevius: "Cocus", inquit, "edit Neptunum, Venerem,

15 Cererem." Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera.

Camensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.

Collativum ventrem magnum et turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur.

Convexum est ex omni parte declinatum, qualis est natura coeli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.

1. *Conclavatae*] *Conclavia* etiam hic haud dubie legendum opinatur Scal., ut supra p. 31.: imprudenter. Dictum id videtur de ancillis aliisve mulieribus una clave inclusis, ut illae apud Demosthenem in Euergum p. 1156. De habitatione *sub una clave* Ulpianus in Digest. XXI, 1, 17. §. 15. 2. *a Caleto*] artifex incognitus, et, ut opinor, tantum propter etymologiam voc. Colossus inventus. *Coleto* et *Charete*) mg. A. Aug., ac *Charete* corr. etiam Scal.: at hoc illustre nomen Lindii statuarii, qui Rhodiis Solis colossum fecit, voc. colossus origini explicandae parum aptum est. 3. *centum et quinque*] LXX cubitos, ut Isidorus Origg. XIV, 6, 22. et alii. 4. *Codeta*] eadem fere p. 31. legebantur. 5. *Censui censendo*] non erant, nisi quae quis ex iure Quiritium sua dicere poterat. V. Cicero pro Flacco 32. et cf. Niebuhr. H. R. I. p. 471. ed. sec. et, qui haec quidem probabiliter exponit, Huschke de Servio Tullio p. 559. *venire*] *vendi* codex Lipsiensis, et mg. A. Aug. *Vendi* Verrius scribere non poterat, Festus vix scripsit, Paulum scripsisse crederem, si Lipsiensis codicis maior esset auctoritas, quam correctoris alicuius studiis renascentis philologiae mediocriter eruditi. V. de ea re Struve de Lat. decl. et coni. p. 86. et Lachmann. in actis Ictorum: "*Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss.*" IX, 2. p. 198. 6. *Comedum*] hanc formam solus Paulus servavit. 7. *Comedo*] ita Varro ap. Nonium p. 93, 20. v. comedones, et Lucilius apud eundem p. 11, 9. v. lurcones. 8. *Censores*] similia Varro de L. L. V. §. 81. De aestimatione censoria cf. Festus Qu. XIII, 1. p. 73, 21. v. rodus, et Paulus p. 50. v. censio. Censores proprio sensu non aestimant bona, sed censent, quanti aestimanda sint; secundum eorum arbitrium quisque civis rem suam aestimat. 9. *Consiluere*] Ennii Ann. XVII, 9. E. S. 10. *Claritudinem*] cf. Nonius p. 82, 3. 11. *vocabulorum formas*] ita iam Varro in libris de L. L. Graecum πτῶμα reddiderat. 13. *Catachresin*] *abusionem* latine dicit etiam Cicero Orat. 27, 94. *perinde*] ed. vet. Ald. vg. om. Lind. *ac si*] Gu. Lind., idque Pauli Latinitati convenire putavi. *ac* vg. 14. *Cocum*] Lind. e bonis codd. *Coquum* vg. Ipsam rem confirmat Dac., Plinio N. H. XVIII, (11, 28.), aliisque adhibitis. *Naevius*] in incerta comoedia. V. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 22. n. 10. 15. *per Venerem olera*] nam hortos in Veneris tutela esse, certissima antiquorum Romanorum persuasio erat. V. Varro de L. L. VI. §. 20. de R. R. I, 1. et Festus Qu. XIII, 26. p. 98, 10. v. rustica Vinalia. 16. *Camensem*] *Cannensem*, et pro *pro pistore*] *praepostere* corr. Scal., ut milites, qui e clade Cannensi fugerunt, *Cannenses cursores* appellentur: facete, sed minime probabiliter. Nam Paulus interpretationem voce., quae excerpsit, nunquam ita suppressit. *Commensem*, a mensa, coni. C. Barth. Advers XLI, 8., quod in libro ms. invenit *Comensem*. *Canensem*, a cane, vinculi servilis genere, coni. Meursius, ut refert Dac., et hic parum apte. Non audeo in glossa tam obscura quicquam mutare. *Titinnius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 73. inc. n. 5. 17. *Plautus*] in Curculione II, 1, 16. 18. *est*] M. ut vg. *id est* Lind. cum Gu.

Calicatis calce politis.

Confecerunt una fecerunt.

Crebrisuro apud Ennium significat vallum crebris suris, id est palis, munitum.

Cyprio bovi merendam Ennius sotadico versu quum dixit, significavit id, quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Idem quum dicit: "Propter stagna, ubi lanigerum pecus piscibus pascit"; esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consectatae edunt.

Consponsor coniurator.

Canturnus nomen loci.

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Coepiam futurum tempus ab eo, quod est coepi. Cato: "Coepiam seditiosa verba loqui." Invenitur quoque apud maiores et infinitivi modi **coepere**.

Concionem antiqui masculino genere posuerunt.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua dictu facilia, et perspectu et factu facilia.

Contagionem esse dicendum, non contagium.

Clitellae dicuntur non tantum eae, quibus sarcinae colligatae mulis portantur, sed etiam locus Romae propter similitudinem, et in via Flaminia loca quaedam devexa subinde et accliva. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium colluvie.

Compluriens a compluribus significat saepe. Cato: "Contumelias mihi dixisti compluriens."

Citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Caeci-

1. *Calicatis*] idem voc. supra p. 36. iisdem verbis explicabatur. 2. *Confecerunt*] non a conficiendo, puto, sed a confaciendo. 3. *Crebrisuro*] de voc. surus cf. Festus Qu. XIII, 24, p. 96, 1. v. rigido, et Qu. XIV, 2. p. 106, 34. v. surum. *Ennium*] *Ennium et Naevium* cod. Barthii, Advers. XLI, 8. Voc. id infertur fragmentis Ennii, Annal. XVI, 4. At fuisse videtur *crēbrĭsūro*, nam voc. surus primam syllabam producere, intelligitur ex iis, quae a Festo, inferioribus locis, quos laudavimus, apponuntur. Itaque cum heroico versu voc. *crebrisuro* comprehendi nequeat, tragicis Ennii fabulis restituendum est. De voc. *surus* cf. etiam Varro de L. L. X. §. 73. 4. *Cyprio bovi*] cf. Plin. N. H. XXVIII (non XXIII), 20. Hesychius et Suidas v. *βοῦς Κύπριος*, et Paroemiographi Graeci. *Ennius*] v. Hessel. Ennii fragm. p. 185. (292.), ubi haec et quae secuntur Ennii verba in fragmentis Sotadeorum carminum posuit. *significavit*] *significat* M., minus commode. 5. *Propter . . . pascit*] hunc versum non esse Sotadeum, sed heroicum, forma eius e codd. restituta apparet. Quanquam etiam Hermannus, Elem. Doctr. metr. II, 37. p. 454., quoniam *pascitur* corruptum esse non viderat, Ionicos putabat inesse numeros. *pecus*] *genus* ed. vet. Ald. vg. Miror, eam lectionem a Lind. non commemorari. *piscibus*] om. Lind., negligentia typothetae, ut videtur. Nam est in ed. vet. Ald. vg., etiam in libris C. Barthii, Advers. XLI, 8. *pascit*] M., edd. vett., etiam libri a Barthio collati. *pascitur* Gu. vg. Lind. 7. *Consponsor*] hic non de pluribus sponsoribus dicitur, ut apud Ciceronem, sed ea mente, qua SC. de Bacc. ait: *ne posthac inter sed coniourase . . neve conspondise . . velet.* Aliter Isidori Glossae: *Consponsores, alterutri fidem dicentes.* Cf. p. 32. v. consposos. 8. *loci*] *ioci* coni. Goth., temere. 9. *pondo*] *pondus* M. 10. *Coepiam*] cf. Nonius p. 89, 16. v. coepere. *coepi*] *coepio* coni. Dac., quo non opus esse puto. *Cato*] in oratione incerta. H. Meyer Oratt. Rom. fragm. p. 85. *seditiosa*] *semesa*, quod Scal. se dicit "in veteri quodam schedio" repperisse, a nullo critico posthac usquam repertum est. 12. *Concionem*] haec et quae secuntur item e Catone sumpta arbitror. 14. *Contagionem*] Verrium, puto, contagium ab antiquioribus prosariis alienum existimasse: poetis pluralis *contagia* frequentabatur. V. Nonius p. 199, 2. 15. *locus*] nullo alio auctore notus. 18. *Cato*] fortasse in oratione de censura M. Fulvi. 19. *Compluriens*] cf. Nonius p. 87, 15., qui *compluries* ex Catone affert, sed *compluriens* Gell. V, 21, 17. *Cato*] in orat. incerta. H. Meyer Oratt. Rom. fragm. p. 85. 20. *Citeria*] similes effigies erant manducus, de quo Paulus p. 96. et petreia, de qua Festus Qu. XII, 11. p. 51, 14., atque scutilum, quod memoratur Qu. XV, 2. p. 138, 19. *in M. Caecilium*] *Coelium* mg. A. Aug. Habetur ea

lium: "Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum."

Curionem agnum Plautus pro macro posuit, quasi cura macruisset.

Coniector interpres somniorum.

5 Comperce pro compesce dixerunt antiqui. Comparsit Terentius pro compescuit posuit.

Creduas credas. Plautus: "Ipsus nec amat, nec tu creduas." Ipsus pro ipse.

Corius apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus: "Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est." Pari modo diverso genere dicebant haec lupus*, haec metus, haec amnis, hic frons. Cullus quoque masculine dixerunt. Est enim genus tormenti e corio.

10 Crumina sacculi genus. Plautus: "Di bene vertant, tene cruminam, inerunt triginta minae."

Corinthienses ex eo dici coeperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui ante Corinthii sunt dicti; quam

oratio pro eadem atque illa: *si se Coelius* (vel: *Caecilius*) *tr. pl. appellasset* (v. H. Meyer Oratt. Rom. fragm. p. 69.). Idque comparato Festo v. spatiatorem Qu. XV, 20. p. 152, 1. et Macrobio Sat. II, 10. admodum probabile fit.

3. *Curionem*] eadem est explicatio Nonii p. 86, 2. *Plautus*] in Aulularia III, 6, 26. 4. *Coniector*] etiam haec glossa ad Plautum spectat, ut pleraeque sequentes. V. Amphitr. V, 1, 76. Curcul. II, 1, 34. Glossar. Labb.: *Coniector*, ὀνειροκρίτης· ὀνειροπόλος. 5. *Comperce*] e Plauti Poenulo I, 2, 137. Dac. etiam in Bacchidibus III, 3, 59.: *comperce in illum dicere iniuste* corrigit. Equidem differentiam quandam inter hoc compescere et illud compercere mihi agnoscere videor; et in universum cum Lind. *parco* et *pasco* a diversis originibus descendere existimo. Nam quanquam S in lingua Latina ante vocales et semivocalem V toties in R abiit: ante C tamen et reliquas tenues literas sibilum mansisse integrum, sexcenta ostendunt exempla, velut musculus comparatus cum mure, crepusculum cum crepero, Etruscus cum Etruria, oscen cum ore, fuscus cum furvo. *Comparsit*] *Compersit* corr. Salmasius, cui Dac. assentitur. Non opus est. *Compercuit* coni. Lipsius Epist. Qu. III, 20. p. 183. (in Lipsii Opp.). Verum hoc a Terentio nusquam positum est. Etiam in hac re Verrii doctrina improbanda est, nec Terentii eam versus confirmat. *compescuit*] hoc interpretamentum, cum id Terentii verbis parum convenire viderent, Salmasius in Exerc. Plin. p. 72. col. 2. 9. in *compersit*, Bentleius in Phorm. I, 1, 10. in *compepercit* mutare volebant, nimis violenta medicina utentes. Atque interrumperetur etiam continuus Plautinarum glossarum ordo, nisi haec de voc. *comparsit* dicta cum superioribus conspirarent: quocirca utramque explicationem in unum articulum coniunxi. *Terentius*] in Phormione I, 1, 9. 6. *Creduas*] cf. p. 23. v. adduis, cum annotatis. *Plautus*] in Bacchid. III, 3, 72. *Ipsus pro ipse*] ita omnes codd. edd. vett. om. vg. Lind. Non video, quamobrem Paulum haec addidisse negent. 7. *Corius*] cf. Nonius p. 199, 14. *apud antiquos*] *ab antiquis* M. *Plautus*] in incerta fabula. Bothe inc. 9. p. 445. Versus senarius est: *Iam tibi tuis meritis, crassus corius redditu'st.* 8. *lupus*] corr. Scal. *ludus* boni codd. vg. Lind. *lutus* ed. pr. *lucus* A. Aug. in mg. Ald. De lupo feminino genere dicta v. supra p. 6. v. agnus. Cf. Quinctilian. I, 6, 12. Ludum feminine usurpari, negare apparet Nonium p. 211, 15. *metus*] de hoc voc. eadem Paulus p. 92. v. metus. Festus Qu. VIII, 32. p. 172, 18. v. malo cruce. Qu. XIII, 24. p. 96, 17. v. recto fronte. Cf. Nonius p. 214. *amnis*] etiam haec iterat Festus p. 141, 4. v. spicum. Cf. Nonius p. 194, 31. Hinc tot femella amnium nomina, quae ex adiectivis orta sunt, ut Albula, Allia, Albinia, Armenta, Macra. Ita Festus Qu. XII, 20. p. 60, 12. expressis verbis monet, in appellatione *Petroniae amnis* antiquum genus servari. *hic frons*] *fons* mg. A. Aug. et codd. duo deteriores: male. V. Festus Qu. VIII, 32. p. 172, 16. Qu. XIII, 24. p. 96, 13. et Paulus p. 68. v. frontem. Cf. Nonius p. 204, 28. *Cullus*] boni codd. *Collus* vg., ex emendatione, ut apparet. *Culeus* mg. A. Aug. Noli de culeo, in quo parricidae includebantur, cogitare, ut Scal., qui *Culleus* ex vett. edd. reponi iubet, nec de collari vinculi genere, quod Goth. e Nonio p. 36, 24. (non p. 197.) confert. Cullum hic grammaticus diserte monet esse corii deminutivum et hinc masculine dici, ut corium apud antiquos. Itaque voc. cullus e coriolus ortum est, similiter ut vallus e vannullus et villum e vinulum. Ne haec Verrii sententia diutius obscuraretur, coniunxi haec de cullo dicta cum superioribus sub uno titulo. 10. *Crumina*] Glossar. Labb.: *Crumena*, βαλαντίον. *Crumina*, θύλακος. *Plautus*] in perdita fabula. V. Bothe Plauti fragm. inc. 10. p. 445. Versus est tetrameter trochaicus: *tene* pro pyrrhychio habetur. *vertant*] boni codd. *vertant* vg. Lind. In orthographicis rationibus a melioribus libris non recessi. *inerunt*] Lind. e bonis codd. *minuerint* vg. *in ea erunt* coni. Scal. 11. *Corinthienses*] ita, intellige, dicebantur coloni: antiqui cives Corinthii, ut Romanenses dicebantur mercatores, qui aliunde orti Romae, ut in aliena civitate, negotiabantur. Cf. de opificibus Romanensibus annot. ad Varron. de L. L. VIII. §. 83.

consuetudinem servamus etiam, quum Romanenses et Hispanenses et Siciliensis negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.

Cavitionem dicebant, quam modo dicimus cautionem.

Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.

Corculum a corde dicebant antiqui sollertem et acutum. Plautus in Casina: "Ego sum liber, meum corculum, melliculum, verculum." 5

Casinam fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine Casina, quam amari a sene introduxit.

Conivola occulta.

Cogitatim adverbialiter pro cogitate.

Clientam pro cliente Plautus dixit. 10

Comoedice figuratum a comoedo. Plautus: "Euge euscheme* adstetisti et dulice* et comoedice!" (47)

Capulum et manubrium gladii vocatur, et id, quo mortui efferuntur, utrumque a capiendo dictum. Sane a capio fit capularis.

Celassis celaveris.

Custoditio est opera ad custodiendum quid sumpta. 15

Citior comparativum a cito. Plautus: "Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam, reor."

Clunes masculine. Plautus: "Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero."

Coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit.

1. *Hispanenses*] Lind. e codd., ut videtur, omnibus. *Hispanienses* vg. *alienis*] M. ut vg. *aliis* unus Gu., suprascripto tamen *alienis*. Illud, quod multo deterius est, recepit Lind. 3. *Cavitionem*] interpretes *favitorem* e Lucilio apud Nonium p. 110, 23. et *navitam* comparant. 4. *Plautus*] in Amphitruone I, 2, 28., ubi *consuetio* elegantissima Scioppii coniectura restitutum est. 5. *sollertem*] unus M. *solertem* cett. Illud a Festo scriptum esse, apparet collatis Qu. XIV, 4. p. 108, 12. v. sollo. *acutum*] *cautum* cod. Lipsiensis et mg. A. Aug. Si maior esset eorum, qui variant, auctoritas: *catum* ut reponeretur, suaderem, nam *catus* explicatur *acutus* a Varrone de L. L. VII. §. 46. Plauti versum ad hanc explicationem firmandam nihil conferre, notavit Scal., atque apud Festum, probabiliter coniecit, nonnulla interposita fuisse de Scipione Nasica, Corculo dicto. 7. *Casinam*] M., ut vg. et Lind. *Cassinam* cett. codd., contra metricas rationes. *Casina*] vg. Lind. *Casia* boni codd. 8. *Conivola*] a coeundo, quod antiqui dicebant *conire*, ut recte explicat Lind. Cf. Paulus p. 50. v. conauditum. Quae in Glossis Isidori leguntur: *Conivoli, concordes, iuncti*, idem voc. ostendunt consuetudine in alium significatum deflexum. Scal. etiam haec e Glossario Labb.: *Cohivum*, κάλυξ, ῥόδον μεμυκός, eodem refert: sed hoc voc. *Connivum* fuisse videtur, a connivendo. *Convolvia* coni. C. Barth. Advers. XLI, 8., inepte. 10. *Plautus*] in Milite glor. IV, 1, 193. Poenulo V, 4, 7. Rudente IV, 1, 2. Neque apud alios rarum est hoc voc. 11. *Plautus*] in Milite II, 2, 60. *euscheme*] *eus* Gu. *euge* M., ut videtur. *heus* vg. Lind. Illud in ipso Plauto e codd. vestigiis repositum est. *adstetisti*] boni codd. Lind. *adstitisti* vg. *hercle astitit* in Plauti fabula scribitur. *dulice*] ita Plautus. *dulce* Pauli libri, vg. Lind. 12. *Capulum*] cf. Nonius p. 4, 21. v. capulum, et Fulgentius p. 563, 11. v. capularem. Capulum Nonius e Plauti Asinaria V, 2, 42., capularis e Mil. glor. III, 1, 33. profert; ad hanc fabulam Verrii glossa spectasse videtur. 14. *Celassis*] et *celaveris*] Lind. *caelassis* et *caelaveris* vg. Sed *Celapsis* Gu. et *celaveris* M. 16. *Citior*] Macrobii locum, quo Naevium eius voc. auctorem laudari affirmat Dac., non invenio. *Plautus*] in fabula incerta V. Bothe fragm. inc. 11. p. 445. Est tetrameter trochaicus. 17. *Clunes*] cf. Nonius p. 196, 31. Charisius I. p. 78. P.: *Clunes feminino genere dixit Melissus . . . Sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam in is syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis, cinis, crinis, et similia. Plautus*] in Abroico (Agroico), ut ait Nonius l. l. *infractos fero*] *inflatos* edd. vett. et cod. Barthii, Advers. XLI, 8., qui *inflacos* (*inflaccos*) tentat, voc. novo. *desertos gero* legitur apud Nonium. 18. *coctitare*] M., ut videtur, ut vg. Lind. *coccitare* Gu. *coquere*] *quoquere* Gu. edd. vett., primitiva voc. forma, qua fortasse Verrius usus est. *Plautus*] in incerta fabula (a Bothio neglectum): nam coquinare, quod Dac. affert, ab hac quaestione alienum est.

Canitudinem pro canitie. Plautus: "Stultus est adversum aetatem et capitis canitudinem."

Conruspari, conquirere. Plautus: "Conruspare tua consilia in pectore."

Caecultant caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus: "Numnam mihi oculi caecultant. Estne hic noster Hermio?"

5 Cudere a caedendo dictum.

Concipilavisti dictum a Naevio pro corripuisti et involasti.

Clava teli genus, qua Hercules utebatur.

Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci κᾶλα vocant. Is quoque qui huiusmodi telo utitur, clavator appellatur.

10 Consiptum apud Ennium pro conseptum reperitur.

Curionia sacra, quae in curiis fiebant.

Corpulentis Ennius pro magnis dixit; nos corpulentum dicimus corporis obesi hominem.

Conciliatrix dicitur, quae viris conciliat uxores et uxoribus viros.

Conventae conditio dicebatur, quum primus sermo de nuptiis et earum conditione habebatur.

15 Conceptivae feriae ea* festa dicebantur, quae incertis diebus observabantur quotannis, ut Sementinae, Compitaliciae.

(48) Coelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti occisique, ut, quemadmodum

1. *Canitudinem*] cf. Nonius p. 82, 22. *Plautus*] in fabula perdita. Bothe fragm. inc. 12. p. 445. *adversum*] M. *adversus* Gu. vg. Lind. Sed illud numeris trochaici tetrametri unice convenire, ipse vidit Lind. 2. *Conruspari*] cf. Festus Qu. XIII, 1, p. 73, 25. v. ruspari, et Nonius p. 166, 18. v. eodem. *Plautus*] in incerta fabula. A Bothio etiam hoc fragm. omissum esse videtur. Vel senarius est vel tetrameter prima parte truncatus. 3. *Caecultant*] Glossar. Labb.: *Caecultо, ἀμβλυώττω.* *Plautus*] etiam hic versus e deperditis est. Bothe fragm. inc. 13. p. 445. 5. *Cudere*] codd., ut videtur, omnes, nisi quod in M. haec et proxima glossa deest. *Caedere*] vg. *Cedere* mg. A. Aug. *caedendo*] *cadendo* mg. A. Aug. 6. *Concipilavisti*] a capulando et capiendo, ut Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 75., non a compilando, ut opinatur Scal. Etiam reciperare non a parando, sed a capiendo ortum est, ut tolerare a TOLO, generare a GENO. Sed in adiectivo reciprocus re et cis coniuncta sunt. Neque in *incitega* literae *ci* otiosae sunt, nam est Graecum ἐγγυθήκη. *Naevio*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 22. inc. n. 9. 8. *ligneas clavas*] ut Sicyoniorum κορυνηφόροι. *Graeci*] M. vg. *Graece* Gu. Lind. Illud Plauti consuetudini accommodatius. Ita quidem solet: *hoc Graece est* . ., sed: *Graeci dicunt.* κᾶλα] Lind. *cala* boni codd. κάλα vg.: sed Scal. κᾶλα correxit. Cf. Paulus p. 35. v. cacula, Festus Qu. VIII, 28. p. 171, 17. v. Metelli, Nonius p. 62, 16. v. calonum, qui eandem voc. originem tradit, Serv. in Virgil. Aen. VI, 1., qui *calas* pro fustibus ab antiquis Latinis dictas esse contendit. 10. *Consiptum*] Cf. Paulus p. 49. v. consiptum. Simile est commircium apud Velium Longum p. 2236. P.: et cf. etiam Festus Qu. p. 81, 7. v. redderguisse. *apud Ennium*] Scal. in Coniect. in Varron. de L. L. p. 68, 12. (107.) Festum haec Ennii intelligere dicit, quae Nonius p. 183, 13. ex Ennii Medea (Nemea est) affert: *Teneor consipta, undique venor.* Idque satis probabile duco. *reperitur*] M. vg. *invenitur* Gu. A. Aug. in mg. Lind. 11. *Curionia*] cf. p. 37. v. curionium. 12. *Ennius*] tribuitur eius comoediis: Bothe P. Sc. L. V, II. p. 8. inc. n. 8. *pro magnis*] Glossar. Labb.: *Corpulentus, εὔσωμος. μεγαλόσωμος.* 13. *Conciliatrix*] voc. non a Plauto solum, sed etiam a Cicerone positum. Lucilii versus, quem Scal. affert, est e VII. Satir. libro, apud Nonium p. 23, 4. v. sagae. Glossar. Labb.: *Conciliatrix*, προξενήτρια. 14. *Conventae*] *Conventa* ut legatur iubet Scal. Nescio, quo sensu: nam, licet conditio saepe de nuptiis dicatur, conveniri tamen eiusmodi conditio nequit. Sed virgo convenitur, cum matrimonii caussa primum aditur. De hoc conventu Iuvenalis VI, 25.: *Conventum tamen et pactum et sponsalia nostra Tempestate paras*, cum interpp. *conditio*] *condictio* cod. Berolin.: quocirca Lind. "Fortasse, scribendum *condicio.*" Sed illius libri perexiguum est momentum. 15. *Conceptivae feriae*] cf. Varro de L. L. VI. §. 26. Puto, Verrium etiam conceptivas quasdam ferias memorasse, quae ad matrimonium pertinerent. Nam a voc. *conciliatrix* inde usque ad *corolla* omnia ad nuptias spectant atque ex eodem opere ducta esse videntur. *feriae ea*] scripsi. *ferialiae* boni libri, edd. vett. *feriae* vg. Lind. *Sementinae*] *Sementivae* ed. vet. mg. A. Aug. Sed v. Varr. de L. L. VI. §. 26. 16. *Coelibari*] Lind., ex codd., ut videtur, omnibus. *Celibari* ed. vet. vg. *Caelibari* mg. A. Aug. De eo nuptiarum ritu cf. Ovid. F. II, 559. Plutarch. Qu. R. 86. Arnob. adv. gent. II, 67., qui eadem appellatione utitur.

illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel quia matronae Iunonis Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum Curis dicitur; vel quod fortes viros genituras ominetur; vel quod nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens, quia hasta summa armorum et imperii est. Quam ob causam viri fortes ea donantur, et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκτήτους vocant.

Cingulo nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis, ut, sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit.

Camelis virginibus supplicare nupturae solitae erant.

Cinxiae Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio coniugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.

Cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod et camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum κάσμιλον appellabant.

Comptus, id est ornatus, a Graeco descendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere, et κόσμιος, qui apud nos comis; et comae dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.

Corolla diminutivum est a corona. Corollam nova nupta de floribus, verbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat.

Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arbor excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil iam est sperandum, quam et ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur.

1. *Iunonis Curitis*] v. p. 38. v. Curitim. 4. *δορυαλώτους et δορυκτήτους*] vg. Lind. *dorialotos et dorictitos* Gv. *dorialotus et doriktitus* M. 5. *Cingulo*] vg. Lind. *Cingilio* boni codd. Cf. Nonius p. 47, 25. v. cingulum, et Paulus, paulo inferius, v. Cinxiae. Uberrime eam rem tractat Schrader. Animadv. in Musaeum p. 344 (268. ed. Schaefer.). 6. *Hunc*] *Hoc* corr. Schrader. l. l., sicut Muretus in Catull. p. 13. Pauli verba laudavit. Scriverium, idem monet Schraderus, in Pervigil. Veneris v. 26. ita ea verba reddere: *Hoc Herculanei nodi vinculum.* Sed harum lectionum nullum est momentum. Quod autem *hunc* in *hoc* non mutavi, iccirco factum est, quod Paulus cingulum pro masculino habere poterat, ut masculina multa pro neutris habuit. Cf. annot. ad p. 36. v. cassiculum. Herculaneum nodum maxime Orphici arcanarum religionum cultores in ritum nuptiarum invexisse videntur. Cf. Athenag. leg. pro Christ. c. 20. 7. *Hercules*] vg. Lind. *Herculanus* codd. et edd. vett. 8. *Camelis*] i. e. *Gameliis*, non *Gamelis*, ut ait Dac., *Γαμηλίαις θεαῖς*. De literae C usu v. annot. ad p. 20. v. acetare, et quae Festus dicit Qu. X, 20. p. 181, 27. v. Orcum. *Gameliis* significari, monuit Lipsius Epist. Qu. III, 20. p. 183. et de recta pron. 13. p. 462. (in Lipsii Opp.). *Camesnis* vel *Camenis* et alia sine ullo commodo tentat Goth. *virginibus*] *virgines* corr. Lipsius Ep. Qu. III, 20. p. 183.: recte, puto. Certe Gameliae deae, quae virgines appellantur, ignotae sunt. 9. *Cinxiae Iunonis*] Quod Varro apud Augustin. de C. D. IV, 11. eandem provinciam Virginensi deae tribuit, non mirum in illa numinum multiplicandorum facilitate, quam Romani usurpaverant. Cf. ab Heraldo et Orellio annott. ad Arnobium adv. gent. II, 67. p. 102. 11. *Cumeram*] rectius id vas nuptiale supra p. 38. *cumerus* dicebatur. Etiam Glossae Isidori, in quibus est: *Cumerus, urbanus*, cumeram, quae in rustico usu erat, a cumero in nuptiis usitato distinguere videntur. 11. 12. *quod et camillum dicebant*] res alias inaudita, cui tutius erit fidem denegare. *κάσμιλον*] boni codd. Lind. *κάμιλλον* vg. Apparet, Verrium, ut Varro de L. L. VII. §. 34., ut Dionysius A. R. II, 22. fecit, Samothracum Cadmilos sive Casmilos, deorum magnorum ministros, cum Latina camillorum appellatione ad eandem originem rettulisse. Cf. p. 34. v. camillus. 13. *Comptus*] cf. p. 32. v. comptum. Non dubito, quin etiam haec de comptu ad caput illud, quod dixi, de nuptiis pertineant. Nempe nubentes peculiari quodam more comptae viro tradebantur, *senis crinibus*, ut ipse Festus Qu. XV, 13. p. 145, 23. tradit, qui eum ornatum vetustissimum dicit. Intelligendi sunt terni illi in utroque humero cincinni, quibus viri feminaeque in antiquis Graecae artis operibus, nec raro etiam in argenteis Romanarum gentium numis conspicui sunt. Verum Martialis, Ep. XII, 32, 4., iocus de rufae uxoris *crinibus septem* ab hac quaestione alienissimus est. *κοσμεῖν*] vg. Lind. *kosmin* boni codd. Assentitur huic sententiae Doederlin. Synon. et Etym. III. p. 14. VI. p. 72. *κόσμιος*] vg. Lind. *kosmios* boni codd. 15. *Corolla*] Catullum LXII, 7. comparat Dac. 16. *Cupressi*] Ne plura, vide quae Servius cum interpretibus, qui cum eo coniuncti leguntur, notavit ad Aen. III, 64. 680. 681. IV, 507. (haec Scal. e schedis Danielis, amici sui, affert) VI, 216. Rectissimo autem iudicio Scal. hunc morem monuit apud Romanos novicium fuisse, ut ipsam cupressum arborem.

Curiales flamines curiarum sacerdotes.
(49) Cyparissae appellantur acies quaedam igneae, quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi.
Coninquere, deputare.
Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerasset, ut moreretur.
5 Capita deorum appellabantur fasciculi facti ex verbenis.
Consiptum clavis praefixum.
Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur.
Coelestia auguria vocant, quum fulminat aut tonat.
Caduca auspicia dicunt, quum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu.
10 Clivia auspicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant; omnia enim difficilia clivia vocabant, unde et clivi loca ardua.
Curiales mensae, in quibus immolabatur Iunoni, quae curis appellata est.
Contrarium aes, grave aes.
Centumviralia iudicia, quae centumviri iudicabant.
Circumluvium ius praediorum.
15 Cumbam Sabini vocant eam, quam militares lecticam, unde videtur derivatum esse cubiculum.
Condicere est dicendo denuntiare.
Commetacula virgae, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant.

1. *Curiales flamines*] non iidem, puto, qui curiones dicebantur. 2. *Cyparissae*] cf supra p. 39. v. cyparissiae. De hoc genere glossarum iteratarum dictum est in Praef. II, 2. 3. *Coninquere*] boni codd. Lind. *Coinquire* vg. *Conquinire* coni. Scal. et, quod sequitur, *deputare* mutat in *decubare*, docta correctione, sed plane supervacanea: quod ipse postea intellexit in explicando inferiore loco p. 50. Verbi *coinquere*, quod antiquius dicebatur *coninquere* (v. annot. ad p. 46. v. conivola), rara sunt exempla in antiquitate. Certissima sunt in tabulis fratrum Arvalium, XXXII, XXXV, XLI. LUCI COINQUENDI, et tab. XLIII. deae COINQUENDAE; deinde in verbis Trebatii apud Serv. in Virgil. Aen. XI, 316. p. 26. ed. Lion: *hos lucos eadem caerimonia moreque conquiri* (*coinquiri* corr. Salmasius) *haberique oportet*. Nec minus certa coniectura id reddemus Paulo p. 50.: *Coinquere coercere*. Etiam Charisii I. p. 62. P. opinio, quinquatrus dictas esse *a quinquando*, *id est lustrando*, eodem recte referri videtur a Marinio (*Atti de' fratelli Arvali* T. I. p. 309.), qui post Salmasium Exerc. Plin. p. 61. col. 1. d. optime de eius voc. restitutione meruit. De aliis locis, quibus idem verbum illatum est, nihil affirmo. Originem verbi Scal. inferiori loco optime expedivit; descendit non ab *inquere*, sed *anquere*, i. e. angustiorem reddere, quod fit succisa arborum prolixitate. 4. *Carnificis*] huius moris originem prodit Cassius Hemina apud Serv. in Virgil. Aen. XII, 603. Haec et plura observat Scal. 5. *Capita deorum*] res aliunde non cognita, nam *stroppi*, de quibus Festus Qu. XIV, 17. p. 121, 12., ita vocari non poterant. 6. *Consiptum*] cf. p. 47. v. consiptum. 7. *Corniscarum*] titulus: *deivas corniscas sacrum*, est apud Gruterum p. 88, 14. *locus*] *lucus* corr. Dac., sine iusta caussa. *in*] vg. om. codd. omnes. 8. *aut*] vg. om. boni codd. 9. *Caduca auspicia*] his silentium augurale turbabatur. Cf. Festus Qu. XV, 23. p. 155, 29. v. silentio surgere, et Qu. XV, 25. p. 157, 21. v. sinistrum, etiam Qu. XV, 22. p. 154, 17. v. solida sella. 10. *Clivia*] *Cliva* unus Gv. Cliviam avem ab Antistio Labeone prohibitoriam dici, testatur Plin. N. H. X, 14, 17. §. 37. 11. *Curiales mensae*] ita Dionysius II, 50. (non 8.) de Tatio: *ἐν ἀτάσσοις τε ταῖς κουρίαις Ἥρᾳ τραπέζας ἔθετο Κυριτιᾷ λεγομένῃ, αἱ καὶ εἰς τόδε χρόνου κεῖνται.* Eae mensae plane differunt ab aris curiarum, quas Dionysius *ἑστίας κοινὰς τῶν φρατριῶν* appellat, II, 23. 65. 66. 12. *Contrarium*] oppositum in emendo, *ἀντιφώνον* explicat Dac. 13. *Centumviralia*] v. supra p. 42. v. centumviralia. 14. *Circumluvium*] Aliter Isidor. Origg. XIV, 8, 42.: *Circumluvium locus, quem aqua circumluit.* Cicero *circumluvionem* dicit. 15. *Cumbam*] boni codd. A. Aug. in mg. *Cubam* vg. Etiam Glossarium ms. Camberonense, a Vossio de vitiis serm. p. 419. (p. 411. ed. Elzevir.) laudatum, habet: *cumba dicitur lectica, a cubando.* *militares lecticam*] Dac. apte confert Varronem de L. L. V. §. 166. 16. *Condicere*] cf. p. 31. v. condictum. Hic solennis est et forensis verbi significatus. Idem p. 50. v. condictio observatur. Cf. Brissonius de V. S. p. 237. ed. Heinecc. 17. *Commetacula*] Lind. e Gv. et edd. vett. *Commo et acula* M. *Commotacula* A. Aug. in mg. *Commentacula* vg. Cf. p. 43. v. commetaculum.

Casta mola genus sacrificii, quod Vestales virgines faciebant.
Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt *κύλικα*.
Cincta flaminica veste velata.
Captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.
Cupralia* appellatur ager, qui vulgo ad caprae paludes dici solet. 5
Canifera mulier appellatur, quae fert canuam, id est qualum, quod est cistae genus.
Contignum frustum carnis cum septem costis demptum.
Conauditum coauditum, sicut conangustatum* dicitur. (50)
Censio aestimatio, unde censores.
Corda frumenta, quae sero maturescunt, ut fenum cordum. 10
Consentia sacra, quae ex multorum consensu sunt statuta.
Culina vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur.
Calpar vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa, antequam gustetur. Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa Vinalia.
Cicatricare cicatricem inducere. 15
Compescere lucum est lucum suis finibus cohibere.
Commugento convocanto.
Capitarium aes, quod capi potest.
Coinquere* coercere.

1. *Casta mola*] cf. Festus Qu. VIII, 21. p. 169, 13. v. mola. 2. *Culigna*] cf. p. 39. v. culigna. *κύλικα*] vg. *kilika* boni codd. *κυλίχνην* corr. Scal., et hinc certe debebat Verrius culignam deducere. 3. *Cincta*] cf. p. 67. et 69. v. flammeo. *veste*] "lege *Vestae*." Goth. At nulla erat Vestae flaminica. 4. *sacrificandum*] vereor, ne in Festo fuerit: *ad auspicandum*; nam templa et tabernacula capi constat, non aras et aedes sacras. Ac puto, quae Placidus p. 449. habet: *capta tempestate, tempore capto, id est sole consulto*, ex eodem Festi capitulo desumpta esse. 5. *Cupralia*] scripsi, ita ut quam minimo discederem a bonis codd., in quibus *Cuprali* est, ultima litera sequenti A absumpta. *Cuprilia* edd. vett. *Caprilia* vg. *Capralia* Lind. *ad caprae paludes*] Caprae paludem dicit Liv. I, 16., Capream paludem Ovid. F. II, 491., *τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος* Plutarch. in Romulo 27. 6. *Canifera*] codd. mg. A. Aug. *Canephora* vg. Sed apparet, Graecum voc. in Latinum transformatum esse. *canuam*] *τὸ κανοῦν*, voc. *ἅπαξ λεγόμενον*, si recte se habet. 8. *Conauditum*] cf. supra p. 46. v. conivola, et p. 49. v. coninquere. *conangustatum*] vg. *coangustatum* Lind. e bonis codd., ut videtur, et edd. vett. *conagulatum* mg. A. Aug. 9. *Censio*] cf. p. 44. v. censores. 10. *fenum cordum*] v. Cato de R. R. 5. Cordos etiam dici agnos et homines sero natos, ostendunt lexicographi. 11. *Consentia sacra*] non erant Consentium deorum, nisi si Verrius erravit. 12. *Culina*] docte de hac Scal., qui maxime apposite versus illos e iambis in Lucium, optimorum temporum poemate, in Catalectis Virgilii (v. H. Meyer. Antholvet. Lat. Epigr. 105, 27.), affert: *Neque in culinam et uncta compitalia Dapesque duces sordidas.* 13. *Calpar*] v. supra p. 36. v. calpar, et cf. Scal. in Coniect. in Varr. de L. L. 47, 13. p. 75. Glossaria Labb.: *Calcar* (*Calpar* corr. Scal.), *θυσίαι ἀπαρχῶν οἶνον.* et: *Calper, οἶνος ἐν θυσίᾳ.* Placidus in Glossis p. 447. ed. Mai.: *Calpar, vinum quod primum levatur e dolio.* 14. *Vinalia*] intelliguntur verna Vinalia. V. de his Varro de L. L. VI. §. 16. 20. Plin. N. H. XVIII, 29, 69. §. 287. 289. et ipse Festus Qu. XIII, 1. p. 73, 28. et Qu. XIII, 26. p. 98, 10., quo loco iterum de rusticis Vinalibus dixisse videtur. His scriptoribus inter se comparatis colligitur, rustica Vinalia, quae Augusto mense celebrabantur, ad vindemiam auspicandam, illa autem Vinalia, quae Aprili mense agebantur, ad novum vinum gustandum instituta esse, sicut Pithoegia et Choes Atheniensium. Eandemque video esse sententiam Hartungi, de relig. Rom. T. II. p. 36. 15. *Cicatricare*] Glossar. Labb.: *Cicatriso* (scribe *Cicatrico*), *συνουλέω.* 16. *Compescere lucum*] non prorsus idem puto esse, quod coercere sive coinquere. 17. *Commugento*] voc. alias inauditum. 18. *Capitarium aes*] quid fuerit, e Pauli verbis intelligi nequit. 19. *Coinquere*] vel *Coinquire* coni. Scal. et Salmasius Exerc. Plin. p. 61. col. 1. d. *Comquere* M. *Coninquere* Gu. (ut supra p. 49. scriptum est).

Capitalis lucus, ubi, si quid violatum est, caput violatoris expiatur.
Cloacare inquinare. Unde et **cloacae** dictae.
Conregione e regione.
Condictio in diem certum eius rei, quae agitur, denuntiatio.
5 **Cubans auspicatur**, qui in lecto quaerit augurium.
Concio conventus, dicta quasi convocatio.
Cogitatio dicta velut coagitatio, id est longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi.
Clam a clavibus dictum, quod his, quae celare volumus, claudimus.
Cella, quod ea celentur, quae volumus esse occulta.
10 **Ciere** nominare.

LIBER IV.

Duco quum pro puto ponimus, ex Graeco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.
Duplionem antiqui dicebant, quod nos duplum. Venit autem a Graeco διπλοῦν.
(51) **Duicensus** dicebatur cum altero, id est cum filio census.
15 **Duis** duas habet significationes. Nam et pro δὶς ponebatur et pro dederis.
Duidens hostia bidens.
Duellum bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde et **perduellio**, qui pertinaciter retinet bellum.

Conquirere vg. Lind. Illud recipere eo minus dubitavi, quod ipsum coercendi verbum de lucis conlucandis et arboribus circumcidendis ponitur. V. Cato de R. R. 139. Ulpian. in Digest. XLIII, 27. (de arbor. caed.) 1. §. 7. 9.

1. *Capitalis lucus*] Nescio, an haec conjungenda sint cum iis, quae Festus Qu. XIII, 18. p. 90, 25. v. resecrare, et Qu. XIII, 26. p. 98, 27. v. respici narrat, valde memorabilia, sed crassa caligine involuta. *lucus*] *locus* M., et ita corr. Scal., non recte puto. *caput*] *capite* corr. Scal., et ita habere dicit etiam priscas editiones. At pr. et, quam ipse contuli, Ioannis de Colonia lectionem codd. servant. Non assentior. 2. *Cloacare*] *Cloeare* corr. Salmasius in Exercit. Plin. p. 337. col. 2. d., et qui eius iudicium sectari solet Dac.: quod verbum cloeare pro cluare, id est purgare, dictum esse volunt. Ac Plinius sane N. H. XV, 29, 36. §. 119. et Servius in Virgil. Aen. I, 720. p. 107. ed. Lion. Cloacinam dicunt Venerem dictam, *quia veteres cloare purgare dixerunt.* Sed in Paulo tamen nihil contra libros movendum. Glossar. Labb.: *Cloaco*, μολύνω. Cf. supra p. 42. v. cloacae. 3. *Conregione*] e verbis sollemnibus, quibus templum in Arce concipiebatur. V. Varro de L. L. VII. §. 8. Pauli interpretatio minime satisfacit. 4. *Condictio*] cf. p. 49. v. condicere. 5. *Cubans auspicatur*] cf. Festus Qu. XV, 23. p. 155, 29. v. silentio surgere. Nihil ad incubationem. 6. *Concio*] cf. Varro de L. L. VI. §. 43. et Paulus supra p. 30. eodem v. *convocatio*] quod *ciere* paulo inferius explicatur *nominare*. 7. *coagitatio*] vg. Lind. *coagitio* M. *cogitio* Gu. Ac fortasse praestat scribere: *coagitio*. Similiter de huius voc. origine statuit Varro de L. L. VI. §. 43. 8. *Clam*] meliora supra p. 36. v. callim. 9. *Cella*] Lind., sine lectione varianti. *Caella* vg., nam quod Lind. ibi eam glossam omitti refert, fallitur. *volumus esse*] M., ut vg. *esse volumus* Lind. e Gu.

12. δοκῶ] vg. Lind. *doco* Gu. *doce* M. 13. *Duplionem . . . duplum*] ita in lege XII tabb., cuius verba Festus infra posuit, Qu. XVI, 28. p. 196, 32. διπλοῦν] M., ut videtur, et Lind. *diplum* Gu. διπλόν vg. 14. *Duicensus*] cf. quod sequitur v. duis. Duicenso contrarius esse videtur improlus, de quo Paulus p. 80.: antiqua voce. censoria. Glossar. Labb.: *Duicensus*, Διταβ. δεύτερον ἀπογεγραμμένος. Διτταὶ, β', corr. Scal., quod non satisfacit: probabilius Vulcanius δυοκ. ταβ., i. e. in duodecim tabulis. 15. *Duis*] cf. voce., quae secuntur, duellum et duonum, in quibus omnibus primitiva quaedam diphthongus DF naturali mutatione transiit in B. δὶς] scripsi. *dis* codd. (ut solent Graeca Latinis literis reddere), vg. Lind. *bis* A. Acu. in mg. *pro dederis*] cf. annot. ad p. 23. v. adduces. Glossar. Labb.: *Duint*, δοῖεν, δώωσιν. 16. *Duidens*] cf. p. 28. v. bidentes. 17. *Duellum*] cf. Varro de L. L. VII, 49. In Glossar. Labb. est *Duellium* τυραννίς, *Duello* μάχομαι, *Duellona* πολεμική, *Duellum* πόλεμος ἀρχαῖος

Duonum bonum.

Duplabis duplicabis.

Duodeviginti dicendi consuetudinem a Graecis traxisse videmur, qui sic enunciant *δυοῖν δεόντοιν εἴκοσιν*, et *ἑνὸς δέοντος εἴκοσιν*.

Dumosa frondosa. 5

Dubat dubitat.

Dubenus apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus.

Dusmo in loco apud Livium significat dumosum locum. Antiqui enim interserebant S litteram, et dicebant **cosmittere** pro committere, et **Casmenae** pro Camenae.

Dumecta antiqui quasi dumiceta appellabant, quae nos dumeta. 10

Domus a Graeco venit *δόμος*.

Dracones dicti *ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι*, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem; qua ex causa incubantes eos thesauris custodiae causa finxerunt antiqui. Ideoque Aesculapio attribuuntur, quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est.

Dici mos erat Romanis in omnibus sacrificiis precibusque: **populo Romano Quiritibusque**, quod est Curensibus, 15 quae civitas Sabinorum potentissima fuit.

(*ἀρχαίως* Vulcan.), *μονομαχία*, et *Divellio πόλεμος*, etiam *Delliones δηταρται* (scr. *ἀντάρται*) *ακαθοσιυτοι* (scr. *ἀκαθοσίωτοι*) *τύραννοι καὶ τυραννίδος* (*τυραννίδες*). V. Salmas. in Trebellii Gallien. 14. p. 229. et Triginta tyr. 1. 31. p. 254. 341. ed. Lugdun. Glossae Isidori: *duellio rebellis*. *perduellio*] codd. mg. A. Aug. Lind. *perduellis* vg., quod correctum esse apparet. Sed *perduellio* pro hoste defenditur et iis verbis, quae ad Herenn. IV, 10, 15. ex antiquo rhetore posita sunt, et Glossis ad v. duellum positis. Neque aliter Glossar. Labb.: *Perduellio*, *ἀντάρτης*, et: *Perduelliones*, *οἱ κατὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων βουλευόμενοι, ἢ κατὰ βασιλέων*.

1. *Duonum*] cf. Saliorum carmen apud Varron. de L. L. VII. §. 26. Glossar. Labb.: *Duonus*, *ἀγαθός*. 2. *Duplabis*] in hoc voc. antiqua consuetudo ab ICtis redintegrata est. Glossar. Labb.: *Duplavit*, *ἐδίπλωσεν*. 3. *videmur*] Gu., quantum e Lind. notatione colligitur, et Ald. *videmus* cett. codd. vg. Lind., quod, nisi *Latinos* additur, structura laborat. 3. 4. *δυοῖν δεόντοιν εἴκοσιν et ἑνὸς δέοντος εἴκοσιν*] Lind. *dyindeikosin et enos deicosin* boni codd., ubi *d* ex nota voc. *δεόντοιν* et *δέοντος* natum esse apparet. *δυοινδείκοσιν* et *ἑνοςδείκοσιν* mg. A. Aug. *δυοεξείκοσι*, omissis cett., vg. Nonium apparet ex iis locis, quos v. duodevicesimo p. 100, 11. apponit (cf. Merceri annot. p. 675.), duodevicesimum pro duoetvicesimo ab antiquis dictum existimasse, quod cum fieri nequeat, corruptis libris deceptus fuerit necesse est. Cf. Gell. V, 4. 6. *Dubat*] Gu. Lind. *Dubiat* deteriores codd. vg. De M. non constat. Cf. annot. ad p. 11. v. addubanum. 7. *Dubenus*] *Dubienus* coni. Scal. *dominus*] codd., nisi quod M. voc. om. *dubius* corr. Scal., qui nititur glossa apud Labb.: *Dubinus*, *δισσός*. Ipse tamen sibi opponit alteram glossam, quae extat apud eundem: *Dubius*, *δεσπότης*. Itaque nihil novandum. 8. *Dusmo*] boni libri, et deteriores quidam, velut is, quo Barthius utitur, in Adversar. XL, 17. *Dusmoso* vg. Lind. Illud servavi, tanquam adiective positum. Neque aliud Placidus in Festo integro invenit, qui p. 452. apud Maium haec habet: *Dusmum, incultum, dumosum vel squalidum*. *interserebant S litteram*] non interserebant, sed S, quod in primitiva Latinae linguae forma saepe ante liquidas ponebatur, elegantiori consuetudine expulsum est. Ita remus fuit **resmus** (*ἐρετμός*, *triresmos* in Col. Duilia), omen **osmen** (Varro de L. L. VI. §. 76.), semen **sesmen** (a serendo), carmen **casmen** (unde Casmenae), cena **cesna** (v. Festus Qu. X, 21. p. 182, 14. cf. Qu. XV, 14. p. 146, 14.), penna **pesna** (Festus p. 182, 14.), canus **casnus** (unde casnar, v. p. 36.), pono **posno** (i. e. pos-no, unde posui, ut a cer-no crevi), viden **videsne**. 8. 9. *cosmittere*] hinc apparet, verbum mittere olim fuisse **smittere**, ut multa vocc. Latina (velut mors, mirus, nato, nix, nurus, lubricus, limus) a sibilante litera cum liquida coniuncta incepisse, aliarum linguarum comparatione ostenditur. 10. *dumiceta*] voc. a Festo Verriove fictum. 11. *δόμος*] vg. Lind. *domus* boni codd. 12. *Dracones*] idem etymon significat Nicander Ther. 457. cf. Horát. Serm. I, 3, 26. *ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι*] Lind. *apo tu derkeste* boni codd. *ἀπὸ τῦ δρακεῖν* vg. 15. *Quiritibusque*] rectius alii *Quiritibus*, nam antiqua consuetudine Latinae linguae copula non opus est. *Curensibus*] cf. supra p. 37. v. curis.

Dalivum supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Graeci *δείλαιον*, id est, propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.

(52) **Daps** apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna sementi, aut verna. Quod vocabulum ex Graeco deducitur, apud quos id genus epularum *δαὶς* dicitur. Itaque et **dapatice** se acceptos dicebant antiqui, significantes magnifice, et **dapaticum*** negotium amplum ac magnificum.

Daedalam a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Virgilium Circen, facile est intellegere, quum Graece *δαιδάλλειν* significet variare.

Damium sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonae Deae, dictum a contrarietate, quod minime esset *δαμόσιον*, id est publicum. Dea quoque ipsa **Damia** et sacerdos eius **damiatrix** appellabatur.

Dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant *δάκρυα*; item **dautia**, quae lautia dicimus, et dantur legatis hospitii gratia.

Danunt dant.

Dasi dari.

Danistae feneratores.

Dagnades sunt avium genus, quas Aegyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quae vellicando morsicandoque et canturiendo assidue non patiuntur dormire potantes.

1. *Dalivum*] M. ut in ed. vet. et vg. *Dalivium* Lind. e cett. codd., ut videtur. Glossar. Labb.: *Daunum*, *ἄφρονα*, et: *Davus*, *ἄφρων*, *ἄπειρος*. Utrobique Scal. *Dalivum* reposuit. Hesychius: *Δαλίς*, *μωρός*. 2. *putat*] *putant* Gu. et alii deteriores libri, quod Lind. observat a librariis profectum esse, qui sibi persuasissent Dalivum dici Santram. *δείλαιον*] vg. Lind. *dileon* boni codd. 3. *Daps*] huiusmodi daps quomodo fieri oporteat, docet Cato de R. R. 132.: idemque c. 50 et 131. dapem pro bubus piro florente ante vernam arationem fieri ostendit. *sementi*] M. *semente* Gu. vg. Lind. 4. *dapatice*] codd. Lind. *daptice* vg. Hoc sive simile voc. fortasse inest in illo *adpatula*, quod e Saliari carmine affertur a Varrone de L. L. VII. §. 26. V. Scal. Coniect. in Varron. Append. ad 70, 20. p. 189. Cf. Nonius p. 461, 8. v. dapes. 5. *dapaticum*] Lind. *dapaticis* boni codd. *dapticum* vg. 6. *Lucretium*] I, 7. *Ennium*] Annal. I, 22. apud Merulam. 7. *Virgilium*] Aen. VII, 282. *Circen*] *cratem favorum* uterque codex, quos Barthius commemorat, Advers. XL, 16., quod intrusum est a librario, qui Virgilii Georg. IV, 179, non Aen. VII, 282., legerat. *intellegere*] M. *intelligere* cett. *δαιδάλλειν*] vg. Lind. *dedalin* boni codd. *significet*] vg. Lind. *significent* boni codd., sed *Graeci* tantum in deterioribus est. 8. *Damium*] Glossar. Labb.: *Damium*, *θυσίαι ὑπαίθριον γινόμενοι* (*ὑπαίθριοι γινόμεναι*). Hesychio teste *Δάμεια ἑορτὴ παρὰ Ταραντίνοις*. Aeginetarum Damia cum Auxesia num in eundem censum vocanda sit, hic non quaeram. Glossae Placidi p. 451. apud Maium: *Damium, sacrificium quod in operto fit, quod bonae deae mulieres faciunt.* *Bonae deae*] M. ut vg. *Deae Bonae* cett. codd. ut videtur, Lind. Illud certe consuetudini loquendi unice convenit. *dictum a contr.*] probabilius existimat Scal., quod *pro populo* fiebat. V. etiam Cic. de harusp. resp. 17, 37. *δαμόσιον*] coni. Lind. in annot. *damosion* Gu. *domosion* M. *δημόσιον* vg. 9. *Damia*] *damia* Lind. *δαμία* vg. et boni codd., ut videtur. *damiatrix*] boni codd. mg. A. Aug. Lind. *δαμίας* vg. 10. *δάκρυα*] vg. Lind. *dacria* boni codd.: nam apud Lind. *Gu. 1.* priore loco in *Gu. 2.* mutandum esse videtur. Placidus in Glossis p. 452.: *Dracumis* (scr. *Dacrumis*), *lacrimis.* *lautia*] cf. imprimis Plutarch. Qu. Rom. 43. Alia eiusdem permutationis exempla ex Varrone de R. R. III, 9, 19., collato de L. L. VII. §. 87., et ex Mario Victor. p. 2470 P., plurima ex linguis comparatis trahi possunt. In voce. lacruma, levir, lingua, olere, impelimenta, delicata (v. Paulus p. 53 et 55.), Ulixes, Melica D in L, in meditari, kadamitatem, Capitodium, adauda, ut videtur, L in D transiit. Apud Graecos non tanta erat earum literarum affinitas: *Λευκαρίων*, quod pro *Δευκαλίων* dictum fuisse Etymol. M. refert, ex Epirotica dialecto ductum esse puto, quae Siculae cognata erat. 12. *Danunt*] disertius de eo voc. Nonius p. 97, 14. Quod in Glossar. Labb. est: *Diannunt*, *διδωσιν*, esse debebat: *Danunt*, *διδοασιν*; sic corr. Vulcanius. Plura eius paragogae exempla Paulus p. 60. v. explenunt, et Festus Qu. IX, 12. p. 12, 24. v. nequinont, et XI, 5. p. 37, 22. v. prodinunt. Respondet Graeco *τιθέασι*, unde *τιθέασι* factum est. 13. *Dasi*] cf. annot. ad p. 13. v. arbosem. 15. *Dagnades*] *Dacnades* corr. Scal., a morsicando. Et Hesychius, comparatus a Turnebo Advers. XXVIII, 19.: *δακνὶς*, *εἶδος ὀρνέου*. Sed fieri poterat, ut consuetudine loquendi CN abiret in *ΓΝ*, ut in Gnossus et Gnidus et Progne et *γνάπτω*. *cum coronis devincire*] c. c. *divinare* cod. Barthii, quo permotus hic *quas* in

Daunia Appulia appellatur a Dauno, Illyricae gentis claro viro, qui eam, propter domesticam seditionem excedens patria, occupavit.

Dorsum dictum, quod pars ea corporis devexa sit deorsum.

Donum ex Graeco est, quod illi vocant *δῶρον*.

Donaticae coronae dictae, quod his victores in ludis donabantur, quae postea magnificentiae causa institutae sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt, quum Lares ornantur. 5

Dotem manifestum est ex Graeco esse. Nam *διδόναι* dicitur apud eos dare.

Doliola locus in Urbe sic vocatus, quia invadentibus Gallis Senonibus Urbem sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt. Qua de causa in eodem loco ne despuere alicui licebat.

Doli vocabulum nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebatur. Unde adhuc dicimus **sine dolo malo**, nimirum quia solebat dici et bonus. 10 (53)

Dirus dei ira natus.

Derogare proprie est, quum quid ex lege vetere, quo minus fiat, sancitur lege nova. Derogare ergo detrahere est.

Dierectum dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem.

Dirigere apud Plautum invenitur pro discedere. 15

Derunciunt depurgant.

Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.

queis mutat in Advers. XL, 16. Sed illud, quod omnes cett. libri tuentur, est idem quod aves coronis ipsis innexas capiti imponere. 16. *canturiendo*] *cantitando* mg. A. Auo., quod verbo aptissimo temere substitutum merito aspernatur Scal.

1. *Daunia*] cf. Plin. N. H. III, 11, 16. Antonin. Lib. 31. Servius in Virgil. Aen. VIII, 9. *Appulia*] ed. vet. Ald. vg. *Apulia* Lind. minus bene, nescio unde ductum. 5. *Donaticae*] Scal. comparat donaticas hastas, quarum mentio fit apud Festum Qu. X, 17. p. 180, 30. v. optionatus. Sed hae militum ornamentum, illae athletarum. 6. *quum lares ornantur*] imaginum coronas fuisse maiores quam virorum, Scal. advocato Tertulliano de cor. 13. ostendit. 7. *Dotem*] cf. Varro de L. L. V. §. 175. Hesych.: *Δῶς*, *δόσις*, et *Δῶττις* (scribe *Δῶτις*, ut legitur in decreto Amphictyonum apud Boeckhium, Corp. Inscr. I. p. 805.), *δῶς*, *φέρνη*. *διδόναι*] Lind. *διδῶναι* vg. *didone* boni codd. 8. *Doliola*] v. Varro de L. L. V. §. 157. Liv. V, 40. Corrige Placidum p. 452. ap. Maium: *Delioca, locus depressus prope cloacam maximam, ubi appropinquantibus Gallis sacra quaedam Romani loco occulta defenderunt* (scribe *defoderunt*). 9. *ne despuere*] *ne despuere quidem* vg.: sed illud, quod omnes codd. et edd. vett. habent, Lind. recte defendit advocato Ruhnkenio in Rutil. Lupum p. 129. 10. *vocabulum*] codd. Lind. *vocabulo* vg., quod accusativus cum verbo utor constructus offendebat, quo infima aetas Latini sermonis aeque ac prima usa est. *utebatur*] boni codd. *utebantur* vg. Illud restituit Lind., qui passivum in Grammaticis frequens esse observat. Eadem de doli significatu Ulpianus in Digest. IV, 3 (de dolo malo), 1. §. 3., ut Goth. observavit. 12. *Dirus*] Glossaria Labb., ubi dirus explicant *θεοχόλωτος* et *ἐπάρατος*, hoc Verrii verbiloquium expressisse non dixerim. Servius in Virgil. Aen. III, 235.: *Sabini et Umbri, quae nos mala, dira appellant.* 13. *Derogare*] cf. Paulus p. 11. v. abrogare, et p. 61. v. exrogare. 14. *Dierectum*] *Diem rectum* non est nisi in codd. interpolatis, ut illo apud Barth. Advers. XL, 16. Apparet, Verrium locutionem eiusmodi interpretari voluisse, qualis ex Varrone affertur a Nonio p. 49, 26.: *Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem.* Alii dierectum rectius crucem interpretati sunt. 15. *Dirigere*] *Diribere* corr. Meursius Exercit. crit. II, IV, 15. in Opp. T. V. p. 706. d. et Crit. Arnob. III, 14. T. VI. p. 160, b., et sic in Plauti Curcul. III. v. 54. legit, non apta mutatione. *discidere*] boni codd. *discedere* vg. Lind. *discindere* corr. Scal., qui vidit versum in Curculione III, v. 54. intelligi, ubi *dissicit* legi solet. *Discidere* e codd. restituendum esse monuerunt Meursius l. l. Dac. Lind. Cf. Nonius p. 290, 5. 16. *Derunciunt*] boni codd. *Dirunciunt* vg. Lind. *Dirunciant* vel *diruncinant* coni. Dac. *Deruncinant* in Comment. ut legatur iubet Lind., recte fortasse, cum minus credibile sit, praeter verba runcare et runcinare fuisse etiam tertium aliquod runcire. 17. *Dirutum aere*] cf. Nonius p. 532,4. v. aere diruti, et Festus Qu. XIII, 21. p. 93, 21. v. resignatum aes.

Delicata dicebant diis consecrata, quae nunc dedicata. Unde adhuc manet **delicatus**, quasi lusui dicatus. **Dedicare** autem proprie est dicendo deferre.

Depuvere caedere. Lucilius: "Palmisque misellam Depuvit me", id est verberavit me, quod ipsum ex Graeco *ἀπὸ τοῦ παίειν*.

5 **Dedita** intelligitur valde data.

Deperire significat valde perire.

Δέῤῥεις Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus **segestria**.

Demum, quod significat post, apud Livium **demus** legitur. Alii demum pro dumtaxat posuerunt.

Denicales feriae colebantur, quum hominis mortui causa familia purgabatur. Graeci enim *νέκυν* mortuum dicunt.

10 **Deminutus capite** appellabatur, qui civitate mutatus est; et ex alia familia in aliam adoptatus; et qui liber alteri mancipio datus est; et qui in hostium potestatem venit; et cui aqua ignique interdictum est.

Dividicula antiqui dicebant, quae nunc sunt **castella**, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

(54) **Defrui** dicebant antiqui, ut **deamare**, **deperire**, significantes, omnem fructum percipere.

15 **Dividiam** discordiam.

1. *Delicata*] cf. annot. ad p. 52. v. dacrimas. *lusui*] *usui* Gu. *luxui* Ald. Sed nihil in hoc inepto etymologico lusu mutandum est. 1. 2. *Dedicare*] "Cf. Non. p. 280., ubi pro *dedicare* haud dubie legendum *delicare*, quod ipsum apud Paullum nostrum restituendum. Cf. etiam Nonium in *Delica* p. 98. et p. 277. Adde quae dixi ad Plauti Amphitr. II, 2, 38. et ad Milit. III, 2, 31." Ita Lind. De Nonio dubito, quoniam etiam vulgaris verbi dedicare forma ex antiquioribus scriptoribus, velut Lucretio, plane eliminari nequit. In Paulo autem *Dedicare* propter veriloquium adiectum mutari non potest. Particula *autem* monstrat, haec superioribus, ad expediendam verbi originem, subiuncta fuisse: quapropter Lind. ea non recte disiunxisse puto. Glossae Placidi p. 451.: *Deligare* (scribe *Delicare*) *deferre, quod et dedicare dicebant, pro commercio* (i. e. permutatione) *litterarum*. 3. *Depuvere*] *Depuvire* corr. Scal. At poterat etiam huius verbi, ut sexcentorum, antiquior forma esse tertiae coniugationis: puvio (pavio), puvi, puvere. Cf. Paulus p. 113. v. obpuviat. *Lucilius*] apud Dousam in inc. 88. p. 11. *Depuvit*] M. edd. vett. vg. *Depuviit* Gu. Lind. Illud praetuli propter infinitivum depuvere et statui, hexametrum priorem in voc. *misellam* exire. 3. 4. *ἀπὸ τοῦ παίειν*] Lind. *apo tu paein* (*pein* Gu.) boni codd. *est παίειν* vg. 5. *Dedita*] cf. p. 54. v. devitare, p. 55. v. despretus, p. 56. vv. deorata et deactio, p. 57. v. decultarunt, et quod statim sequitur deperire. 7. *Δέῤῥεις*] scripsi; id sibi volunt boni codd., Gu., in quo est *Derrhis*, et M., qui habet *Derhis*. *Δέρις* vg. *Δέῤῥις* Lind. In navium armamentis *δέῤῥεις* recensentur a Polluce I, 9, 120. *segestria*] cf. Varro de L. L. V. §. 166. Glossar. Labb.: *Segestrum*, *στέγαστρον*, *τεράδερμον* (*γεράδερμον* coni. Scal. in Festum, *στεγάδερμον* Casaub. in Sueton. Aug. 83.: neutrum satisfacit), *διφθέρα πλοίου*. 8. *pro dumtaxat*] Verrius primus huius consuetudinis testis est; nam alioquin inferiori aetati tribuitur. V. Hand. in Tursellino T. II. p. 258. 9. *Denicales*] *Denecales* A. Auc. in mg., cum signo emendatae lectionis: quo nomine infra in privatis feriis recensentur a Festo Qu. XII, 12. p. 52, 27. *νέκυν*] vg. Lind. *nekin* M. Gu. 10. *Deminutus*] vg. Lind. e bonis codd. *Diminutus* ed. vet. Ald. *appellabatur*] *appellatur* M. ed. vet. *civitate mutatus est*] "Fortasse scribendum *multatus est*" Lind., non recte; nam civitate apud Romanos nemo multabatur; mutari autem civitate (ita Latine dicitur, v. Cic. pro Balbo 13, 31 sqq.), satis constat, neminem potuisse sine media capitis deminutione. Mediam enim capitis deminutionem patitur, qui sola civitate amissa libertatem servat (v. Ulpiani fragm. 11, 12. Gaii Instit. I, 161.); qui autem civitate mutabatur, is non poterat non amittere Romanam, cum duarum civitatium civis esse iure civili nemo posset (Cic. pro Balbo 11, 28.). De reliquis moneo, capitis deminutionis species a Paulo parum discerni, et exempla sine certo ordine et temere enarrari. 11. *potestatem*] Lind. e bonis codd. *potestate* deterior cod., ut vg. 12. *castella*] v. imprimis Vitruv. VIII, 7. IX, 6. X, 12. Hesychius: *Κάστελλος, ὄνομα τόπου ἄνω φέροντος καὶ κάτω φέροντος καὶ μεριζόντος τὸ ὕδωρ.* 14. *Defrui*] cf. p. 56. v. deactio. 15. *Dividiam*] cf. Varro de L. L. VII. §. 60. Nonius p. 101, 19. v. dividae (scr. dividiae) et 96, 22. v. dividia. Glossar. Labb.: *Dividia*, *διχόνοια*, et: *Dividua*, *ἐπιχωρῆ*, quod adiectivum esse puto cognatum cum illo substantivo dividia. Ceterum, cum ipsa Plauti aliorumque poetarum, quos grammatici laudant, verba attente consideramus, intelligimus **dividiam** dictam esse pro taedio et aegritudine mentis, **dividias** de dissensione. Nam quae Fulgentius, qui dicitur, p. 564. v. dividias e Propertio affert, fidem habent planc nullam.

Deversus dicebant deorsum versus.

Deinceps, qui deinde coepit, ut **princeps**, qui primum coepit.

Deus dictus, quod ei nihil desit, vel quia omnia commoda hominibus dat; sive a Graeco δέος, quod significat metum, eo quod hominibus metus sit. Sed magis constat, id vocabulum ex Graeco esse dictum, aspiratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat. 5

Dium antiqui ex Graeco appellabant, ut a deo ortum et diurnum sub coelo lumen, ἀπὸ τοῦ Διός. Unde adhuc **sub diu** fieri dicimus, quod non fit sub tecto, et **interdiu**, cui contrarium est noctu.

Devitare valde vitare.

Demagis pro minus † antiqui dicebant.

Denariae cerimoniae dicebantur et **tricenariae**, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis 10 quibusdam rebus carendum erat.

Decrepitus est desperatus crepera iam vita, ut crepusculum extremum diei tempus. Sive decrepitus dictus, quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest crepitum.

Decimanus appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum; alter ex transverso currens appellatur **cardo**.

Decumana ova dicuntur et **decumani fluctus**, quia sunt magna. Nam et ovum decimum maius nascitur, et 15 fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Deprensa dicitur genus militaris animadversionis, castigatione maior, ignominia minor.

Decima quaeque veteres diis suis offerebant.

Decuriones appellantur, qui denis equitibus praesunt.

Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant. 20

Degunere degustare.

Decures decuriones.

Depubem porcum lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri.

2. *Deinceps*] cf. p. 56. v. deincipem. *coepit*] Lind. et omnes, ut videtur, codd. *cepit* vg. 3. *δέος*] cf. Lucret. de R. N. V, 1160. 4. *ex Graeco*] boni codd. Lind. *ex Graeco θεὸς* vg. 6. *Dium*] cf. Varró de L. L. V. §. 66. 6. 7. *sub diu*] boni codd. Lind. *sub divo* deteriores codd. *sub dio* vg. Illud apud Plautum legitur in Mostell. III, 2, 77. *fit*] M. Ald. *sit* vg. Lind. e Gu. et aliis deterioribus codd. 9. *minus*] *nimis* corr. Dac. Goth., ac certe *minus* verum non esse, iam Scal. monuerat, collato Nonio p. 98, 19. et Glossar. Labb.: *Demagis*, σφοδρῶς. *antiqui dicebant*] *dicebant antiqui* Lind. e solo Gu. 10. *Denariae*] cf. Festus Qu. XII, 21. p. 61, 4. v. purimenstrio. *diebus*] mg. A. Aug. et cod. Berolinensis, uterque puto ex correctione, sed verissima. *rebus* cett. 12. *Decrepitus*] cf. Nonius p. 13, 15. v. crepera. Glossar. Labb.: *Decrepitus*, ὑπέργηρος, τετυμβωμένος, ἐφθός, γέρων ταχυθάνατος, ἐκπεπνευκώς. Placidi Glossae p. 454.: *Decrepiti, non qui a senectute avulsi sunt, sed qui iam crepare desierint, id est loqui cessaverint.* *crepera*] cf. Paulus p. 40. v. creperum. 14. *Decimanus*] boni codd. Lind. *Decumanus* vg. Cf. Columella III, 20. IV, 20. XII, 43. Plin. N. H. XVII, 22, 35. §. 169. XVIII, 34, 77. §. 331. Palladius III, 9. 18. Hyginus ap. Goesium A. F. R. p. 150. Siculus Flaccus apud eundem p. 15. 15. *Decumana*] cf. Paulus p. 4. v. Albesia. Placidi Glossae p. 452.: *Decumanae, maximae, a fluctu decimo.* 15. 16. *fluctus decimus*] ita Ovidius M. XI, 530. Trist. I, 2, 50. et alii poetae. 17. *Deprensa*] poena puto ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensorum. *Depensa* coni. Goth., sine iusta caussa. Philoxeni glossam: *Depensi* ὑπερεκτίσεως, ab hac re alienam arbitror. 18. *diis suis*] uni Herculi id factum esse, obiicit Paulo Scal. Sed ille *veteres*, non antiquos tantum Romanos posuit. 19. *Decuriones*] cf. Varro de L. L. V. §. 91. 20. *Depolitum*] nisi fallor de perfecta agri cultura dictum est. Cf. Varro apud Nonium p. 66, 29. et Lex. rusticum vv. politio et politor. 21. *Degunere*] apparet voc. gustus participium esse antiquioris verbi guno. Frustra A. Aug. in mg. coni. *degumare*, et Scal. in Coniect. in Varr. de L. L. p. 80, 25. (p. 151.) *degumiare*, quod si fuisset verbum, non degustare, sed devorare significare debebat. Glossar. Labb.: *Degunere*, ἀπογεύσασθαι καὶ συγνῶσαι (συγγεῦσαι). 22. *Decures*] eadem iterum leguntur p. 57. (v. Praef. II, 2.). Cf. etiam p. 38. v. centurionus. 23. *Depubem*] cf. p. 28.

Decotes togae detritae.

(55) **Dictynna** Diana, quam esse lunam putabant, dicta, quod fulgore suo noctu omnia ostendat.

Deblaterare est stulte loqui. Nam Graeci *βλάκας* stultos appellant.

Dicaearchia vocabatur, quae nunc Puteoli, quod ea civitas quondam iustissime regebatur.

5 *Δῆμοι* apud Atticos sunt, ut apud nos pagi.

Dice pro dicam antiqui posuere.

Decermina dicuntur, quae decerpuntur purgandi causa.

Disertiones divisiones patrimoniorum inter consortes.

Dispensatores dicti, qui aes pensantes expendebant, non adnumerabant, Hinc deducuntur **expensa** sive **dispen-**
10 **sata** vel **compensata**. Item **compendium**, **dispendium**, **assipondium**, **dupondium**.

Dispescere est proprie pecus a pastione deducere, ut **compescere** una pascere et in uno loco continere.

Despretus valde spretus.

Desivare desinere.

Dissulcus porcus dicitur, quum in cervice setas dividit.

15 **Disertus** a disserendo dictus.

Dignorant, signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus.

Disertim pro diserte dixerunt antiqui.

Distisum et **pertisum** dicebant, quod nunc distaesum et pertaesum.

v. biseta et p. 55. v. dissulcus. Glossae Isidori: *Depubis, porcus sugens q . . . . a setis.* Fortasse fuit: *qui nondum bisetus, dictus a setis.*

1. *Decotes*] "L. m. addit: *Decotes, Decuriones.*" Urs. Sed nullus ex iis, quos Lind. contulit. *Decutes*, quasi sine cute, alios scripsisse refert Goth. Ita Lipsius Elect. I. in Opp. T. I. p. 259. 2. *suo*] ed. vet. Ald., ut vg. Lind. om., caussa non addita. *ostendat*] nimirum a verbo *δεικνύναι*: aliter mythographi Graeci. 3. *Deblaterare*] *Deblacterare* ed. vet. vg., quod Lind. non annotavit. Cf. p. 28. v. blatero. Nonius p. 96, 9. v. deblaterare. *βλάκας*] vg. Lind. *blacas* boni codd. 4. *Dicaearchia*] Lind., ut mg. A. Aug. *Dicearchia* vg. Cf. Paulus p. 91. v. minorem Delum. 5. *Δῆμοι*] A. Aug. in mg. Lind. *Demoe* codd. ut vg. 6. *dicam*] Gu. deteriores codd. A. Aug. in mg. *dic* M., ut vg. Illud iure praetulit Lind., sed non iustam ob caussam. "Vult enim, opinor", ait, "hoc dicere Festus, *Dicis* vocabulo veteres usos fuisse pro *Dica* i. e. *δίκη*." At comparatis iis, quae in annot. ad p. 22. v. attinge apposui, liquet, *dice*, abiecto M a terminatione verbi *dicem*, pro *dicam* a Catone aliisve vetustis scriptoribus usurpatum esse: id quod Scal. iam viderat, in eo tantum falsus ille, quod *dicem* ut legeretur postulabat. Recte etiam Placidus p. 452.: *Dice, dicam.* 7. *Decermina*] a carpendo, ut amentum ab apiendo, omentum ab opimo, gluma a glubendo, glomus a globo. 8. *Disertiones*] vg., ut Ald. *Desertiones* Lind., e bonis codd. ut videtur. Sed illud propter sensum verbi praetuli. Turnebus in Advers. III, 11. et Urs. legendum censent *Disortiones*, et Scal. confert e Gloss. Labb.: *Dissortes*, *διακληρωθέντες*, et *Dissortium*, *διαχωρισμός*, *διάστασις*. Idem tamen illam voc. formam ita tuetur, ut E pro O archaistice dictum sit, ut in voc. Apello pro Apollo. Mihi autem E eadem plenioris vocalis infractione ortum videtur, quae obtinuit in voce. temperi et tempestas a tempore. 9. *Dispensatores*] cf. de ea re Varro de L. L. V. §. 183. Plin. N. H. XXXIII, 3, 13. §. 42. 43. Gaius Instit. I. §. 122. Isidor. Origg. XVI, 25, 3. Paulus p. 116. v. pendere poenas. *qui*] *quia* ed. vet. 11. *Dispescere*] cf. p. 31. v. compescere. 12. *Despretus*] cf. p. 53. v. dedita. 13. *Desivare*] *Desinare* mg. A. Aug. et cod. Berolinensis, quod e coniectura mutatum esse apparet. Ita etiam Gifanius in ind. Lucretii v. lavere. A desinendo ortum est adiectivum nomen desivus, ut oblivio ab oblinendo; hinc desivare. Quae in Gloss. Labb. sunt: *Desinator* (scr. *Desivatus*), *ἀβοήθητος*, et *Diesuatur* (*Desivatur* corr. Scal.), *βοηθεῖται* (scr. *οὐ βοηθεῖται*): inde coniicere licet, *Desivare* dictum maxime esse de sociis a societate deficientibus. 14. *Dissulcus*] cf. p. 28. v. biseta. Quod est in Gloss. Labb.: *Disulcis*, *χοῖρος διαιτής*. *διαιλής*, Scal. e Paulo optime corr.: *χοῖρος διχαιτής*. 16. *Dignorant*] a gnorus i. q. *γνώριμος*. Glossar. Labb.: *Dignorat*, *ἀναστίζει*, et: *Dicorat* (quod Scal. emendat: *Dicnorat*), *διαγινώσκει*. 17. *Disertim*] plura de hoc voc. Nonius p. 509, 22. v. diserte. 18. *Distisum*] cf. Festus Qu. XI, 2. p. 34, 4. v. pertisum.

Delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo.
Delicia est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigatum collocatur; unde **tectum deliciatum** et **tegulae deliciares**.
Degere antiqui posuerunt pro exspectare.
Deteriae porcae, id est macilentae. 5
Delibare aquam sulco derivare.
Delicare ponebant pro dedicare.
Deliquium solis a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo.
Delinquere est praetermittere, quod non oportet praeteriri; hinc **deliquia** et **delicta**.
Deliquum apud Plautum significat minus. 10
Detudes esse detunsos*, deminutos. (56)
Delaniare est discindere et quasi lanam trahere, unde **lacinia** et **lanius** dicitur, qui pecus discindit.
Delapidata lapide strata.
Dextans dicitur, quia assi deest sextans, quemadmodum duodeviginti et deunx.
Deluit solvit, a Graeco *διαλύειν*. 15
Dilectus militum, et is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.

1. *Delubrum*] conspirat cum nostro Masurius Sabinus apud Servium in Virgil. Aen. II, 225. cf. IV, 56.: adversatur Pseudo-Asconius in divinationem §. 3.: *Sunt etiam, qui delubra ligna delibrata, id est decorticata, pro simulacris deorum more veterum posita existiment, sed male.* Saltem non minus docte, quam quae alii etymologi in eo voc. explicando luserunt. V. etiam Fronto de differ. vocc. p. 471. ed. Francof. 2. *Delicia*] Non aliae esse videntur *deliquiae* apud Vitruvium VI, 3., ut colliciae etiam colliquiae dicuntur. Quanquam utrinsque voc., non affirmaverim, originem esse eandem: nam deliciae, ut aquaelicium (v. Paulus p. 3.), ut elices et inlices (v. p. 84.) ab antiquo verbo LACIO (v. p. 23. v. allicit), deliquiae autem a liquando descendunt. Verumtamen, cum forte horum verborum significatus in eadem re congrueret, atque syllabae *ci* et *qui*, quod in multis vocc. permutabantur (v. annott. ad p. 9. v. acupedius, et p. 9. v. aquipenser), nullum facere possent discrimen: factum est, ut ii vocabulorum rivi e diversis fontibus orti in unum quasi alveum confluerent. *fastigatum*] boni codd. vg. LIND. *fastigium* deteriores duo codd. et mg. A. AUG. *versus fastigatum* ita interpretor, ut idem sit quod versus declivitatem tecti. 3. *tegulae deliciares*] quae sunt supra *tegulas colliciares* (*κεραμίδας λεοντοκεφάλους* dicebant Attici), quas Cato de R. R. 14. memorat. 4. *Degere*] DAC. mavult legere *degerere* (ut cod. C. Barthii habet, Advers. XL, 17.), sine iusta caussa, nam ut desidere otiosam sessionem, ita de-agere actionem sine fine continuatam significare poterat. *exspectare*] *expectere* coni. Lipsius in Epist. Qu. III, 20. p. 183. et in Elect. II, 21. p. 336., collato Nonio v. degere (p. 278.). At quanquam degere est etiam detrahere, non video quomodo rarissimo illo verbo expectere explicari possit. 6. *Delibare*] boni codd. LIND. *Delibrare* vg. Hoc a libramento aquarum, de quo multa Vitruvius, ducitur: illud a Graeco *λείβειν* derivatur. Dacerio unice placet, quod in Mss., nescio quibus, esse dicit, *Delirare*: sed huius verbi alius est significatus. *Delimare*, i. e. in limum seu obliquum ducere, coni. Barth. Advers. XL, 16. 7. *Delicare*] cf. p. 53. v. delicata. 8. *Deliquium*] v. Gellius Annal. apud Serv. in Virgil. Aen. IV, 390. Glossar. Labb.: *Deliquium, ἔκλειψις ἡλίου.* 9. *Delinquere*] cf. Servius l. l. *deliquia*] *delinquia* GU., sed neque hoc, neque *delinquio* nomen apud Gellium Annal. l. l., me iudice, defendi potest. Quod e Glossis Labb. excitatur a GOTH.: *Deliquiunt, ἀποτήκουσιν, μειοῦσιν*, ductum est ab alia plane origine, non a linquendo (*λιπεῖν*), sed a liquido sive liquore (*λίπα*). Glossar. Labb.: *Delicuum, πτατόμα*, quod puto fuisse *Deliquium*. 10. *Deliquum*] v. Plaut. in Casina II, 2, 33. SCAL. postulat, ut quatuor syllabis scribatur *Delicuum*. At deliquum sive deliquom non minus sanum est. 11. *Detudes*] Glossar. Labb.: *Detudes, μιανθέντες*, quod *μειωθέντες* fuisse coni. Vulcanius. *detunsos*] vg. LIND. *detonsos* boni codd. edd. vett. Cf. lect. var. ad v. defrensam, paulo inferius. 12. *Delaniare*] LIND., e bonis codd., ut videtur. *Dilaniare* vg. *discindere*] *decedere* M. Fortasse *descindere* scriptum fuit. *lacinia*] *lanicna* mg. A. AUG.: male. *discindit*] vg. LIND. *discedit* M. *discidit* GU. 13. *Delapidata*] Glossar. Labb.: *Delapidata, λιθόστρωτα.* 14. *Dextans*] cf. Varro de L. L. V. §. 172. et Paulus p. 27. v. bessem. 15. *Deluit*] Glossar. Labb.: *Deluo, καταπλύνω· ἀπολούομαι.* Sed haec non e Festo petita sunt. *διαλύειν*] vg. LIND. *dialyin* boni codd. 16. *Dilectus*] boni libri, vg. LIND. *Delectus* Ald. "Ita semper, non de-

Deliberare a libella, qua quid perpenditur, dictum.
Detrectare est male tractare.
Dextimum et **sinistimum** antiqui dixerunt.
Dextra auspicia prospera.
5 **Dextrarum tibiarum** genus est, quae dextra tenentur.
Diobolares meretrices dicuntur, quae duobus obolis ducuntur.
Dies dictus, quod divini sit operis, sive ab Iove, eius, ut putabant, rectore, qui Graece *Δία* appellatur; sive quod aer diurnus dehiscat in candorem.
Diabathra genus solearum Graecanicarum.
10 **Deorata** perorata.
Deactio peractio.
Dianius locus Dianae sacratus.
Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio. Dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.
15 **Dium**, quod sub coelo est extra tectum, ab Iove dicebatur, et **Dialis flamen**, et **Dius** heroum aliquis ab Iove genus ducens.
Defrensam detritam atque detunsam*.

lectus, in veteribus libris est. Sic in Pandect. Florent. titulo de re militari, cap. 4. Ita etiam scribendum est, titulo communi divid. cap. 20., ubi delictum scripserunt. (Plura exempla e Digestis affert Goth.) Vide *Lacus Lucrinus* (ap. Paulum p. 90.: sed ibi res incerta est) et *Neclegens* (ap. Festum Qu. IX, 12. p. 12, 13.)" A. Aug. Etiam apud Varronem de L. L. VI. §. 66. p. 243. ed. Speng. boni libri habent *dilectus*. Glossar. Labb.: *Dilectus, ἀγαπηθεὶς καὶ στρατολογία*, plane ut Festus.

1. *Deliberare*] alia de eo voc. Nonius p. 282, 8. 429, 18. 2. *Detrectare*] *Detractare* libri deteriores, quod non raro eum habet significatum. 3. *Dextimum*] cf. Nonius p. 94, 27. 4. *Dextra . . . prospera*] at v. Festus Qu. XV, 13. p. 145, 1. v. sinistrae aves, et Qu. XV, 25. p. 157, 19. v. sinistrum. 5. *Dextrarum*] cf. Paulus p. 81. v. impares tibiae. De his Dac. unice probat, quae Salmasius disputavit ad Vopisci Carin. 19. T. II. p. 826. cf. Exercit. Plin. p. 86. Sed ea non omnem scrupulum dubitantibus exemerunt. 6. *Diobolares*] cf. Varro de L. L. VII. §. 64. Haec explicationi voc. *dies* postposita invenio in ed. vet. Ald. 7. *ab Iove*] M. vg. *a Iove* Lind. e Gu. *Diove* in deterioribus ex interpolatione ortum est. Iovem et diem eiusdem esse originis, antiqui, quanquam imperfecta tum et incondita arte etymologica, intellexerunt. V. imprimis Varro de L. L. V. §. 66. Macrob. Sat. I, 15. Lind. quod dicit, *Ζεὺς* ortum esse ex *Διὸς*, ut *Δεύνυσος* ex *Διόνυσος*, non plane approbare possum. Nam cum primitiva forma nominis fuerit DJU, et Graecum *Z* pro DJ ponatur, apparet radicem *ZV* in *Ζεὺς* eadem lege esse productam, ac *ZVΓ* in *ζεύγνυμι*. In *ΔΙΡΟΣ* autem, quod est *Διός*, consonantium et vocalium ratio permutata est. 9. *Diabathra*] cf. Varro de L. L. VII. §. 53. 10. *Deorata*] cf. p. 53. v. dedita. 12. *Dianius*] *Dianium* coni. Scal., ut est apud Liv. I, 48.: probabiliter, quoniam Paulus saepius neutra pro masculinis, masculina pro neutris habuit. V. annot. ad p. 36. v. cassiculum. Possis tamen etiam *locus* refingere in *lucus*. 13. *Diffarreatio*] Glossae Isidori: *Diffarreatio, dissolutio inter virum et foeminam.* Tertius testis huius caeremoniae est titulus apud Marinium *Iscriz. Alb.* p. 143. (Orell. n. 2684.): *Centenario consiliario Aug., sacerdoti confarreationum et diffarreationum, adsumpto in consilium ad HS. LX. M. N. iurisperito.* *quo*] Lind. e bonis codd. *quod* vg. *quom* aut *quo* scribi iusserat Dac. *dissolutio.*] Distinctionem omisit Lind. 15. *Dium*] cf. Varro de L. L. V. §. 66. et superius dicta p. 54. v. dium, et p. 56. v. dies. *ab Iove*] M. ut vg. *a Iove* Lind. e Gu. V. Praef. IV, 3. *Dius*] Per caliginem, Pauli inscitia huic loco offusam, dispexit Scal., dictum fuisse de Dio Fidio, idque clarissime comprobatur comparato Varrone V. §. 66. Placidi Glossae p. 452.: *Dium fidus* (scr. *Dius fidius*), *Iovis filius.* 17. *detunsam*] Ald. *detonsam* boni codd. vg. Lind. Idem est vitium, quod supra v. detudes ab aliis correctum est. Frendere autem, quod Festus saepius interpretatur frangere (v. p. 68. v. frendere, et Qu. IX, 11. p. 11, 14. v. nefrendes), quomodo idem esse possit quod tondere, non assequor. Nihilo secius admodum vetustam esse eam corruptelam, ostendunt Glossar. Labb., in quibus est: *Defrensa*, *ἄρουρα θερισθεῖσα*, *ἄρουρα τεθερισμένη*, et: *Defrens ἄρουρα, θερισμός.* Rectius Placidus in Glossis p. 452.: *Defresum, detritum, unde adhuc fresa faba, quae obtrita frangitur.*

Deinde compositum est ex praepositione et loci significatione, ut **exinde**, **perinde**, **proinde**, **subinde**, quae item tempus significant.

Diox genus piscis frequens in Ponto.

Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum.

Diomedis campi in Appulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. 5

Diomedia insula, in qua Diomedes sepultus est, excedens Italia. (57)

Depontani senes appellabantur, qui sexagenarii de ponte deiiciebantur.

Desiderare et **considerare** a sideribus dici certum est.

Decures decuriones.

Defomitatum a fomitibus succisum, quibus confoveri erat solitum lignum. 10

Depeculatus a pecore dicitur. Qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur.

Decultarunt valde occultarunt.

Decalicatum calce litum.

Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum Summani.

Dicassit dixerit. 15

LIBER V.

Elucum significat languidum ac semisomnum, vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, sive halonem, id est hesterno vino languentem, quod ἕωλον vocitant Graeci.

3. *Diox*] *ἰώψ· ἰχθὺς ποιός* apud Suidam comparat Doederlin. Synon. et Etym. VI. p. 103. 4. *Deincipem*] cf. p. 54. v. deinceps. Appuleium, annotatur, eo adiectivo uti. 5. *Diomedis campi*] haec, coniicio, ad explicandum Marcianum carmen posita esse, in quo erat: *Amnem Troiugena Cannam Romane fuge: ne te alienigenae cogant in campo Diomedis conserere manus.* V. Liv. XXV, 12. Cf. Paulus p. 52. v. Daunia. 6. *Diomedia*] M. *Diomedea* cett. 7. *Depontani*] nota sunt de hoc more antiquitatis testimonia, Varronis apud Nonium p. 86, 20. v. carnales, et p. 523, 21. v. sexagenarios, unde apparet, Varronem de vita P. R. sententiam, quam in satira Sexagesi professus erat, mutasse, Ciceronis pro S. Roscio 35., Ovidii F. V, 625., Macrobii Sat. I, 5., Plutarchi Qu. Rom. 32., et ipsius Festi Qu. XV, 7. p. 143, 16. v. sexagenarios, ex quo intelligitur, Verrium pariter ac Varronem, fabula illa de ponte Tiberino repudiata, depontanos eos habuisse, qui in suffragiis ferendis de ponte deiecti essent. 8. *Desiderare*] cf. p. 33. v. considerare, et p. 122. v. praesiderare. 10. *Defomitatum*] vg., quod verum sit necesse est, si Pauli interpretatio vera est. *Defomicatum* Lind., nulla indicata variatione. *Deformicatum* ed. vet. mg. A. Aug. Cf. p. 63. v. fomites. Placidus p. 463.: *Formitat, formitibus exassulat.* Corrige: *Fomitat* et *fomitibus.* Glossar. Labb.: *Defomo* (ita Mss.), *ἀποπελεκῶ.* Corrige: *Defomito.* 11. *pecore*] *peculatu* corr. Scal., qua mutatione non opus est. Cf. Festus Qu. XII. p. 45, 13. et Qu. X, 29. p. 186, 18. v. peculatus. Glossar. Labb.: *Depeculatio, νοσφισμὸς δημοσίων χρημάτων.* Lucilii faceti versus apud Nonium p. 97, 7., suadeo, ne sine necessitate immutentur. Bene se habent hi tetrametri: *Depoculassere aliqua sperans me ac deargentassere, Decalauticare, eburno speculo depeculassere,* quod attinet ad numeros, et sententia aperta; loquitur mulier de muliere, quae ipsam poculo, argenteis vasis, calautica, eburneo denique speculo spoliare voluerit. 12. *occultarunt*] ita codd. deteriores sive correcti, item vg. et Lind. *occuparunt* boni codd. 13. *Decalicatum*] cf. p. 36. v. calicata, et p. 45. v. calicatis. *Decalecatum* corr. Salmas. Exerc. Plin. p. 868., col. 1. b.: qua antiquiori voc. forma non video cur opus sit. Glossae Isidori: *Decalco, dealbo.* Placidus p. 453.: *Decalcatis, de calce ablatis.* Scr. *albatis.* *litum*] *politum* liber Basileensis, teste Barthio, Advers. XL, 16., quod non indocto librario debetur. 14. *Dium*] cf. Plin. N. H. II, 53. Festus Qu. XI, 5. p. 37, 1. v. provorsum. Glossar. Labb.: *Fulgurium* (*Fulgur Dium* corr. Casaub. in Sueton. Aug. 29.), *κεραυνοβόλιον ἡμερινόν*, et: *Fulgur submanum, κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωΐ νυκτερινόν*, voc. origine male intellecta. 15. *Dicassit*] cf. p. 53. v. dedicare.

17. *Elucum*] hunc et alucinatorem etiam Cloatius Verus apud Gellium XVI, 12. ad eandem originem refert, Graecum verbum *ἀλύειν.* Cf. p. 21. v. alucinatio. p. 75. v. helucum. *alucinatorem*] boni codd.

Emere, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere.
Elices sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.
Ennam etiamne.
Elaudare plus quam nominare.
5 **Elecebrae argentariae** meretrices ab eliciendo argento dictae.
Electabo eliciam.
Enunquam ecquando.
Emussitata ad amussim facta.
Endoitium initium.
10 **Em** tum.
Empanda paganorum dea.
Emem eundem.
Elumbum evulso lumbo.
Elinguem sine lingua.
15 **Elacatena** genus salsamenti, quod appellatur vulgo melandrea.
Enubro inhibenti.
Elixa a liquore dicta.

et Lind. *allucinatorem* vg. *halonem*] voc. hoc significatu semel tantum lectum. 18. *hesterno*] codex Lipsiensis, ut vg. et Lind. *externo* boni codd. edd. vett.

1. *Emere*] cf. p. 5. v. abemito. 2. *Elices*] cf. supra p. 55. v. delibare, et infra p. 84. v. inlex, etiam annot. ad p. 23. v. allicit. Glossar. Labb.: *Elix*, ἀναπνοὴ ὀχετοῦ (sed hoc aliud est atque sulcus aquarius), et: *Elicatores*, ὑδροσκόποι, et: *Elicies*, ἀγωγή. 3. *Ennam*] *En iam* coni. Turneb. Advers. III, 5., et Lind. in comment., qui *En* particulam interrogativam esse vult. Idem tamen inferius, ad voc. necerim, p. 521. *enam* verum sibi videri professus est, quod antiquius esse putat quam *enim*, sed ab eadem pronominum stirpe ductum. Quidni statuimus, nulla litera mutata, *ennam* ad eundem modum compositum esse, ut enunquam et quidnam? Idem sentit V. D. in Ephemer. Antiquit. 1836. p. 1019. 5. *Elecebrae argentariae*] utrumque voc. efficit huius articuli lemma: quoniam Plauti verba explicantur in Menaechm. II, 3, 26., ut Scal. observavit. 6. *Electabo*] et hoc Plauti est, in Asinar. II, 2, 29. 7. *Enunquam*] apud Plautum saepe legitur, sed etiam apud Terentium, Virgilium, Livium. V. Hand. Tursellin. T. II. p. 371. Glossar. Labb.: *Enunquam*, εἴποτε, καί ποτε (scr. καὶ πότε). Placidi Glossae p. 461. ed. Mai.: *En unquam, et quando.* Scribe: *ecquando.* 8. *Emussitata*] etiam hanc glossam Plautinam esse, interpretes viderunt, eamque spectare ad Militem Glor. III, 1, 37., quanquam ibi etiamnum legitur: *Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles*, spreta fide et bonorum codd. et Grammaticorum antiquorum, Festi et Nonii p. 9, 12. v. examussim. Quid autem prohibet, quominus ab eadem origine duplex nomen, amussis et emussis, deductum esse credamus? Placidus p. 461.: *Emussitatos*, *musim* (scr. *ad amussim*) *exactos.* 9. *Endoitium*] cf. p. 58. vv. endoplorato, et endo procinctu. In Glossar. Labb. sunt, ut monet Goth., endoclusa, endopicus, endopesciscas, endodecarit, endofestabat, endoribunum. 10. *Em*] hanc glossam, quae vg. omittitur, addidit Lind., receteque eam tuetur. Nam *em* accusativus casus est pronominis is, ut *tum* demonstrativi *TOΣ*. 11. *Empanda*] hoc nomen alias non repertum: Pandam memorat Varro apud Gell. N. A. XIII, 22, 4., idque nomen explicat (id vidit non Dac. primus, sed Scal. in Coniect. in Varron. de de L. L. 49, 9. (p. 80.)) idem Varro de Vita P. R. apud Nonium p. 44, 7. v. pandere. Glossar. Labb.: *Panda*, εἰρήνης θεός. 12. *Emem*] est geminatum *em*. Graecis in Sicilia fuit αὐτὸν *em*, αὐτὰν *emem*. 13. *Elumbum*] codd. et edd. vett. Lind. *Elumbem* vg. 15. *Elacatena*] accusativo casu positum est, quem Paulus, ut saepe, pro nominativo habuisse videtur. V. annot. ad p. 7. v. alveolum. Graecis est ἐλακατήν, Plinio plurali numero helacatenes, N. H. XXXII, 11, 53. §. 149. *melandrea*] Gu., Lind. *malandrea* M., ut vg. *melandria* mg. A. Aug. Varro rectius *melandrya* (*melanderya* cod. Florentinus), de L. L. V. §. 77. 16. *Enubro*] i. q. inebro. V. Paulus p. 81. v. inebrae. E Glossis Scal. affert: *Enibra* ἐνυστία, *Embrum*, πράγματος ἐπιλαβής (*Enibrum*, πράγματος ἐπιλαβές corr. Scal.), *Enibor picus*, ὄρνις ποικιλά, *Inebra*, ὀρνεον μαντευτικόν. Haec omnia apud Labbaeum reperiuntur, nisi quod voc. *picus* ibi omissum est. 17. *Elixa*] non aliter Varro de L. L. V. §. 109.

gloss. ap. Mai a. 1. VII p. 580: endoploratio implorato.

Endoplorato implorato, quod est cum questione inclamare. **Implorare** namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis. (58)

† **Endo procinctu** in procinctu: significat autem, quum ex castris in proelium exitum est, procinctos, quasi praecinctos atque expeditos. Nam apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur.

† **Emptivum militem** mercenarium.

Emancipati duobus modis intelleguntur, aut ii, qui ex patris iure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii; quorum utrumque fit mancipatione.

Eum antiqui dicebant pro eorum.

Em pro eum, ab eo, quod est is.

Egeriae nymphae sacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.

Escariae mensae quadratae vocantur, in quibus homines epulantur. **Anclabris** ea, quae † in sacrificando diis anclatur, quod est hauritur ministraturque.

Escit erit.

Eapse ea ipsa.

Evelatum eventilatum, unde **velabra**, quibus frumenta ventilantur.

Egens velut exgens, cui ne gens quidem sit reliqua.

Eiuratio significat, id, quod desideretur, non posse praestari. Plautus: "Eiuravit militiam."

Everriator vocatur, qui iure accepta haereditate iusta facere defuncto debet; qui si non fecerit, seu quid in ea re

1. *Endoplorato*] cf. annot. ad p. 57. v. endoitium. Glossar. Labb.: *Endoplorato, ἐπικάλεσον.* Non est vero dissimile, verbum e XII tabulis sumptum esse. *quod*] ed. vet. Ald. vg. *id* Lind.: nescio unde ductum. 3. *Endo procinctu*] v. annot. ad p. 43. v. classis procincta. In Glossar. Labb. quae leguntur, *Endo ἐνεὶς, ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ*, Scal. auctore, ita redintegranda sunt: *Endo, ἐν, εἰς. Endo procinctu, ἐζωσμένοι εἰς πόλεμον.* *in procinctu*] M., ut vg. om. Lind., ut cett. codd. Ita particula *autem*, non intelligitur, quam oppositionem significet. 4. *incincti*] boni codd. vg. Lind. *succincti* deteriores codd., cod. Barthii, Advers. XLI, 12., mg. A. Aug. Illud cinctus Gabini formam bene declarat. V. Liv. VIII, 9. *succincti* autem inde ortum est, quod extrema voc. *togis* litera sequenti voc. adhaesit; nam iidem codd. omnes *toti* habent. *pugnitasse*] boni codd. Lind. *pugnasse* vg. 6. *intelleguntur*] M. *intelliguntur* cett. *dominii*] M. vg. Lind. *domini* cett. codd. Intelligitur etiam serviles personas, quae alicui mancipabantur, emancipatas dictas esse a priori domino. Huius autem consuetudinis dicendi non Icti, sed Plautus et Cicero vestigia servant. Singulare est, quod legitur in Isidori Glossis: *Emanceps, famulus a servitute liberatus.* 9. *Em*] cf. p. 57. v. emem, et p. 77. v. im. 10. *Egeriae nymphae*] non alii, puto, quam quae ad portam Capenam in nemore Camenarum colebatur. *conceptam alvum*] *conceptum* mg. A. Aug. *conceptum alvo* corr. Turneb. Advers. III, 5. Mihi illud ita defendi posse videtur, ut alvus pro infante nondum nato habeatur, ut ventrem Praetor in possessionem mittit. 11. *Escariae*] cf. Varro de L. L. V. §. 118. Sed hic mensam escariam narrat *cillibam* dictam esse; Paulus nisi in excerpendo erravit, ipsum *escariae* nomen id genus mensarum significavit, ut vasa dicuntur *escaria*. V. Iuvenal. XII, 46. Similitudo eorum, quae Hesychius habet: *ἰσχάραι . . . ἐξῶστραι τετράγωνοι*, est fortuita, si quid video. *Anclabris*] cf. p. 10. v. anclabris. *quae*] *qua* liber ms. Ursini, ut Guelferbytanus alter. Quae lectio ut est correcta, ita non satis emendata est: dici debebat *ex qua*, ut legit Turnebus Advers. III, 5. *anclatur*] vg. *acclaratur* boni codd. *anclaratur* edd. vett. Post hunc articulum liber ms. Ursini haec habet: *Escendere egredi.* Cf. p. 60. 13. *Escit*] cf. Festus Qu. IX, 12. p. 12, 19. v. nec, et Qu. XIV, 8. p. 112, 30. v. superescit, et Paulus p. 113. v. obescit. Forma huius *escit* erat verbi inchoativi, significatio futuri. 14. *Eapse*] cf. Plautus Cistell. I, 2, 17. Trucul. I, 2, 30. Trinum. IV, 2, 110. cum Lindemanni annot. 15. *Evelatum*] *evallatum* corr. Salmas. in Exerc. Plin. p. 907. col. 1, a., ac postea idem pro *velabra*] *valli* (i. e. vannuli). At tanta licentia in Paulo grassari concessum non est. Poterat velum, quod factum est è vexillo, atque a verbo veho ducitur, etiam instrumentum denotare ad frumentum ventilandum. 16. *Egens*] idem veriloquium habet Isidor. Origg. X, 88. 17. *Eiuratio*] Glossar. Labb.: *Eiuro, ἀφόμνυμι· ἐξόμνυμι.* *Plautus*] ex inc. fabula, ap. Bothium 14. p. 445. 18. *Everriator*] hanc apparet heredis fuisse appellationem in iure sacro. *iure accepta*] *accepta iure* M. *qui*] Gu. Ald. mg. A. Aug. *et qui* M. *quae* cod. Lipsiensis, ut vg. et Lind.

turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum a verrendo. Nam exverrae sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum.

Egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo. Unde et Nyctegresia quasi noctisurgium.

Eccere iurisiurandi est, ac si dicatur per Cererem, ut ecastor, edepol. Alii eccere pro ecce positum accipiunt.

Eamus ex Graeco ἴωμεν.

(59) Europam tertiam orbis partem ab Europa, Agenoris filia, certum est appellari. Sed alii de amore Iovis in taurum versi narrant: alii eam a praedonibus raptam, et navem, quae Iovis tutelam, effigiem tauri, habuerit, in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptae filiae occupatam eam terram ab Agenore et Phoenicibus ferunt.

Epolonos dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum est autem his nomen, quod epulas indicendi Iovi caeterisque diis potestatem haberent.

Eudiacon lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός * emittitur.

Euboicum talentum numo Graeco septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quatuor milium denariorum.

Extrarium ab extraneo sic distinguitur: extrarius est, qui extra focum sacramentum iusque sit; extraneus ex altera terra, quasi exterraneus.

Exta dicta, quod ea diis prosecentur, quae maxime exstant eminentque.

Extimum extremum ita significat, ut intimo sit contrarium.

1. *exverrae*] cf. quae Varro apud Augustinum de C. D. VI, 9. de Deverra dea, quae scopis verrendo Silvanum deum a foetis mulieribus arcere credebatur. Quod autem Varro putavit culturae signum esse, quo deus silvestris abigeretur, hoc funebri ritu comparato apparet fuisse averruncandi caeremoniam. 3. *dictarum*] *dictae* A. Aug. in mg., cum signo correctae lectionis. At ipsae scopae, opinor, *exverrae* dictae sunt ab hoc usu. 4. *Egretus*] cf. p. 6. v. adgretus, cum annot. *ducta*] *dicta* M. *Nyctegresia*] nota Attii fabula. 5. *Eccere*] cf. infra p. 61. v. equirine, et imprimis Charisius II. p. 183. P. Glossar. Labb.: *Eccer, κατὰ τῆς Δήμητρος.* Placidus p. 461.: *Eccere, eccetilis* (fort. *ecce: aliis*) *iureiurando parcere* (scribe *per Cererem*). Apud Plautum saepe sic exclamant. Cf. Meursius Exerc. crit. in Amphitr. 7., qui ut *ecer* scribatur postulat. *Alii pro eccere*] hanc opinionem probat Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 109. 6. *Eamus*] cf. Varro de L. L. VI. §. 96.: *i ab εἶ, ite ab ἴτε.* 7. *tertiam orbis partem*] Varro de L. L. V. §. 31. antiquiorem terrae divisionem, quae Herodoti est, in duas partes sequitur. 8. *navem*] *nave* corr. Dac., qua mutatione non opus est, cum de nulla nave cogitari possit, nisi piratica illa, in qua Europam fuisse narrabatur. *quae Iovis tutelam, effigiem tauri*] *tutela* est in mg. A. Aug. *quoius tutela effigiem tauri* corrigendum putat Urs.: neque aliter Lipsius in Senecae Epist. 75. p. 525. ed. Antverp. *quae Iovis tutelam effigie tauri* coni. Scal., non rectius, nam tutela non est nisi deorum, tauri autem effigies navis erat parasemon, in prora sculptum. Haec luculentius exposuit Salmasius in Exerc. Plin. p. 403. col. 1, e., qui *effigiem* defendit. Lactantius Instit. I, 11. indiligentius dixit, eam navem tutelam habuisse taurum. Pragmatica fabulae explicatio Philochorum aliquem vel Dionysium sapit. 11. *Epolonos*] boni codd. vg. Lind. *Epolones* deteriores duo codd. Sed illud ita explicatur, ut apud antiquiores Romani epulones *epoloni* fuerint, ut *curioni, decurioni, centurioni.* V. Paulus p. 38. v. centurionus. Noti sunt tresviri et septemviri epulones. 13. *Eudiacon*] v. lexica Graeca. κλυσμός] corr. A. Aug. in mg. Dac. Lind. *climos* boni codd. vg. 14. *Euboicum talentum*] sufficit hoc loco monere, Euboicum talentum, quod constat Attico paulo maius fuisse, neque VII M et D cistophorum, neque IV M denarium esse potuisse. V. Boeckhius de Athen. occon. publ. I. p. 21. et cf. quae infra ad Festum Qu. XVI, 1. p. 188, 19. annotabuntur. *milium*] ed. vet. *millium* Lind. 16. *Extrarium ab extraneo*] haec Verrius gravibus auctoribus motus sic distinxisse videtur, quanquam scriptorum dicendi consuetudo ab ea lege non raro discedit, nisi libri mss. nos fallunt. Nec Glossaria Labb. ita distinguunt: *Extraneus, ἀλλοδαπός*, et: *Extrarius, ξένος.* *sacramentum*] *sacra familiae* coni. Dac., ut opponantur sui heredes iis, qui a sacris familiae alieni sunt. Mihi videtur Verrius aqua et igni interdictum intelligere, cui nulla erat foci domestici, nulla sacramenti, id est litium agendarum, nulla iuris civilis communio. 18. *prosecentur*] cf. Paulus p. 124. v. prosicium. 19. *ita significat*] boni codd. Lind. *significat, ita* vg.

Exterraneus ex alia terra.

Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus vel potius eiectus est. Dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita alvo eiecit.

Externus est alienus terrae.

Experrectus a porrigendo* se vocatus, quod fere facimus recentes a somno. 5

Expreta antiqui dicebant, quasi expertia habita.

Excudere, **procudere** et **incus** ipsa a caedendo dicta sunt.

Explorare antiquos pro exclamare usos, sed postea prospicere et certum cognoscere coepit significare. Itaque speculator ab exploratore hoc distat, quod **speculator** hostilia silentio perspicit, **explorator** pacata clamore cognoscit.

Expapillato brachio, exerto; quod quum fit, papilla nudatur. 10

Exbures exinteratas, sive exburae, quae exbiberunt, quasi epotae.

Exdorsua dorsum confringe; alii, exime. (60)

Exfir purgamentum, unde adhuc manet suffitio.

Exscendere egredi.

Experitos imperitos. 15

1. *Exterraneus*] Glossar. Labb.: *Exterraneus*, *ἀλλόφυλος*, a quo distingui videtur: *Exterrenus*, *ἀπόδημος*. 2. *Exterraneus*] *Exterricineus*, quod Dac. in quibusdam codd. esse tradit et praeferendum putat, non est nisi in deterioribus et mg. A. Aug. *Externicius* liber C. Barthii, qui ipse coni. *Excernitius*, Advers. XLI, 12. 4. *alienus*] Lind. e bonis codd. *alienae* vg. Sed in mg. habet A. Aug.: *alienus V. C. alius*). Glossar. Labb.: *Externus*, *ἀλλοεθνής*, *ἐξωτικός*. 5. *porrigendo*] corr. Urs. et Lipsius in Epist. Quaest. III, 20. p. 183. *corrigendo* codd. vg. Lind. 6. *Expreta*] boni codd. vg. Lind. *Experta* mg. A. Aug. (non Ald.). Idem voc. constat legi in Plauti Bacchid. III, 3, 42. ex auctoritate optimorum codd. (v. Fr. Ritschelii annot. p. 62.), sed in sententia admodum obscura. Voc. expretus cum a nulla Latinorum verborum stirpe rectius duci possit quam a **sperno**, ac Verrii quoque veriloquium, quanquam falsum, ad eundem tamen significatum digitum intendat: etiam Plautus ita explicandus videtur, ut magister a patre pueri verberati expretus esse dicatur, quoniam ea quae narrantur omnia in iudicio coram patre fieri, ostendunt quae sqq.: *Itur illine iure dicto.* *expertia*] M. vg. Lind. *experitia* Gu. 2. mg. A. Aug. 7. *caedendo*] ita, ut videtur, codd. omnes et edd. vett., ut mg. A. Aug. *cudendo* vg. Illud quanquam falsum est, a Verrii tamen opinionibus etymologicis non abhorret. Cf. p. 47. v. cudere. *incus*] vg. Lind. *incudis* boni codd. Ita Paulum scripsisse non negaverim. 8. *Explorare*] cf. Paulus p. 58. v. endoplorato, et Festus Qu. XI, 8. p. 40, 10. v. plorare. 10. *Expapillato*] cf. p. 62. v. effafilato, et Nonius p. 103, 4. 11. *Exbures*] boni codd. Lind. *Exbueres* vg. *Exuberes* A. Aug. in mg. "Nisi auctoritas Festi intercederet, ego libentius *exuberes* *ἀπογαλάκτους* infantes interpretarer, quemadmodum contra *sububeres* *ὑπομαστίους*, ut inveni in glossis Latinis." Ita Scal.: sed prohibet etiam ordo literarum, ab illis criticis non observatus, ut expositum est in Praef. II, 2. *Exuberes*, *exenteratas*. *buae exbuae*, *quae exbiberunt*, tentat Barth. Advers. XLI, 12. *Exbuves* et post *Exbuvae* legendum existimat Lind. Mihi in his rarissimis vocc. codd. forma religiose servanda esse videtur. Poterat ab illo bua, quod potionem parvulorum significat, ut Varro ait apud Nonium p. 81, 2., nomen aliquod ita deduci, ut syllaba rus vel ris terminaretur. *Exburis* autem vel *exbura* est mulier, cuius omne e mammis lac infans exsuxit. *exburae*] boni codd. *exbuae* vg. et Lind. e deterioribus omnibus. *exuberae vel exburae* A. Aug. in mg. *quae exbiberunt*] ita Paulus inepte. Debebat dicere: *quas infantes exbiberunt. Uberaque ebiberant avidi lactantia nati*, Ovid. M. VI, 342. 12. *Exdorsua*] ita Plautus Aulul. II, 9, 2. cf. Nonius p. 17, 29. Glossae Isidori: *Exdorsuandam*, *iudicandam*. Placidus p. 461.: *Exdorsuandum*, *iudicandea*. Obscura glossa. 13. *Exfir*] boni codd. vg. Lind. *Exfit* deteriores codd. Quod Scal. Coniect. in Varron. de L. L. 48, 19. (p. 77.) statuit aliique crediderunt, hoc exfir quomodo paretur, a Fabio Pictore apud Nonium p. 223, 16. v. salis enarrari, nihil est, cum ibi rectius legatur: *Muries fit.* Cf. Festus Qu. IX, 8. p. 8, 28. v. muries. 14. *Exscendere*] *Escendere* meliores codd. Lind. Illud tantum deteriores, sed praetuli id propter literarum ordinem, et quod saepius ita erratum est in optimis libris. Cf. infra v. exdecimata. *Excedere* vg. Pauli interpretamentum non iniuste reprehendit Carrio, Emendat. I, 5. 15. *Experitos*] cf. Placidus p. 461.: *Experitus*, *non peritus*, *id est extra peritiam positus.*

Explenunt explent.
Exdutae exuviae.
Excipuum, quod excipitur, ut praecipuum, quod ante capitur.
Exciet excutiet.
5 Expatare in locum patentem se dare, sive in spacium se conferre.
Exdecimata electa.
Expectorat, ex pectore eiicit.
Experrectus est, qui per se vigilare coepit: expergitus ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum.
Excidionem urbis a caedendo dictam manifestum est.
10 Effata elocuta.
Exporgere porro agere, exporrigere.
Exoletus, qui adolescere, id est crescere desiit.
Exanclare exhaurire.
Examen est et aequamentum et iudicii investigatio et apium congregatio vel locustarum.
15 Exagogen evectionem.
Exurguentes exprimentes.
Exgregiae, egregiae, id est e grege lectae.
Exodium exitum.
Examussim regulariter: amussis enim regula fabrorum est: vel, ut alii volunt, ferramentum, quo in poliendo utuntur.
20 Exoriri surgere.

1. *Explenunt*] v. notata ad p. 52. v. danunt. 2. *Exdutae*] boni codd. vg. Lind. *Exclutae* mg. A. Aug. 3. *excipitur*] M. ut vg. *excipiatur* Gu. Lind. 5. *Expatare*] id Festum, Goth. opinatur, in vitioso cod. pro *expatrare* legisse: cuius criminationis non video iustam caussam. *Expatiare* (a spatio) corr. Meursius in Crit. Arnob. III, 9. Opp. T. VI. p. 139. Sed nihil mutandum. Patare, patere et pandĕre eadem sunt inter se proportione, ut sedare, sedere, sidĕre; parare, parere et parĕre; liquare, liquere et liquĕre, et alia multa. Primae coniugationis significatio solet esse caussativa, secunda statum indicat, tertia verbum habet primitivum, nisi quod saepe in praesenti tempore additamento quodam auctum est. 6. *Exdecimata*] *Edecimata* M. Glossar. Labb.: *Edecumacio*, ἀποδεκάτευσις. *Edecumatus*, ἀδέκαστος, ἀδωροδόκητος. *Edecumo*, ἀποδεκατῶ. 7. *Expectorat*] iisdem verbis explicat Nonius p. 16, 2. 8. *Experrectus*] contra Diomedes I. p. 572. P. experrectum, censet, dici a quiete impeditum, expergitum eum, qui satiatus somno sponte evigilet. Placidus p. 461.: *Expergito, velut somno ablato.* 10. *Effata*] Verrium, putaverim, antiquiorem formam *Exfata* explicuisse, unde *ecfata* et *effata* orta sunt. Cf. Varro de L. L. VI. §. 53. 11. *Exporgere*] cf. p. 59. v. experrectus, et Festus Qu. XI, 4. p. 36, 11. v. porigam. 12. *Exoletus*] cf. p. 5. v. adolescit. Glossar. Labb.: *Exoletus*, ὑπέρακμος, τριβακὸς, καὶ ἐξώλης, ἄσωτος. 13. *Exanclare*] cf. p. 10. v. anclare. Placidus p. 458.: *Exanclare, exhaurire ex graeco venicus, quod quidem verbum Plautus, saccularis poeta comicus, posuit in Sticho: nae iste edepol vini poculo pauxillulo exanclavit saepe.* Versus est in Sticho I, 3, 115. 14. *iudicii*] *indicii* Ursini liber ms. *apium*] boni codd. Lind. *apum* vg. Illud etiam supra p. 25. v. bombizatio positum erat. 15. *Exagogen*] hoc Graeco vocabulo mercatores Romanos diu usos esse, ostendit Plautus Rud. III, 2, 17. Trucul. IV, 2, 6. 16. *Exurguentes*] boni codd., A. Aug. in mg., quod retinendum esse, Lind. monuit in Commentario. Verbum exurgeo legitur apud Plautum Rud. IV, 3, 69. et Catonem de R. R. 156., *Exugentes* vg. Cf. Meursius Exerc. crit. in Rudentem c. 3. 17. *Exgregiae*] cf. Paulus p. 20. v. abgregare. Boves sacrificii caussa e grege lectos egregios, oves lectas, porcos eximios dictos esse, docet Donat. in Terent. Hec. I, 1, 9. Glossae Isidori: *Egrex, eximius, eminens.* 18. *Exodium*] vocabulum scenicum, recte defensum a Scal. *exodum*) mg. A. Aug. Cf. Nonius p. 27, 14. 19. *Examussim*] cf. Nonius p. 9, 6. v. examussim, maxime quae e Varronis Quaest. Plautinis afferuntur. Placidus p. 457.: *Examussim, integre sine fraude: musis enim dicitur regula et mensura fabrilis.* Scr. *amussis.* Ordinem articulorum qui ita constituit Lind., non monuit, in ed. vet. Ald. *Exagogen* esse post *Exporgere*, *Examussim* post *Examen*.

Exuviae ab exuendo dictae.
Exercitus et militum copia dicitur, et homo multis negotiis exercitus; sed superius quarti ordinis, hoc secundi est.
Exomides sunt comici vestitus exertis humeris.
Exiles et ilia a tenuitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta. (61)
Exilica causa, quae adversus exulem agitur. 5
Exitium antiqui ponebant pro exitu; nunc exitium pessimum exitum dicimus.
Exercirent, sarcirent.
Exercitionem exerciti dicebant antiqui exercitationem exercitati. Item exercitiorem, exercitissimum, sicut ab exercitato exercitatiorem, exercitatissimum.
Exfuti effusi, ut mertat pro mersat. 10
Effari et effata a fando, quod ipsum ex Graeco ὥς φάτο.
Equiria ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur.
Equirine iusiurandum per Quirinum.
Equestre aes, quod equiti dabatur.
Equitare antiqui dicebant equum publicum merere.
Equus Marti immolabatur, quod per eius effigiem Troiani capti sint, vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur. 15
Equo vehi flamini Diali non licebat, ne, si longius digrederetur, sacra neglegerentur.
Exinfulabat exerebat: infulas enim sacerdotum filamenta vocabant.

1. *Exuviae*] cf. Nonius p. 458, 9. 2. *Exercitus*] cf. Nonius p. 6, 2. 3. *Exomides*] apud Graecos non comici tantum erant vestitus, sed Latini Graeco voc. in comoedia potissimum usi esse videntur. Quanquam etiam apud Graecos Pollux IV, 18, 118. ἐξωμίδα ἰοθῆτα κωμικὴν appellat. Cf. VII, 13, 47. 4. *inarum*] *viarum* M. vg. Illud, quod Gu. habet et Lind. recepit, iam Urs. e libro ms. prolatum commendaverat. Neque aliter Carrio Antiq. elect. I, 7. De inis in chartis, quas Paulus iterum p. 78. v. ilia memorat, quid fuerint, quaerit Scal. 5. *Exilica causa*] res obscura, nisi eo spectant, quae ex edicto praetoris Cic. in Quinct. 19, 60. affert. 7. *Exercirent*] ita annotatur Terentium scripsisse in Heaut. I, 1, 91.: atque etiam D. Ambrosius, quem Turnebus Advers. III, 5. affert, *sumptum exercire* dixisse videtur. Cicero quod Petit. Cons. 11. *exsarturum* posuit, iisdem de caussis factum est, quibus rederguisse rursus in redarguisse mutatum est. V. annot. ad Fest. Qu. XIII, 9. p. 81, 7. 8. *Exercitionem*] *Exercionem* in vett. libb. scriptum idque verum esse asserit Dac., Meursii iudicium amplexus, in Exerc. crit. P. II, III, 111. Sed utrumque falso, ut puto: nam Lind. teste *exercionem* non hoc loco sed paulo post, pro *exercitationem*, est in duobus codd., iisque deterioribus. Atque exercitionem non fuisse triviale voc., sed antiquum, et a iurisconsultis redintegratum, Forcellinius docet. Recte igitur iudicaverat Turneb. Advers. III, 5. *exerciti*] cf. p. 60. v. exercitus. *exercitati*] *exercituis* coni. Goth., sed ipse intelligit, aliam mentem fuisse Festi. 10. *Exfuti*] Ubi D vel T in stirpe vocabuli est, cultior Latinitas syllabam tus in participio mutabat in sus· sed antiquior T integrum servabat. Ita adgretus (v. p. 6.) ortum ex ADGREDTUS, et futus e FUD-TUS. Hinc futis (v. Varro de L. L. V. §. 119.), effutire, futare (p. 67.) et alia. *Mertat*] cf. Paulus p. 93. v. mertat, et Nonius p. 179, 6.: *Terta pro tersa.* 11. *Effari*] cf. Varro de L. L. VI. §. 53. ὥς φάτο] boni libri, A. Aug. in mg. Lind. φᾶσθαι vg. 12. *Equiria*] a. d. III. Kal. Mart. et II. Id. Martias. V. Varro de L. L. VI. §. 13. Ovid. F. II, 859. III, 519. Cf. Paulus p. 96. v. Martialis campus. 13. *Equirine*] cf. p. 58. v. eccere. 14. *Equestre aes*] de hoc voc. Niebuhr. H. R. T. I. p. 487 (519). *equum publicum merere*] *e. p. mereri* M. *equo publico merere* corr. Turneb. Advers. III, 5. et A. Aug. in mg. Atque ita sane Cicero Philipp. I, 8, 20. Liv. XXVII, 11. Nescio tamen, an etiam *equum publicum merere* dici potuerit, ut *stipendia merere*, cum aes equestre quasi stipendiorum pars fuerit. 16. *Equus*] de hoc sacrificio idibus Octobribus facto Festus Qu. IX, 28. p. 28, 24. v. October equus, et Paulus p. 120. v. panibus. Decembris idus incuria dicit Plutarch. Qu. Rom. 97., in reliquis cum Festo conspirans. *sint*] M. ut vg. *sunt* Gu. Lind. 17. *Equo vehi*] de iis, quae Flamini Diali interdicta erant, Paulus p. 62. v. ederam, p. 66. v. fabam, p. 69. v. funebres, p. 77. v. iurare. Cf. Festus Qu. XII, 17. p. 57, 20. v. praeciamitatores. *neglegerentur*] M. vg. *negligerentur* cett. codd. Lind. 18. *Exinfulabat*] vg. Ald. *Exinfabulat* ed. vet. *Exinfibulat* mg. A. Aug. *Exinfibulabat* Lind., nulla lectionis varietate indicata. Sed ipse in commentario eam lectionem improbat. Cf. Paulus p. 83. v. infulae.

Existimare dictum ab aestimatione.

Exrogare est ex lege vetere aliquid eximere per novam legem.

Eximium inde dici coeptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur, vel, quod primum erat natum.

Exemplum est, quod sequamur, aut vitemus. **Exemplar**, ex quo simile faciamus. Illud animo aestimatur, istud oculis conspicitur.

Exhaustant, efferunt.

Exin metri causa dicitur pro exinde.

Exesto, extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat: hostis, vinctus, mulier, virgo exesto; scilicet interesse prohibebatur.

Epulares appellabantur, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur.

Epistylium trabs, quae super columnas ponitur.

Epeus nomen cuiusdam fabri, qui equum Dureum fecit.

(62) **Epicrocum** genus amiculi croco tinctum, tenue et pellucidum.

Epulam antiqui etiam singulariter posuere.

Epilimma† genus vilissimi unguenti.

Erctum citumque† fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erctum a coercendo dictum. Unde et erciscendae et ercisci. Citum autem est vocatum a ciendo.

Ederam flamini Diali neque tangere, neque nominare fas erat, pro eo, quod edera vincit, ad quodcunque se applicat. Sed ne anulum quidem gerere ei licebat solidum, aut aliquem in se habere nodum.

Edeatroe, qui praesunt regiis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων.

Ervum et **ervilia** a Graeco sunt dicta, quia illi ervum ὄροβος, erviliam ἐρέβινθος appellant.

Ergo correptum significat idem, quod apud Graecos οἰκοῦν; producte idem, quod χάριν, hoc est gratia, quum scilicet gratia intellegitur pro causa. Sed illud superius etiam sine exemplis notum est; hoc inferius sic formatur, quum dicimus de aliquo: statua donatus est honoris virtutisque ergo, id est honoris virtutisque causa.

2. *Exrogare*] cf. p. 11. v. abrogare. 3. *Eximium*] v. p. 60. v. exgregiae cum annot. Cf. Macrob. Sat. III, 5. 4. *istud*] *et hoc* mg. A. Aug., non addicentibus codd. *istud* ad *exemplar* spectat. 7. *metri causa*] sed etiam a Cicerone et Tacito. 8. *vinctus*] quod hic arcetur, Scal. e ritu resolutorii sacrificii explicat, de quo Servium Daniel. in Aen. IV, 518. p. 299. ed. Lion. affert. 11. *Epistylium*] Italorum *architrave*, quod ne mediae quidem aut infimae Latinitatis voc. fuisse, e Ducangii silentio discitur. 12. *Dureum*] δούρειον ἵππον. 13. *Epicrocum*] cf. Varro de L. L. VII. §. 53. Glossar. Labb.: *Epicrocum*, ἐσθῆτος εἶδος, ἢ σχοινίον ἀρμένου κατόπτερον. Glossae Placidi p. 461.: *Excrocollum* (corr. *Epicrocum*) *pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore.* 14. *Epulam*] nunc non legitur, nisi in Auct. Itin. Alex., quem Maius edidit, c. 35. 15. *Epilimma*] *Epalimma*) mg. A. Aug. Id multo probabilius, quam quod codd. habent. 16. *Erctum citumque*] *que* delendum existimat Scal.: ac sane, cum *erctum non citum* contrarium significatum habeat, teste Gellio N. A. I, 9. et Donato apud Serv. in Virgil. Aen. VIII, 642., et a Cicerone Orat. I, 56. *heretum cieri* dicatur: non intelligitur, qua ratione copula defendi possit. Glossar. Labb.: *Hercicitus*, διαιρέσεις κινούντων. *Herciscundae familiae*, διαιρετέας οἰκίας. *Erciscundae*, διαιρέσεως, διαιρέσεις. De hereto cito disputat Hugo Hist. iur. Rom. T. I. p. 229. ed. M. *consortes*] cf. Paulus p. 55. v. disertiones, et p. 140. v. sors. *legum Romanarum*: *leg. Romanorum* Lind. e Gr. *regum Romanorum* mg. A. Aug. 18. *Ederam*] cf. annot. ad p. 61. v. equo. 20. *Edeatroe*] scripsi e coni. Dac. *Edeatri* Meursius Exerc. Crit. P. II, I, 3. *Edeatre* vg. *Edeatrae* Lind. cum bonis codd. V. de his Persarum regis praegustatoribus Athen. IV. p. 171., Hesych., Suidas aliique grammatici v. ἐδεατρός. 21. ἐρέβινθος vg. Lind. *orobus* boni codd. Uas. e libro ms., ut ait, et Lind. *erebintos* Gr. *erebinicus* M. *erebinthos* ed. vet. ἐρέβινθον vg. 22. *Ergo correptum*] igitur hanc correptionem adverbii *ergo* Ovidius, Lucanus, alii poetae non novitio exemplo sibi indulserunt, sed doctrinam aequalium grammaticorum secuti sunt. οἰκοῦν] Ursini liber ms., et Lind. e bonis codd., in quibus est ulum. οὖν vg. 23. *intellegitur*] M., ut semper. *intelligitur* cett.

Eritudo servitudo.

Erugere semel factum significat, quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae.

Erebum Virgilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos, cum ait: "Imas Erebi descendit ad umbras." Interdum flumen eiusdem loci, dicens: "Et magnos Erebi transnavimus amnes." Varro vero Erebo natam noctem ait. Unde est et illud: "Erebo creata fuscis crinibus nox, te invoco."

Effafilatum, exertum, quod scilicet omnes exerto brachio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum.

LIBER VI.

(63)

Fornacalia sacra erant, quum far in fornaculis torrebant.

Formiae oppidum appellatur ex Graeco, velut Hormiae, quod circa id crebrae stationes tutaeque erant, unde proficiscebantur navigaturi.

Forma significat modo faciem cuiusque rei, modo calidam, ut, quum exta, quae dantur, **deforma** appellantur. Et Cato ait de quodam aedificio aestate frigido, hieme formido. Item **forma** appellatur puls miliacia ex melle.

Fordicidis boves **fordae**, id est gravidae, immolabantur, dictae a fetu.

1. *Eritudo*] Placidus p. 460.: *Eritudo, dominatio. Era, domina: eritum (crum,* ut videtur) *dominum.* Glossar. Labb.: *Eritudo, δεσποτεία*: ab hero sive ero. Qui in heritudine est, eum servum esse patet. *Servitudo* aliquot locis pro servitute dicitur. Non opus igitur est Lipsii correctione in Epist. Qu. III, 20. Opp. p. 183.: *Eritudo, ut servitudo*; nedum Gotu. coniecturis: *Severitudo,* vel *Everitudo.* 2. *Erugere*] Est versus Ennii, Annal. XVIII, 2. apud Merulam: *Contemsit fontes, quibus exerugit aquae vis,* quem, ut Columna ait, "incertus Grammaticus atque pervetustus ex bibl. Carbonaria Neapolit." adducit, qui id verbum ab erugo principali derivari asserit. *factum*] *ructum* mg. A. Acc., inutili mutatione. *perfectae formae*] *perfecta forma* M. Sed non intelligo, quomodo erugere, quod secundum Varronis doctrinam infectum verbum est, perfectae formae dici possit. 3. *Imas Erebi*] Virgil. Aen. VI, 404. 4. *Et magnos*] Aen. VI, 671. Flumen non esse Erebum omnes intpp. monuerunt. 5. *illud*] incerti poetae tetrameter trochaicus, prima syllaba truncatus. 6. *Effafilatum*] Placidus p. 460. ed. Maius: *Effafilatus, exero thumero* (correctum est *exerto humero*) *id est extra filium* (scr. *filum*) *manu, id est extra proferens* (scr. *id est, manum extra prof.*). Hic autem Vaticanus Placidus ubi habet p. 461.: *Exsciterit, expavi vero exeruero,* Duebnerus narrat in Museo philol. Rhenano T. III. p. 477., in codice Parisiensi, qui multa auctius et luculentius habet, legi: *Exfabillavero, exeruero.* Quod si recte se habet, ut puto: huius mirifici verbi *exfafilare* non unum tantum exemplum, neque una forma in antiquis scriptoribus legebatur, nec probari potest eorum opinio, qui effafilato ex corrupto *expapillato* in Plauti Mil. glor. IV, 4, 44. natum esse sibi persuaserunt. Tantum in errorem ut incideret Verrius, praesertim cum eundem versum supra p. 59. rectissime explicuisset, fieri potuisse vix credam. Turnebus autem, quod in Advers. III, 5. correxit *exfilatum,* Scal. *exfilatum* vel *exaffilatum,* Vossius in Etymol. p. 291. v. filum, et p. 510. v. papilla *effaffilatum,* quod putat dici potuisse pro *exadfilatum,* Meursius Exerc. crit. in Plauti Militem c. 5. *exfipulatum,* quod esse vult *exfibulatum,* omnes ii conatus viris doctis frustra fuerunt. Facilius crederem, fafilam in antiquiori Latino sermone dictam esse pro fibula.

8. *Fornacalia*] cf. Varro de L. L. VI. §. 13. Festus Qu. XII, 21. p. 61, 16. v. popularia sacra, Qu. XII, 24. p. 64, 7. v. Quirinalia, Qu. XIV, 22. p. 126, 18. v. stultorum feriae. 9. *Formiae*] eadem nominis origo exponitur a Strabone V. p. 233. cf. Plin. N. H. III, 5, 9. §. 59. 11. *modo calidam*] v. de hoc voc., quod Graeco *θερμὸς* congruit, Nonius p. 531, 28. v. fornus, Donat. in Terent. Phorm. I, 2, 58., Interpp. Maii in Virgil. Aen. IV, 149., Servius in Aen. VIII, 453., ubi forvum pro formo scribitur, Paulus p. 63. v. forcipes, et p. 68. v. formucales. *deforma*] *formida* corr. Scal., sine caussa satis valida. Nam *deforma* dici poterant, ut decocta. Virgilii quidem interpretes, quos dixi, deformem putarunt pro segni dici potuisse a defectu caloris. 12. *Cato*] in incerto libro. Lion. Caton. p. 86. *miliacia*] *miliacea* M. Athenis lupinus albus *θέρμος* dicebatur. 13. *Fordicidis*] boni codd. *Fordicidiis* vg. Lind. Cf. Varro de L. L. VI. §. 15. Infra p. 76. v. horda *hordicidia* dicuntur. *fordae*] Glossar. Labb.: *Forda, βοῦς ἐγκύμων. Fordas, ἐγκυμονούσας.* Et corrupte: *Forba, θυσία ἐγκύμονος βοός.* Placidus in Glossis p. 463. ed. Mai.: *Forda, plena, dicta a praegnante, quod proprie significat.*

Foedus appellatum ab eo, quod in paciscendo foedere hostia necaretur. Virgilius: "Et caesa iungebant foedera porca." Vel quia in foedere interponatur fides.

Charisius I p. 74 P. **Forcipes** dicuntur, quod his forma, id est calida, capiuntur.

Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Graeci φορβήν vocant.

Foedum antiqui dicebant pro hoedo, **folus** pro olere, **fostem** pro hoste, **fostiam** pro hostia.

Furvum nigrum, vel atrum. Hinc dicta **furnus**, **Furiae**, **funus**, **fuligo**, **fulgus**, **fumus**.

Fodare fodere.

Forctes †, frugi et bonus, sive validus.

Forum sex modis intellegitur. Primo negotiationis locus, ut forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt; quod etiam locis privatis et in viis et in agris fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, quum is, qui provinciae praeest, forum agere dicitur, quum civitates vocat et de controversiis eorum cognoscit. Quarto, quum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet. Quinto, locus in navi, sed tum masculini generis est et plurale. Sexto fori significant et Circensia spectacula, ex quibus etiam minores **forulos** dicimus. Inde et **forare**, foras dare, et **fores**, **foras** et **foreculae**, id est ostiola, dicuntur.

Fons a fundendo dictus.

(64) **Fomites** sunt assulae ex arboribus, dum caeduntur, excussae: dictae, quod in eo opere occupati cibis potuque confo-

1. *hostia*] "*feda* V. C. *feta*) mg. A. Aug.: sed codd. a Lind. collati huius lectionis nullum habent indicium. *fostia* coni. Urs., ut pro *hostia* dictum esse, ipse Paulus paulo inferius indicat. Hanc, facile crediderim, mentem fuisse Festi: sed Paulus tamen *fostia* pro hostia ponere non poterat. Servius in Virgil. Aen. I, 62. VIII, 641. foedera dicta existimat a porca foede et crudeliter occisa. Cf. Festus Qu. XII, 3. p. 43, 31. v. porci effigies. *Virgilius*] Aen. VIII, 641. 2. *fides*] Cicero foedera a fide putavit dicta, ut ait Servius in Aen. VIII, 641. Cf. Paulus p. 32. v. confoedusti, et p. 67. v. fidusti. 3. *Forcipes*] eadem, Urs. monuit, prodi a Velio Longo de orthogr. p. 2232. P. Cf. Marius Victorinus p. 2470. Serv. in Aen. VIII, 453. et infra p. 68. v. formucales. 4. *Forbeam*] *forbam* legendum dicit Meursius Exerc. crit. II, I, 4. Non recte, puto. Scal. cum his contulit, quae in Servio Danielis legerat (in Virgil. G. I, 120. p. 191. ed. Lion.): *Nigidius commentario grammaticali: φορβή, herba. Sed ante fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt.* φορβήν] vg. Lind. *forbin* boni codd. 5. *Foedum*] accedunt exempla literae F et H permutatae e Paulo, paulo superius, Formiae et Hormiae, fordus et hordus, paulo inferius, foretes et horctes, et p. 77. hanula i. q. fanula, p. 76. horreum i. q. farreum. Cf. Varro de L. L. V. §. 97. cum annot. 6. *Furvum*] originem esse FUS, cognoscitur e voc. fuscus. 7. *Fodare*] cf. Paulus p. 148. v. sybinam cum annott. 8. *Forctes*] Lind. sine lectione variante. *fortis* vg. *Forectes*, *Forctes*, *Forotes* mg. A. Aug. *Foctes* liber C. Barthii Advers. XLI, 17. Festus, nescio, an *Forctus* scripserit. Cf. Paulus p. 76. v. horctum et de forctis in XII tabulis Festus Qu. XIV, 26. p. 130, 18. v. sanates cum annot. 9. *Forum*] de primo et secundo significatu dicit Varro de L. L. V. §. 145. cf. §§. 146. 147. 10. *viis*] *vicis*) mg. A. Aug. Non opus est ea correctione. 11. *Tertio, qu. is, qui prov.*] consuetudo dicendi Ciceroni non ignota, quanquam saepius *conventum* dicit. 12. 13. *Quarto . . . vestibulum sep.*] ita Cicero de legg. II, 24. *dicari*] boni codd. Lind. *dici* vg. Intellige illud de verbis solemnibus, quibus sepulcrum dedicabatur. *tum masculini gen. est*] etiam negotiorum forum masculine interdum dictum esse, monent interpretes. V. Nonius p. 206, 14. Cf. p. 428, 26. 447, 22. Charisius I. p. 55. P. Marius Victorinus p. 2470. P. *et plurale*] etiam ab hac lege quaedam excipienda sunt, ut Ennii versus apud Isidor. Origg. XIX, 2. Sallustii locus apud Nonium p. 206, 16. Gellii N. A. XVI, 19. 13. 14. *Sexto . . . spectacula*] v. Liv. I, 35. 36. *foras dare*] Lind. sine lectione variante. *et foras dare* vg. 14. 15. *et fores, foras*] M. *et foras, fores* Gl. Lind. *et fores et foras* vg.: non male. *foreculae*] boni codd., ut videtur. *forecula* vg. *forcula*) mg. A. Aug. Ursini I. ms. *forula*. Antiquum, ut videtur, deminutivum voc. foris. 16. *Fons*] eadem sententia est Varronis de L. L. V. §. 123. 17. *assulae*] eadem leguntur apud Serv. in Virgil. Aen. I, 176. Glossar. Labb.: *Fomes*, πελέκημα, et: *Fomeo*, πελεκῶ, ubi *Fomito* scribendum est. Hinc *fomitatus*, ut videtur, in carmine Priapi apud Catull. XIX. 3. et *defomitatum* p. 57., quod est lignum fomitibus abrasis laevigatum. Paulo aliter censet Salmasius Exercit. Plin. p. 127. col. 1.

ventur. At Opilius adustas iam vites vocari existimat fomites. Alii vocari putant scintillas, quae ex ferro candenti malleis excutiuntur; dictae autem ita, quia igni sunt confotae. Pari modo assulae, quae sunt securibus excussae.

Fontinalia, fontium sacra. Unde et Romae Fontinalis porta.

Folium a Graeco venit, quod illi dicunt φύλλον, sed ideo per unum L, quia antiqui non geminabant consonantes.

Focus, **fomenta**, **focillationes**, **foculi** a fovendo, id est calefaciendo, dicta sunt. 5

Folliculare appellatur pars remi, quae folliculo est tecta, a quo vita follicularis.

Ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti, vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati.

Firctum† genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi, quae qui afferebant **struferctarii** appellabantur. 10

Feralia diis manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata.

Feria a feriendis victimis vocata.

Februarius mensis dictus, quod tum, id est extremo mense anni, populus februaretur, id est lustraretur ac purgaretur, vel a Iunone Februata, quam alii Februalem, Romani Februlim vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina; 15 quam ob causam is quoque dies **Februatus** appellabatur. Quaecunque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, **februa** appellantur. Id vero, quod purgatur, dicitur **februatum**.

Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennina dicuntur allati, sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.

1. *vites*] *fomites* M. Etiam Salmasius refert, in vetustissimo libro legi: *At Opilius adustas iam fomites vocari existimat. Fomites alii vocari* etc. Sed non placet alterum *fomites* ante *alii* sine iusta caussa inculcatum. *adustos ramunculos* liber C. Barthii Adv. XLI, 17.: ex interpolatione. Quae ex Clodii commentario apud Servium in Virgil. Aen. I, 176. leguntur: *Assulae ambustae, ligna excavata a fungis nomine excepto*, obscuriora sunt. *vocari existimat fomites*] *fomites voc. ex.*, inverso vocc. ordine, Lind. ex uno Gu. 2. *excutiuntur*] *exci untur* (sic) Gu., unde Lind. *exciduntur* scriptum fuisse coniicit. Sed illud longe praestat. 3. *Fontinalia*] cf. Varro de L. L. VI. §. 22. p. 204. ed. Spengel.: ubi libri non interpolati *Fontanalia* habent. *Fontinalis porta*] eadem habetur, quae Capena, sed incerta coniectura. 4. φύλλον] vg. Lind. *phillon* boni codd. *non geminabant*] v. annot. ad p. 6. v. anus. 5. *focillationes*] cf. Nonius p. 481. v. focillatur, et p. 9. v. focula. 6. *Folliculare*] idem Scal. recte a Graecis censet ἄσκωμα dictum, de quo v. Schol. Aristoph. Ran. 366. Suidas v. ἀσκώματα, et Hesych. v. ἄσκωμα. Minus apte Meursius Exerc. crit. P. II, III, 10. (Opp. T. V. p. 648.) intelligit eam remi partem, quae a Graecis πτερὸν dicitur. *tecta*] Lind., nulla adnotata variatione. *lecta* vg., sed in mg. *tecta* cum signo emend. lectionis. *vita follicularis*] i. e. nautica. Mirifica est coniectura Goth.: *a quo vita folliculum, vel follicula res*, quod Nonio p. 110, 26. folliculum pro corpore sumatur. 7. *Ferentarii*] v. p. 13. v. adscripticii, cum annot. et p. 70. Placidus p. 463.: *Ferentarius, leviter armatus sagittis aut fundis.* 9. *Firctum*] boni libri, Lind. *Ferctum* vg., idque a Verrio scriptum esse, cum literarum ordo, tum reliquorum scriptorum auctoritas persuadet, qui ferctum vel fertum dicunt. V. Cato de R. R. 134. 141. Gellius N. A. X, 15. Isidor. Origg. VI, 19, 24. Glossar. Labb.: *Fertum*, ψαιστός, et ipse Festus Qu. XIII, 31. p. 103, 5. v. strufertarios. In tabulis fratrum Arvalium est STRUIBUS FERTISQE. V. Marini *Atti de' fratelli Arvali* p. 403. Non negaverim tamen, a Verrio etiam rariorem quandam formam *firctum* in eodem articulo notari potuisse. 10. *struferctarii*] *strufectari* M. 11. *Feralia*] cf. Varro de L. L. VI. §. 13.: *quod ferunt tum epulas ad sepulcrum. sacrata*] *sacra* Lind. cum Gu. 13. *Februarius*] cf. Varro de L. L. VI. §. 13. 34. Quae Varro de Vita P. R. apud Nonium p. 115, 20. v. februare narrat, de Sabinis dicta esse puto. 14. *Iunone Februata*] huius sacra qualia fuerint, bene exponit Hartung. de relig. Rom. T. II. p. 67. *Februlim*] vg. Lind. *Februllum* M. *Februllim* Gu. *Februalem* dicit Martianus Capella II, 37. §. 149. p. 200. ed. Kopp. Φεβρουάταν καὶ Φεβρουάλεμ Laurent. Lydus de mens. Febr. c. 1. p. 68. ed. Schow. *Februtis* est apud Arnob. adv. gent. III, 30. 16. *is quoque dies*] Varro non alium quam hunc Lupercalium diem Februatum fuisse memorat. 18. *Fescennini*] dixi de iis Etrusc. rerum IV, 5, 2. T. II. p. 284 sqq. *Fescennina*] *Fescenia* A. Aug. in mg.: quod id oppidum Fescennia sive Fescennium dicitur.

Fenus et **feneratores** et lex de credita pecunia **fenebris**, a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur.

Fenum quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit. Unde etiam et **festuca** vocata est.

5 **Felicata** patera dicta, quod ad felicis herbae speciem sit caelata.

(65) **Fescemnoe** vocabantur, qui depellere fascinum credebantur.

Ferias antiqui **fesias*** vocabant; et aliae erant sine die festo, ut nundinae; aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

Ferire dictum, quod ferientes feriantur.

10 **Felicones** mali et nullius usus, a felice dicti.

Ferus ager, incultus.

Factio et **factiosus** initio honesta vocabula erant; unde adhuc factiones histrionum et quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio et arma vocantur.

Fama a fando dicta, sic apud Graecos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως.

15 **Familia** antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur pater et mater familiae. Unde familia nobilium Pompiliorum †, Valeriorum, Corneliorum. Et **familiares**, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam **famuli** appellari coeperunt, permutata I cum U littera.

Facessere significat interdum facere, ut est: "Iussa facessunt." Interdum vero pro abeat ponitur. Pacuvius: "Facessite omnes hinc", id est abite.

1. *Fenus*] idem veriloquium aperit Varro de sermone Latino l. III. apud Gellium N. A. XVI, 12, 7. et Nonium p. 54, 4. Cf. quae ad fragm. librorum de L. L. p. 269. annotavi. Iterum de eo voc. Paulus p. 70. 5. *Felicata*] boni codd.: qui item *felicis* et paulo inferius *Felicones* et *felice*. Lind. *Felicata* et *Felicones* restituit, in eo tamen sibi non constans, quod *filicis* et *filice* reliquit. *Filicata*, *filice* et sic reliqua vg., sed mg. A. Aug. *Felicata*, et reliqua ad eundem modum. *Felicata* ut restitueretur, etiam ordo literarum postulabat; id vero stare non potest, nisi etiam pro *filice felix* dicta est; eamque formam a consuetudine Romanorum non abhorruisse, plura sunt quae ostendant: ut apud Catonem de R. R. 158. *feliculae* legitur, et in Ciceronis ad Attic. Epist. VI, 1. *in felicatis lancibus* e codd. vestigiis erutum est. Glossar. Labb.: *Felox* (scribe *Felix*), ἀγρώστις. 6. *Fescemnoe*] Gv., quem, ut in re dubia, secutus sum. *Fesnoae* cett. libri Lindemanni (si modo de M. constat). *Fescenoe* Ursini liber ms., idque, Urs. suadente, recepit Lind. *Fesceninae*, vel *Fascennonea* mg. A. Aug. *Fascinoe* coni. Scal., *Fesnoe* Meursius Exerc. crit. II, III, 5. Opp. T. V. p. 638.: nulla adducta sana ratione. Valde antiquum esse id voc., cognoscitur ex terminatione. Cf. p. 16. v. ab oloes cum annot. 7. *fesias*] *festas* boni codd. vg. Lind. Illud scripsi, suadente Vossio Etymolog. p. 287. v. festum, et Dac. Eam fuisse antiquiorem voc. formam, testatur Velius Longus p. 2233 P. 9. *feriantur*] M. *ferantur* Gv. Lind. *feruntur* vg. *efferuntur* membranae Barthii, Advers. XLI, 17. Quod qui hostias caedunt, **ferire** dicuntur, quia simul **feriantur**, inventum putavi Verrio non indignum. 10. *Felicones*] cf. annot. ad v. felicata p. 64. 12. *Factio*] Glossar. Labb.: *Factio*, [illegible] ἀγωνία, ἀθύρμα. 14. *Fama*] cf. Varro de L. L. VI. §. 55. φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως] vg. Lind., et ita edd. vett., nisi quod Latinis literis scriptum habent: *phemc apo tes phascos*. boni codd. *phiou* quod ortum est e *phimio apo tis phascos*. 15. *Familia*] *Familia autem* deteriores codd. *Familia aurea* scribit Meursius Auctar. Philol. c. 2. Opp. T. V. p. 730., eoque nomine, sibi persuasit, dictam esse familiam ingenuorum: quod mirificum est commentum. Cf. paulo inferius v. famuli. *familiae*] *familias* mg. A. Aug.: sed addicit nullus cod. Lindemanni. 16. *Pompiliorum*] codd. vg. Lind. *Popilliorum*) mg. A. Aug.: mutatione non temeraria, siquidem nulla erat post Numam Pompilia nobilium Romanorum gens, sed Popillia. Et nomina Pompilius et Popillius saepe inter se permutari constat. Quas autem Paulus familias dicit, Romae sunt gentes. Sed in Umbrorum monimentis, tabulis Eugubinis, [illegible] familiam Pompiliam significare liquet. V. tab. apud Dempsterum V. 18. *Iussa facessunt*] Virgilii esse verba Aen. IV, 295., monet Lind. Cf. Nonius p. 305. 24. *pro abeat*] quin potius *pro abire*. Sed nimirum Festus aliquem ante Pacuvium locum interpretatus erat, ita comparatum, ut illa Titinnii apud Nonium p. 306, 29.: *At aliquis vestrum nuntiet Geminae, ut res suas Procuret, aedibus facessat*, et hoc *facessat* pro abeat positum esse dixerat. Pa-

Facul antiqui dicebant et faculter pro facile; unde facultas et difficultas videntur dicta. Sed postea facilitas morum facta est, facultas rerum.

Famuletium dicebatur, quod nunc servitium.

Famicosam terram palustrem vocabant.

Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos servus famel nominabatur, unde et familia vocata. 5

Fagutal sacellum Iovis, in quo fuit fagus arbor, quae Iovis sacra habebatur.

Fovii, qui nunc Favi dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant, eum primum ostendisse, quemadmodum ursi et lupi foveis caperentur.

Faces antiqui dicebant, ut fides. (66)

Famino, dicito. 10

Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant; aqua aspergebatur nova nupta, sive ut casta puraque ad virum veniret, sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

Fabam nec tangere, nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et Lemuralibus iacitur larvis, et Parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur.

Flamen Dialis dictus, quod filo assidue veletur; indeque appellatur flamen, quasi filamen. Dialis autem appellatur 15 a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus.

Famella diminutivum a fama.

Faviani et Quintiliani appellabantur luperci, a Favio et Quintilio praepositis suis.

Fastorum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio. Fasti enim dies festi sunt.

cuvius] in Teucro. v. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 146. n. 16. Paulo plenior versus apud Nonium est, p. 306, 34. Cf. Donat. in Terent. Phorm. IV, 3, 30.

1. *Facul*] cf. Nonius p. 111, 17. Festus Qu. X, 32. p. 187, 17. v. perfacul. 1. 2. *facilitas . . . facultas*] Fronto de differ. vocabul. p. 472. ed. Francofurt.: *Facultas locupletis, facilitas artificis est.* 3. *Famuletium*] alii *famulitium*. 4. *Famicosam*] boni codd. Lind. *Famelicosam* vg., sed *Familicosam, vel Famicosam* in mg. Non descendit a fame, sed a famice, ut constat sanguinem dici contusione coactum. V. Lex. rusticum et Glossar. Labb.: *Famex*, θλίωμα. Itaque aliud voc. est in iisdem Glossar.: *Famelicosus*, βουλιμιώδης. 5. *dependet*] vg. Lind. *dependit* boni codd. *famel*] congrua quaedam comparavi Etrusc. rer. Intr. I, 10. T. I. p. 38. 6. *Fagutal*] cf. Varro de L. L. V. §. 49. et Festus Qu. XV, 15. p. 147, 10. v. Septimontium, et Qu. XV, 24. p. 156, 27. v. Septimontio. *Iovis sacra*] boni codd. Lind. *Iovi sacra* vg. Codd. in re incerta obniti nolui. Cf. tamen p. 5. v. aliuta. 7. *Fovii*] *Fodios* dictos esse tradit Plutarch. Fab. Max. 1., fortasse pravis libris deceptus. *Favi*] M. *Favii* Gu. *Fabii* vg. Lind. Illud mutare non sum ausus propter singularem librorum constantiam. Cf. p. 66. v. *Faviani*. Caeterum literarum ratio ostendit, haec a Verrio non in FO, sed in FA disposita esse. 9. *Faces*] nullum huius nominativi singularis exemplum superest. 10. *Famino*] Cato de R. R. 141.: *Ianum Iovemque vino praefamino.* Idem 134.: *turc, vino Iano, Iovi, Iunonique praefato.* Lind. ex antiquo titulo apud Gruterum p. 204, 31. FRUIMINO comparat. Cf. Meursius Exerc. crit. ad Pseudolum cp. 2. 11. *Facem*] cf. p. 3. v. aqua et igni, cum annot., et Festus Qu. XI, 3. p. 35, 1. v. patrimi, et Qu. XIII, 25. p. 97, 7. v. rapi solet fax. *aqua*] boni codd. Lind. *aquaque* vg. 13. *Fabam*] cf. p. 61. v. equo. *Lemuralibus*] de hoc ritu v. imprimis Varro de Vita P. R. apud Nonium p. 135, 16. 15. *Flamen Dialis*] haec apud Verrium iis subiuncta erant, quae de faba dixerat: nam voce. literis FA incipientia multo longius continuabantur. *quod filo*] cf. Varro de L. L. V. §. 84. Servius in Virgil. Aen. VIII, 664. Dionys. Ant. Rom. II, 64. *Dialis*] cf. p. 56. v. dium. 18. *Faviani*] et *Favio*] sic iterum boni codd. Lind. *Fabiani* et *Fabio* solus Lipsiensis codex, ut vg. De iisdem Festus Qu. XII, 26. p. 66, 10. v. Quinctiliani. Ovid. F. II, 203. 19. *Fastorum*] Glossar. Labb.: *Fastus* (sic) . . ἡμερολόγιον. *Fasti . . festi*] *Fasti . . . fasti* vg.), ex errore typothetae, ut annot. A. Aug. ostendit. *fandi*) mg. A. Aug. Sed nihil mutandum in verbis codd. et edd. vett., quippe quae Paulus ex sua doctrina addidisse videtur. Frustra etiam Dac.: *Fastis enim dies fasti insunt*, vel si malis: *fastis enim dies fasti scripti sunt.*

Fanum a Fauno dictum, sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur.
Fastigium aedificii summum.
Favi a fovendo.
Favissae locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem, qui putant, favissas esse in
5 Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo vetustate erant facta inutilia.
Faventia bonam ominationem significat. Nam praecones clamantes populum sacrificiis favere iubebant. Favere enim est bona fari, at veteres poetae pro silere usi sunt favere.
Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis.
Farreum genus libi ex farre factum.
10 **Falarica** genus teli missile, quo utuntur ex falis, id est ex locis exstructis, dimicantes.
Fatantur, multa fantur.
Falae dictae ab altitudine, a falando, quod apud Etruscos significat coelum.
Farfenum † virgulti genus.
Fascinum et fas a fando nominantur.
15 **Fartores**, nomenclatores, qui clam velut infercirent nomina salutatorum in aurem candidati.
(67) **Furnalia** † sacra Furrinae, quam deam dicebant.
Furcilles sive furcilla, quibus homines suspendebant.

1. *Fanum a Fauno dictum*] Fronto de differ. vocc. p. 472. ed. Francof.: *Fanum Fauno consecratum; unde Fauni appellabantur prius et illi, qui vagabantur, Fanatici.* *a fando*] eadem recurrunt p. 70. Varro de L. L. VI. §. 54.: *fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sint finem.* Aliud est *sistere fana* apud Festum Qu. XV, 25. p. 157, 4. *pontifex*] Gu. vg. Lind. *pontifex maximus* cett. codd. edd. vett.: lectio non spernenda. 2. *Fastigium*] in Glossar. Labb., ubi legitur: *Fastidium*, λεπωμα, Scal. corr.: *Fastigium*, ἀέτωμα. Eadem habent etiam: *Fastigium*, πέτασος. ὀροφή: sed πέτασος tholorum orbiculariumque aedificiorum esse videtur, non aedium fastigatarum. Cf. Plin. N. H. XXXVI, 19, 4. et quae de petaso odei theatrive tecti disputat Val. Franckius in Richteri Inscr. p. 395 sqq. Quod Salmasius in Spartiani Pescenn. 12. T. I. p. 675. affirmat, *trichoron* nihil nisi fastigium fuisse, id falsum esse, ceteris de trichoro locis comparatis evincitur. 3. *fovendo*] boni codd. *favendo* vg. Lind. Illud in contextum suscepi, quod de favis apum haec dicta putabam. 4. *Favissae*] *Favisae* M. et ita etiam posthacc *favisas*. Ut *mantisa* et *mantissa* dicitur: ita etiam poterat esse *favisa* et *favissa*. Illud voc. constat esse Etruscum, et favissas facere Romani ab Etruscis didicisse videntur. V. Etrusc. rerum IV, 2, 5. T. II. p. 239. Glossar. Labb.: *Favissae*, θησαυροί. Placidus p. 462.: *Favissae, fossae quaedam in Capitolio, quae in modum cisternarum cavatae excipiebant dona Iovis, si quae vetusta erant hominum; a fruge danda.* *Flavissas* habet Nonius p. 112, 29. 5. *ubi . . . inutilia*] cf. Ovid. M. X, 691 sqq.: *Luminis exigui fuerat prope templa recessus Speluncae similis nativo pumice tectus Religione sacer prisca: quo multa sacerdos Lignea contulerat veterum simulacra deorum.* 6. *Faventia*] εὐφημία. V. Accius ap. Nonium p. 206, 2. v. favor. 7. *at*] *ac* mg. A. Aug.: sed *at* sententiae convenit. De formula *favete linguis* multa coacervat Goth. 8. *Falcones*] cf. p. 34. v. Capuam. Glossar. Labb.: *Falcones*, δάκτυλοι ποδῶν κοιλοκυρτοί. Isidori Glossae: *Falcones, qui pollices pedis intra curvos habent.* 9. *Farreum*] cf. p. 76. v. horreum. Glossar. Labb.: *Farreum*, χονδρῶτις. A farreo confarreatio, v. Plin. N. H. XVIII, 3, 3. Ulpiani fragm. 9, 1. Gaius Inst. 1, 110. 112. 10. *Falarica*] v. Nonius p. 555, 14., qui eandem adhibet interpretationem. Glossar. Labb.: *Falarica*, χειροβαλιστρα. 11. *Fatantur*] Glossar. Labb.: *Fator*, πολυλογεῖν. *Fatatus*, ἐπιφωνήσας. 12. *Falae*] cf. Nonius. p. 114, 7. Hesychius: φαλαι, ἐφ. ὀχυραὶ (ἐφ. ὀχύραι cod.). 13. *Farfenum* *Farsenum vel Frasenum* mg. A. Aug. *Farfarum* sive *farfanum* scribendum videtur, ut apud Plautum Poenul. II, 1, 32., quo Festi interpretationem spectare Scal. monuit, et Plin. N. H. XXIV, 15, 85. 14. *Fascinum* aliter Gell. N. A. XVI, 12. 15. *Fartores*] comica, ut videtur, horum hominum appellatio. *infercirent*] boni codd. Lind. *infarcirent* vg. Placidus p. 464.: *Fastori, nomenclatori.* Corrige: *Fartori.* 16. *Furnalia*] *Furinalia* unus Lipsiensis, codex correctus. Verrius, puto, scripsit *Furrinalia*, ut Varro de L. L. VI. §. 19. Ita mg. A. Aug. cum signo emendatae lectionis. *Furrinae*] ed. vet. Io. de Colonia. *Furinae* codd., si recte collati sunt, omnes, ut vg. 17. *Furcilles*] Vix audeo, aut cum Scal. vocc. *quibus hom. susp.* Pauli ipsius emplastrum dicere, aut cum Dac. *onera* post *homines* infercire, ut furcillae aliud nomen sit aerumnularum. Deminu-

Fundus dicitur ager, quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. **Fundus** quoque dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor.

Futare arguere est, unde et confutare. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit.

Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt. Sic et vasa **futilia** a fundendo vocata.

Flagratores dicebantur genus hominum, quod mercede flagris caedebantur †. 5

Flustra dicuntur, quum in mari fluctus non moventur, quam Graeci *μαλακίαν* vocant.

Flator tibicen.

Flemina dicuntur, quum ex labore viae sanguis defluit circa talos.

Flaminius circus et via Flaminia a Flaminio consule dicta sunt, qui ab Hannibale interfectus est ad lacum Trasimenum.

Flaminia* **aedes** domus flaminis Dialis. 10

Flammearii, infectores flammei coloris, **Violarii** violatii dicuntur.

Flumentana porta Romae appellata, quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant.

Flammeo amicitur nubens ominis boni causa, quod eo assidue utebatur flaminica, id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.

Fidusta a fide denominata, ea quae maximae fidei erant. 15

Fides genus citharae dicta, quod tantum inter se chordae eius, quantum inter homines fides concordet; cuius diminutivum **fidicula** est.

tivum non prohibet, quominus magnae aliquae furcae intelligantur; ita in suppliciis aliisve terribilibus rebus sermo hominum ludere assolet. *furcilla*] *furcillae* coni. Dac. *suspendebant*] M. vg. *suspendebantur* Gu. Lind.

1. *Fundus*] aliter Varro de L. L. V. §. 37. 2. *hoc est auctor*] notissimum eius significatus exemplum, sed non solum, sunt municipia, quorum populus in legem aliquam Romanam *fundus factus est*. Plauti Trinum. V, 1, 6. iam A. Aug. advocavit. Ex Paulo intelligitur, quam late olim in iure civili vis huius voc. patuerit. 3. *Futare*] cf. p. 61. v. exfuti, cum annot. Nonius p. 87, 10. et 249, 18. v. confutare, qui proprium verbi sensum aperit. Glossae Isidori: *Futo ἐλέγχω. saepius fuisse*] itaque Catoni *futare* frequentativum erat antiqui verbi FUO. Hinc puta illa esse ducta apud Placidum p. 463. ed. Mai.: *futavit, fuit*, et p. 464. *futavere, fuere*. 4. *Futiles*] congrua grammatici, quos intpp. laudant, Lactant. Plac. in Statii Theb. VIII, 297. Donat. in Terent. Andr. III, 5, 3. Phorm. V, 1, 19. Futile ille *vas* fuisse ait *lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris deae Vestae: quia aqua ad sacra Vestae in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est: unde excogitatum est vas, quod stare non posset, sed, si positum, statim funderetur*. Glossar. Labb.: *Futile*, *εὔχυτον*. V. etiam Gloss. Isidori v. futis, et Placidus p. 463. 5. *caedebantur*] *caedebant* scriptum fuisse coni. Dac. probabiliter. Ita etiam Placidus p. 463.: *Flagratores, qui flagris conducti caedunt*. 6. *Flustra*] voc. utitur solus Tertullian. de pallio 2. A Suetonio T. III. p. 75. ed. Wolf. explicatur: *Flustra motus maris sine tempestate fluctuantis. Naevius in bello Poenico in inscriptione* (sic) *quod ait: "honerariae honustae stabant in flustris", ut si diceret in salo."* *quam*] om. M. 7. *Flator*] Glossar. Labb.: *Flat, Flator* (ubi distinctio tollenda videtur), *φυσᾷ, αὐλητής*. Placidus p. 463.: *Flatores, tibicines a flando*. 8. *Flemina*] *flemina* et *plemina* distinguit Caper de orthogr. p. 2243. P. cf. Meursius Exerc. crit. in Poenul. c. 4. Placidus (ab Urs. adhibitus) p. 462.: *Fleminum vestem, in qua sanguis ambulando in pedes fluit*. Scribendum puto: *venam, in qua* etc. 9. *Flaminius circus* etc.] cf. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 423. 10. *Flaminia*] Lind. e correctione Scal. *Flaminae* M. *Flaminiae* Gu. ut vg. Illam appellationem habet Gellius N. A. X, 15. e Fabio Pictore, et Paulus p. 78. v. ignem. 11. *Flammearii*] Lind. *Flamearii* ed. vet. vg. Plautum, interpretes observant, respici, a quo, Aulul. III, 5, 36., coniunguntur *patagiarii, indusiarii, flamearii, violarii*. *violatii*] alii *violaceum* cum colorem dicunt. 12. *Flumentana*] de hac quae Sachse disputat, Histor. Urbis T. I. p. 212., parum conveniunt cum Festi verbis. 13. *Flammeo*] *Flammeus* est apud Nonium p. 541, 31. *flaminica*] huius vestimentum Gellius N. A. X, 15, 28. e Fabio Pictore *ricam* dicit. Idem 15, 23.: *matrimonium flaminis nisi morte dirimi non est ius*. 15. *Fidusta*] cf. p. 32. v. confoedusti. 16. *Fides*] Dac. ad eandem originem revocat Hesychii voc. *σφίδες, χορδαὶ μαγειρικαί·* et *σφίδη, χορδή*. *concordet*] boni codd. *concordent* vg. Illud Lind. ita defendit, ut verbum primarium relativae enunciationi assimulatum dicat: qua in re provocat ad Kruegeri librum de attract. §. 29.

Fixulas fibulas.

Fiscellus † casei mollis appetitor, ut catillones catillorum liguritores.

Fiber genus bestiae quadripes. Plautus: "Sic me subes cottidie, quasi fiber salicem"; quo nomine extremae orae fluminis appellantur. Unde et **fibras** iocinorum et **fimbrias** vestimentorum dicimus.

5 **Fratria**, uxor fratris.

(68) **Frivola** sunt proprie vasa fictilia quassa. Unde dicta verba frivola, quae minus sunt fide subnixa.

Frater a Graeco dictus est φρήτρη, vel quod sit fere alter.

Frontem antiqui masculino genere dixere.

Fremitum dictum velut ferimentum.

10 **Fratilli** villi sordidi in tapetis.

Fracebunt, displicebunt.

Forago, filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum.

Frutinal templum Veneris Fruti.

Fringilla avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et **friguttire**.

2. *Fiscellus*] fiscellum sive fiscellam, constat, vas vimineum dictum esse, quo caseus cogebatur. Isidori Glossae: *Fiscella, forma, ubi casei exprimuntur.* Hoc nomine fiscelli, Lind. putat, eadem metaphora casei ligurritorem dictum esse, quo bibacem hominem *lagenam*, voracem *macellum*. Vereor tamen, ne quid Paulus turbaverit, et Festus *Fiscello* nominativo casu scripserit, ut fiscellones ita a fiscellis, quemadmodum catillones a catillis, dicti sint. Quamquam etiam Glossae Isidori: *Fiscellus, mollis casei appetitor.* *liguritores*] *ligurritores* M. *catillones*] *catiliones* Gu. V. supra p. 34. v. catillones. 3. *Fiber*] secutus est in eo veriloquio Verrius Varronem de L. L. V. §. 79. *bestiae*] vg. Lind. *vespae* codd. *quadripes*] boni codd. *quadrupes* vg. Lind. Cf. Praef. IV. §. 3. *Plautus*] in incerta fabula. V. Bothe Plauti fragm. inc. 15. p. 445. *subes*] i. e. subedis. Cf. p. 4. v. ambest. *cottidie*] boni codd. Lind. *cotidie* vg. 4. *iocinorum*] M. ut vg. *iocinerum* Gu. Lind. 5. *Fratria*] cf. Nonius p. 557. M: *Fratriae appellantur fratrum inter se uxores.* Glossar. Labb.: *Fratria*, εἰνάτηρ. Placidus p. 463. 6. *Frivola*] Glossar. Labb.: *Frivola*, σκευάρια εὐτελῆ πάνυ, et: *Frio*, λεπτηκοπέω. 7. φρήτρη] Lind. e bonis codd., in quibus est *phretre.* φρήτωρ vg. φράτωρ) mg. A. Aug. *fere alter*] hoc argutum et subtile etymon, ut putabant antiqui, Verrius debet Nigidio. V. Gell. N. A. XIII, 10. Nonius p. 36, 1. 8. *Frontem*] v. p. 46. v. corius, cum annot. 10. *Fratilli*] Glossar. Labb.: *Fratilli*, κροσσοί. *tapetis*] *tappetis* M. Ita etiam scribitur apud Festum, Qu. XV, 26. p. 158, 5. 11. *Fracebunt*] a fracibus oleis. Nam, ut Cato de R. R. 64.: *quam diutissime in fracibus erit oleum, tam deterrimum erit.* Glossar. Labb.: *Frax*, τρυγία γάρου. *Fraces*, ἐλαίου τρυγία· ὑπόστασις ἐλαίου. *Fracere*, ἐξίστασθαι. *Fracidus*, ὑπέρωρος. Plenius Placidus p. 463.: *Fracebunt, sordebunt, displicebunt, dictum a fracibus, qui sunt stillicidia sterquilinii.* Intelligitur, nomen fracium a faecibus olearum ad alias sordes translatum esse. *Frigebunt* alter liber Barthii Adv. XLI, 17.: quod manum interpolatoris aperte prodit. 12. *Forago*] Glossae Isidori: *Forago, trames diversi coloris.* *forando*] Lind. nulla variatione indicata. *furando* vg. Sed *forando* in libro ms. esse, iam annotaverat Urs. 13. *Frutinal*] *Erucinal*, a Venere Erycina, A. Aug. scribi vult: acuta coniectura, sed quae etiam pluribus argumentis confutari possit, quam a Scal. confutata est. Salmasius Exercit. Plin. p. 50. col. 1. frustra eam defendit. *Frucinal* ed. vet. A. Aug. in mg.: quod Dac. ita adsciscit, ut postea pro *Fruti* substituat *frugi*, Meursium scilicet secutus, in Exerc. crit. in Plauti Militem c. 5., qui Venerem Frugi, id est honestis amoribus praesidentem, sibi finxit. *Fruti*] *frugi* ed. vet. *frutae vel frugi* mg. A. Aug. *Frutis* legendum censuerunt plerique, etiam Lind. Ac certum est id Veneris nomen apud Solinum II, 14. *Veneri matri, quae Frutis dicitur.* Augustini autem locus, de C. D. IV, 21., nihil ad Frutim; nomen illud *divae Fructeseae*, quicquid de eius forma statuitur, ad fructus spectat. Caeterum Scal. probabiliter nomen *Fruti* ex Ἀφροδίτη natum esse existimat; ab Etruscis sic esse corruptum, conieci Etrusc. rerum III, 3, 11. T. II. p. 74. Idem Scal. acutissime hinc iyngos, Veneriae aviculae, nomen ducit, quod servatum est in Glossar. Labb.: *Frutilla*, ἴυγξ: quanquam ei adversatur Salmasius Exerc. Plin. p. 50. col. 2. 14. *friguttire*] boni codd. Lind. *frigutire* vg. Cf. Varro de L. L. VII. §. 104., ubi *fringutire* est, Nonius p. 7, 9. v. frigere, 308, 11. v. frigit, Fulgentius p. 562. v. friguttire. Apud hos *friguttire* legitur.

Fratrare puerorum mammae dicuntur, quum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicuntur.
Frigere et **frictum** a Graeco venit φρύγειν.
Fregellae locus in Urbe, in quo civitatis feliis † hospites habitaverunt.
Festram antiqui dicebant, quam nos fenestram. 5
Firmum ἀπὸ τοῦ ἕρματος, quod significat sustentaculum, dictum videtur.
Frausus erit, fraudem commiserit.
Faleri oppidum a fale † dictum.
Fraxare vigiliam circuire.
Florifertum dictum, quod eo die spicae feruntur ad sacrarium. 10
Frugamenta a frugibus appellata.
Frendere est frangere; unde et **faba fresa**; unde et dentibus dicimus frendere.
Formucales † forcipes dictae, quod forma capiant, id est ferventia.
Farrago appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.
Fetiales a feriendo dicti: apud hos enim belli pacisque faciendae ius est. 15

1. *Fratrare*] M. ut vg. *Fratriare* Gu. Lind. Illud analogiae convenientius visum; idemque tuetur Placidus p. 463.: *Fratrarent, turguerent, pubescerent.* Cf. Festus Qu. XIV, 1. p. 105, 31. v. sororiare. *puerorum*] *puellorum*) mg. A. Aug., inutili correctione. 2. *dicuntur*] M: *dicitur* Gu. vg. Lind. Illud restitui ea mente, ut *spica* pro plurali habeatur. Spicum, constat, pro spica etiam a Varrone et Cicerone dici. Ex illa M., praestantissimi cod., lectione nata est ea, quam Ald. habet: *spicae facere dicuntur.* 3. φρύγειν] scribendum vidit Dac. *phrigin* boni codd., quod φρύγειν esse apparet ex more codd. φρικεῖν vg. φρυγεῖν) mg. A. Aug., idemque posuit Lind.: quod nescio quid sit. 4. *feliis*] boni codd. *felii* vg. *illius*) mg. A. Aug. *illim* coni. Goth. Mihi in literis his corruptis latere videtur *Fregellis*, quod compendiaria scribendi ratione facile mutari poterat in *Fellis* et *Feliis*. Quod autem *civitatis Fregellis* scripsit: ita solent senescentis Latinitatis scriptores, ut *civitas Gabis* et multa ad eum modum leguntur in Itinerariis et Agrimensoribus. 5. *Festram*] disertius de eo voc. Antonius Gnipho apud Macrob. Sat. III, 12. Doederlin. Syn. et Etym. T. VI. p. 127. comparat: φωστήρ· θυρίς, ex Hesychio. Corrupte Placidus p. 464.: *Frestram, fenestram.* 6. ἀπὸ τοῦ ἕρματος] vg. *apo tu ermatos* boni codd. 7. *Frausus erit*] verba, ut videntur, e lege sumpta. Apud Plautum Asinar. II, 2, 20. est *frausus siet*, cf. Nonius p. 112, 18. Scal. Livio XXIII (non XXXIII), 14. tribuit: *fraudem frausi*: acutius quam verius. 8. *Faleri*] intelliguntur *Falerii*, sed librarii veterem scribendi rationem servarunt, cum nomen non nossent. *a fale*] Lind., nulla notata lectionum differentia. *a sale* vg.: sed Urs. monet, librum ms. habere *a fale*. Lind. coni. *a falere*, i. e. pila, de quo voc. v. Gesneri lex. rusticum. Non maiore molimine corrigi potest: *a fala*, coll. p. 66. Qui *a sale* scriptum putant, ut Scal. in Varr. de R. R. p. 105, 6. (p. 237.), Falerios ante Halerios dictos esse existimant, παρὰ τὸν ἁλα, ut conditor fuisse dicitur Halesus. De qua nominis forma pluribus dixi Etrusc. rer. IV, 4, 3. T. II. p. 272. 9. *Fraxare*] Placidus p. 462.: *Flaxare, vigilias circumire.* Sed Pauli codd. auctoritas praeponderat, ut *fraxare* retineam, quanquam de etymo verbi minus certus, quam Scal. et Lind. ac Doederlinus, Syn. et Etym. T. VI. p. 122. *circuire*] boni codd. Lind. *circumire* vg. Doederlin. l. l. *circumdare* scribendum esse putat. 10. *Florifertum*] Glossar. Labb.: *Florifertum*, ἀνθοφορία. Caeterum ignota ea caeremonia. 11. *Frugamenta*] Legendum sit *frumenta*, an frumenta intelligantur *quasi frugamenta* dicta a frugibus, quaerit Dac. Utroque probabilius est, fuisse antiquum verbum frugare, et hinc ductum nomen frugamentum. 12. *Frendere*] cf. p. 56. v. defrensam, cum annot., et Nonius p. 447, 10. v. fremere et frendere. *fresa*] boni codd. Lind. *fressa* vg. Utrumque nunc in scriptoribus legitur. De fresa faba Columella II, 12. VI, 3. 13. *Formucales*] *Formucapes* coni. Scal., ut omnis glossa ad explicandam originem voc. *forcipes* scripta esset, quod ita esse, collata p. 63. v. forcipes vix dubium relinquitur. 14. *Farrago*] cf. Varro de R. R. I, 31. Colum. II, 7. Isidori Glossae et Glossar. Labb.: *Farrago*, γράστις. Etiam *Faratalia*, σύνκοπτα eo spectant, nam farrago e satis et leguminibus ferro caesis constabat. Fortasse legendum *Farraginea.* 15. *Fetiales*] M. vg. Lind. *Feciales* cett. codd. Illud a titulis maiorem habet auctoritatem. V. Marini *Atti dei frat. Arvali* p. 708. Cf. Varro de L. L. V. §. 86. (ubi *feciales* scriptum est) et Nonius p. 529, 17. v. fetiales. Apud Placidum p. 466.: *Foedera dicuntur sacerdotes per quos foedera fiebant* etc. Corrige: *Fetiales.*

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur; ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent, et lapidem silicem, quo foedus ferirent.

Femur, femoris, et femen, feminis.

Fenero et feneror dici potest.

5 Frux, frugis dixerunt antiqui.

(69) Fructam et fructum.

Ferocit apud Catonem ferociter agit.

Fivere item pro figere.

Fruniscor et frunitum dixit Cato; nosque quum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum.

10 Felices arbores Cato dixit, quae fructum ferunt, infelices, quae non ferunt.

Falsius et falsior quum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine.

Furum genitivus pluralis a fure.

Fucilis, falsa; dicta autem quasi fucata.

Feriae statae appellabantur, quod certo statutoque die observarentur.

15 Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.

Flammeo vestimento flaminica utebatur, id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore.

Fulguritum, id quod est fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse videretur.

Fanatica dicitur arbor fulmine icta.

20 Fulmen dictum a fluore flammae.

Fulcere* prisci pro ferire dicebant, unde fulgus dictum est.

feriendo] codex Berolinensis, edd. vett., ut vg. et Lind. *ferendo* cett. codd.

2. *foedus ferirent*] his significatur aliud eiusdem nominis veriloquium, a feriendo: a quo Iovem Feretrium dictum esse, erant qui opinarentur. V. Propert. IV, 10, 46. 3. *femen*] igitur Verrius et hunc nominativum usui concesserat, qua de re alii dubitaverunt. V. Forcellinii Lex. Lat. 4. *Fenero . . potest*] hoc, puto, discrimine, ut activum ipsam actionem pecuniae fenore dandae, deponens negotium et quaestus inde faciendi genus significaret, ut solent deponentia. Placidus p. 464: *Foenero foeneror dicimus, habetque quatuor participia.* 5. *antiqui*] ut Ennius apud Priscianum. Cf. Varro de L. L. IX. §. 75. 76., qui tum nominativum frugis non alienum fuisse a consuetudine, ostendit. 6. *Fructam*] participium intelligi videtur. 7. *Ferocit*] Glossar. Labb.: *Ferocio*, ἀγριαίνομαι. 8. *Fivere*] *Fibere* corr. Meursius Exerc. crit. P. II, III, 111. Opp. T. V. p. 638.: sed etiam hoc nonnisi infirma quadam etymologica ratione nititur. Omnem glossam vg. om. *item*] boni codd. ed. vet. *idem* Lind. e Lipsiensi cod. Sed etiam illud significat id quod *apud Catonem*: siquidem omnes glossae a v. ferocit ad felices usque ad Catonem spectant. Lion. Catoniana p. 88. 9. *Fruniscor*] de eo verbo docte disserit Gellius N. A. XVII, 2. *Infrunitum* Senecae et Gellio non insolitum esse verbum constat. 10. *Felices arbores*] Cato non dixit puras sensu religioso, sed frugiferas, ut agricolae. Ita Livius V, 24. et Virgilius saepius. 12. *Furum*] v. C. L. Schneider. Lat. Gramm. P. II, I. p. 256. Cf. *murum* apud Festum Qu. VIII, 28. p. 171, 11. 13. *Fucilis*] mg. A. Aug.: *Futilis*) *Fucilia V. C.* Sed voc. futilis Verrium duxisse a fucato, non est credibile. V. p. 67. v. futiles. 14. *Feriae statae dies statutos* dicit Varro de L. L. VI. §. 25. Contrariae sunt feriae conceptivae, de quibus Paulus p. 48. 15. *Fluoniam Iunonem*] cf. Tertullianus ad nat. II, 11. Arnob. adv. gent. III, 30. Augustinus de C. D. VII, 2. 3. e Varrone. Quae hic de Iunone, quae *tanquam Iuno Lucina cum eadem Mena privigna sua eidem cruori praesidet*: in iis pro Lucina *Fluonia* reponenda esse videtur. Memorat eam etiam Martian. Capella II. §. 149. p. 199. ed. Kopp. 16. *Flammeo*] cf. p. 67. v. flammeo. 17. *Fulguritum*] cf. p. 27. v. bidental, cum annot. *Deus*] *Dius* corr. I. Fr. Gronov. Observv. I, 13. p. 111. (61. ed. Frotscher.), quod p. 66. v. Flamen Dialis *a Dio* sit. Sed non ubique pro Iove *Dius* dici poterat. 19. *Fanatica*] cf. p. 66. v. fanum. 20. *Fulmen*] rectius Varro de L. L. V. §. 70. *fluore*] mg. A. Aug.: *sulnore V. C. fulgore*) Apud Lind. nulla est lectionis varietas. 21. *Fulcere*]

Funebres tibiae dicuntur, cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabatur illicitum.

Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat: antiqui enim ministros camillos dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura praeciperet: "Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes."

Flaminia † dicebatur sacerdotula, quae Flaminicae Diali praeministrabat, eaque patrimes et matrimes erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat.

Ficolea palus ficulneus.

Flaminius lictor est, qui flamini Diali sacrorum causa praesto est.

Frequentarium frequentem.

Fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. (70)

Furvum bovem, id est nigrum, immolabant Aterno*.

Ferentarii levis armaturae pugnatores.

Faustulum porcellum, feturam porcorum.

Familiaris Romanus, privatus Romanus.

Fana, quod fando consecrantur.

Fastis diebus iucunda † fari licebat, **nefastis** quaedam non licebat fari.

tria verba .... eade

correxi. *Fulgere* codd. vg. Lind. Sed inter fulgendum et feriendum nulla notionis affinitas; fulcire autem, quod est ἐρείδειν, σκήπτειν, ab antiquioribus secundum tertiam coniugationem flecti poterat (quo etiam fulsi et fultum et fulcrum et alia derivata digitum intendunt): ac significatus huius verbi, ut Graeci σκήπτειν et Latini cellere (cf. annot. ad p. 42. v. columnae), non longe distat a feriendo. Possem etiam Diomede uti, ubi I. p. 369. P. ita legitur: *Sunt quaedam perfecta a diversis instantibus derivata, ut aceo aces acui, acuo acuis acui, ... fulceo fulces fulsi, fulgeo fulges fulsi*: nisi *fulcio fulcis fulsi* scribendum esse appareret. Placidus p. 463.: *Fulsit, periit* (scribe *feriit*) *vel percussit. Fulgere enim ferire est: unde quoque fulmen dictum.* In his erroris origo apparere videtur. Aliter statuit Doederlin. Syn. et Etym. T. V. p. 66. *fulgus*] boni codd. Lind. *fulgur* deteriores duo codd., ut vg. Non mutavi illud, quanquam ἅπαξ λεγόμενον, cum e Verrio ductum esse possit.

1. *Funebres tibiae*] cf. Festus Qu. IX, 10. p. 10, 13. v. naenia. *Flamini . . . illicitum*] cf. Gell. N. A. X, 15. et annot. ad p. 61. v. equo. 2. *Flaminius*] cf. p. 34. v. camillus. Plutarch. Num. 7. Macrob. Sat. III, 8. *patrimes et matrimes*] *patrimus et matrimus*) mg. A. Aug.: sed illa forma noster etiam infra v. Flaminia et p. 94. v. matrimes utitur, ut dubitari nequeat quin Latina sit. 3. *ab antiquis*] vg. *apud antiquos* Lind. ex uno Gu. 4. 5. *Hiberno . . . metes*] idem carmen rusticum affert Macrob. Sat. V, 20. Servius in Virgil. G. I, 101. Saturnios versus, quibus compositum id esse apparet, ita dimetiendos censet Lind.: Hibérno púlvere, vérno lúto grándia fárra || Camille metés: eandemque sententiam amplectitur H. Meyer in Anthol. Lat. 7. p. 4. Minus recte, opinor, statuunt H. Düntzer et Laur. Lersch de versu Saturnio p. 61. 6. *Flaminia*] vix adducor, ut credam hanc ministram sive sacerdotulam simpliciter *Flaminiam* appellatam esse: multo facilius, ut *Flaminiam camillam* dictam et alterum voc. a Paulo omissam esse statuam. Ita Macrob. Sat. III, 8.: *Romani pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellant, flaminicarum et flaminum praeministros.* Eadem Servius in Virgil. Aen. XI, 543. Cod. Lipsiensis *Flaminula*: nimirum intellexit, qui eum scripsit, *Flaminiae* nomen hic aptum non esse, et propriis viribus errorem sibi corrigendum sumpsit. A. Aug. in mg.: *Flamilla*, propter eandem caussam. 9. *Flaminius lictor*] incertum, an hic intelligatur ab Ovidio F. II, 23. 11. *Fornacalia*] idem voc. explicatur p. 63. 13. *Aterno*] quam potui minima mutatione posui pro lectione bonorum codd. *eterno*, cum notum sit, Neptuno et fluviis boves, etiam nigros, immolatos esse. *Averno* vg. *Saturno* Ald. *Inferno* Lind. 14. *Ferentarii*] cf. p. 13. v. adscripticii. 15. *porcellum*] genitivum pluralis esse contendit Goth. Non puto: sed *faustulum porcellum* eum esse, quem rustici non vendebant, sed ad feturam porcorum adolescere sinebant. 17. *Fana*] v. p. 66. v. fanum. 18. *iucunda*] A. Aug. in mg.: *iura V. C. iuridica*) Scal. corr.: *ius*. Nec dubium, quin tale quoddam verbum Festus posuerit. Cf. Varro de L. L. VI. §. 29. 53. *licebat fari*] Gu. Lind. *fari licebat* M. vg.

Fenus appellatur naturalis terrae fetus; ob quam causam et nummorum fetus fenus est vocatum, et de ea re leges fenebres.

LIBER VII.

Gerrae crates vimineae. Athenienses quum Syracusas obsiderent et crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. Unde factum est, ut gerrae pro nugis et contemptu dicantur.

Genas Ennius palpebras putat, quum dicit hoc versu: "Pandite, sulti', genas, et corde relinquite somnum." Alii eas partes putant genas dici, quae sunt sub oculis. Pacuvius genas putat esse, qua barba primum oritur, hoc versu: "Nunc primum opacat flore lanugo genas."

Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus, et is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius: "Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur."

Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem genii, unde et appellatus.

Gens Aelia appellatur, quae ex multis familiis conficitur.

Gerusia curia ab aetatis vocabulo dicta.

Genuini dentes, quod a genis dependent.

Gestus, quo indicatur, quid geratur, praeter participium, quod a gerendo deducitur.

(71) Genium appellabant deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius: "Genius", inquit, "est deorum

1. *Fenus*] eadem supra p. 64. v. fenus. 1. 2. *leges fenebres*] cf. Liv. XXXV, 7.

4. *Gerrae*] cf. Paulus p. 32. v. cerrones, cum annot. Placidus p. 467. apud Maium: *Gerras, nugas ineptiasque.* 5. *contemptu*] rectius sane dixisset Paulus *cum contemptu*, ut scribendum esse censet Doederlin. Synon. et Etym. T. III. p. 86. Nam contemptum pro re contemnenda a Paulo Festove dictum esse, vix credibile est. Casp. Barth. Advers. XL, 1. e libro suo profert *in conteriemdis*, et inde efficit: *in comoediis.* Facilius inde fieret: *in contemnendis*, si libro isti tanta esset auctoritas. 6. *Genas*] cf. Servius in Virgil. Aen. VI, 686.: *Genis, palpebris. Ennius de dormiente: Imprimitque genae genam.* Plinius N. H. XI, 37, 57. 58. §. 156. 157. si recte scripsit: *Nec genae quidem omnibus, ideo neque nictationes . . . Extremum ambitum genae superioris antiqui cilium vocavere, unde et supercilia. . . Infra oculos malae homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes*: significatus, quo Pacuvius id voc. posuit, magis obsolevit, quam quo Ennius usus est. Placidus p. 468. quae habet, plane nova sunt: *Genis, ea parte vultus, quae inter malas et auriculas est: ideo genae dictae, eo quod infans in utero caput inclinatum inter genua tenet.* *Ennius*] Ann. XII, 7. ap. Merulam. Idem versus affertur a Festo Qu. XV, 17. p. 149, 21. *sulti' genas*] *sulpigenas* boni codd. *sultigenas* vg. *sultis*) mg. A. Aug. Infra in codice Festi *suetigenias* est. 7. *Pacuvius*] in inc. tragoedia, Bothe P. Sc. L. V, II. p. 149. fr. 9. 8. *flore*] *flora* coni. Scal., quod Attius in Bacchis floram lanuginem, et Pacuvius ipse in Antiope floros crines dixerit. V. Servius Dan. in Virgil. Aen. XII, 605. p. 82. ed. Lion., ubi apparet de adiectivo nomine florus, non floreus, dici. Sed idem Scal. sibi ipse iam opposuit Virgilii versum, Aen. VIII, 160.: *Tum mihi prima genas vestibat flore iuventas.* 9. *Gentilis*] cf. imprimis Q. Scaevola apud Ciceron. in Topicis 6. Niebuhr. H. R. T. I. p. 326. ed. alt. Hugo in Horreo iur. civilis VI, IV. p. 468 sqq. 11. *Genialis lectus*] cf. Serv. in Virgil. Aen. VI, 603. *nuptiis*] *in nuptiis* unus Lipsiensis. Ita *nuptiis* apud Varronem de L. L. VI. §. 34. legitur. *honorem*] vg. *honore* boni codd. *appellatus*] boni codd. Lind. *appellatur* vg. 12. *Aelia*] *illa* legi iubet Dac., quod Aeliae gentis proprium non fuerit, ut in familias divideretur. Quasi vero ex Paulo intelligi possit, quid Festus de Aeliae gentis familiis dixerit. 13. *Gerusia*] Varro de L. L. V. §. 156: *Senaculum vocatum, ubi senatus aut ubi seniores consisterent; dictum ut gerusia apud Graecos.* Ipsum enim aedificium dictum esse gerusiam a recentioribus Graecis, ostendit Vitruv. IV, 8. aliique. 14. *a genis*] idem etymon prodit inter alia Cornutus qui dicitur in Pers. I, 115. 16. *gerendarum*] *gignendarum* conieci Etruscar. rerum III, 4, 5. T. II, p. 89., quod Augustinus de C. D. VII, 13. Varrone auctore Genium ita definit: *Deus est, qui praepositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum.* Possis tamen *gerendarum* eo defendere, quod Paulus infra geniales a gerendo dictos esse tradit.

filius, et parens hominum, ex quo homines gignuntur. Et propterea Genius meus nominatur, quia me genuit." Alii genium esse putarunt uniuscuiusque loci deum.

Germen est, quod ex arborum surculis nascitur; unde et germani, quasi eadem stirpe geniti.

Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.

Gingrire anserum vocis proprium est. Unde genus quoddam tibiarum exiguarum gingrinae. 5

Gingriator* tibicen.

Gigeria ex multis obsoniis decerpta.

Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem: ea enim sunt semina rerum, quae Graecorum alii στοιχεῖα, alii ἀτόμους vocant. Duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimum posse putabantur, quos postea gerulos appellarunt. 10

Gnarus quum significet id, quod scius, peritus, tamen invenimus prognare significare aperte.

Gnephosum obscurum, videlicet ex Graeco, quod est κνέφας.

Galli, qui vocantur Matris Magnae comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo; quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte. Alii putant, ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes. 15

Gnarigavit significat apud Livium narravit.

Gnarivisse narrasse.

Gaia Caecilia appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Ro-

2. *loci deum*] cf. Servius in Virgil. G. 1, 302. p. 215. ed. Lion. 3. *germani*] contraria erat Varronis opinio, teste Servio in Virgil. Aen. V, 411.: *germanus est, secundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genetrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat.* *geniti*] M. ut vg. *nati* Gu. Lind. 4. *Gemursa*] cf. Plin. N. H. XXVI, 1, 5. *qui id*] vg. *quid* boni codd. 5. *Gingrire*] Glossar. Labb.: *Gingriunt, χῆνες ἐκβοῶσιν. Gingrum, φωνὴ χηνός.* *Gingrinae*] Glossar. Labb.: *Gingriba, εἶδος φωνῆς αὐλπιγγος.* Ac γιγγρίας Hesychio, γίγγρος Athenaeo et aliis, γίγγρας denique talis αὐλίσκος dicitur Polluci, eodem nomine quo Adonis. 6. *Gingriator*] coniectura ductus scripsi. *Gizeriator* boni codd. *Gingeriator* vg. *Girenator. V. C. Gingrinator*) (id est ex correctione) A. Aug. in mg. Dac. *gingritor* vel *gingrinator* legendum existimat; sed *gingriator* propius a codd. forma abest. Est Graecum γιγγραντὴς a verbo γιγγραίνω. 7. *Gigeria*] M., ut vg. Neque aliter legitur apud Nonium p. 119.: *Gigeria, intestina gallinarum cum hisetica* (fort. *hepatica*; alii *isiciis*) *cocta.* Plura voc. exempla Forcellinius ministrat. *Gizeria* Lind. e Gu., quod Francogallico voc. *gesier*, quod Dac. contulit, parum munitur. 8. *Geniales*] *Genitales* coni. Petrus Chiacconius (Ciacconius ab aliis dictus), commendatum a Fulvio Ursino. Non opus est. Geniales deos Bacchum et Cererem dicit Statius Theb. XII, 618. στοιχεῖα] vg. *stichia* boni codd. 9. ἀτόμους] boni codd. Lind. σπέρματα vg. γένεθλα ἢ ἀτόμους mg. A. Aug. 10. *gerendo*] *genendo* coni. Scal.; idemque pro *quia*] *qua*, id est *genitura*, et pro *gerulos*] *Genios* scribendum existimavit. Quibus mutationibus non librarios, sed Paulum Festumque correxit. Nec diffitetur ipse Scal., lectionem codd. ita defendi posse, ut gerulus antiquiori significatu intelligatur ὁ πράττων καὶ πρακτήρ. In Glossar. Labb. est: *Geruli*, πρακτῆρες, et: *Gerulus*, ἀνύτης, etiam διοικητικός. 11. *peritus*] M., ut vg. *peritus est* Lind. e Gu. *prognare*] voc. aliunde non cognitum, sed ortum ex passivo usu voc. gnarus, quo id a Tacito poni constat. Quod autem apud Nonium bis legitur *prognariter*, p. 150 et 154., id cum strenue et audaciter significare Nonius tradat, non dubito quin *prognaviter* fuerit. 12. *Gnephosum*] cf. p. 39. v. *cnephosum.* Glossar. Labb.: *Gnetonsum, ἀμαυρὸν, σκοτεινόν*, quod Scal. recte mutavit in *Gnefonsum*, H. Stephanus in *Gnephosum.* 13. 14. *quia ... incipiant*] primus eius rei auctor est Callimachus apud Plinium N. H. XXXI, 1, 5. §. 9. *furere*] vg. *furore* boni codd. 16. *Gnarigavit*] *Gnaruravit* coni. Vossius in Etymologico L. L. v. gnari p. 324. ed. Neapol. a nomine gnaruris. Et habetur in Gloss. Labb.: *Gnaurat, γνωρίζει.* Nec tamen quidquam sanius et analogiae Latinae Linguae convenientius esse potest, quam verbum gnarigare. *significat apud Livium*] *ap. Liv. sign.* Lind. e Gu. 17. *Gnarivisse*] Gu. Lind. *Gnariisse* M. *Gnaruisse* vg. Glossar. Labb.: *Gnaritur, γνωρίζεται.* Placidus p. 468.: *Gnoritur* (scr. *Gnaritur*), *cognitum sive compertum est.* 18. *Gaia*] ita recte Verrius, non *Caia*, nam *C*, pro *G* in eo voc. nonnisi in nota scribebatur. De Gaia Caecilia Plutarch. Qu. Rom. 30. Plin. N. H. VIII, 48, 74. §. 194. Valerius Max. de nominibus ex. (T.

manorum, quae tantae probitatis fuit, ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse.

Gallam bibere ac rugas conducere ventri, quum ait Lucilius, praemonet, parsimonia esse utendum, neque gulae indulgendum, ventremque coartandum.

5 Gaulus genus navigii paene rotundum.

Galbeum ornamenti genus.

(72) Gestit, qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu praeter consuetudinem exsultat.

Gneus et corporis insigne et praenomen a generando dicta esse, et ea ipsa ex Graeco γίγνεσθαι, apparet.

Ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terentius: "Ubi illum quaeram? credo abductum in ganeum."

10 Galearia a galearum similitudine dicta.

Gnitus et gnixus a genibus prisci dixerunt.

Gnotu, cognitu.

Gravastellus, senior. Plautus: "Qui est gravastellus, qui advenit." Ut puto, gravastellus a gravitate dictus.

Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.

15 Groma appellatur genus machinolae cuiusdam, quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Graeci γνώμονα dicunt.

Grumus terrae collectio, minor tumulo.

Probus p. 1400. apud Gothofredum), et imprimis Festus Qu. XII, 8. p. 48, 33. v. praebia.

3. *Lucilius*] huius versus e l. XV. Nonius exhibet p. 445, 18. v. accrosum; Dousa posuit l. XXV, 1. p. 63. 5. *Gaulus*] γαῦλος nomen Phoenicii navigii notissimum. 6. *Galbeum*] cf. Paulus p. 36. v. calbeos, cum annot. 7. *Gestit*] cf. Serv. in Virgil. G. I, 387. 8. *Gneus*] boni codd. *Gnaeus* vg. Lind. Constat huius nominis genuinas formas esse Gnaivos, Gnaeus, Gneus, Naeus, Neus. V. maxime Valer. Maximus de nominibus. *Cn.* recte nonnisi in nota scribitur. *et corporis insigne*] nam naevus plenius et antiquius *gnaevus* dicebatur. Ita Valerius: *Igitur etiam qui in corporibus gigni solet, gneus* (alii *gnaevus*) *appellatur.* Etiam hic sine dubio, quod corpori ingenitus est (*Muttermal*). γίγνεσθαι] vg. *gignesthe* boni codd. γίγνεται mg. A. Aug. 9. *Terentius*] Adelph. III, 3, 5., in quo versu explicando Donatus eandem originem, quam Festus significat, exponit, ἀπὸ τῆς γῆς. *Ubi*] vg. *Abi* Gu. om. M. *abductum*] *abditum, vel obductum* mg. A. Aug. Utrumque est in deterioribus codd. 10. *Galearia*] *Galerita* coni. Dac., alaudam galeritam intelligens. Mihi Festus de alia re dixisse videtur. 11. *Gnitus et gnixus*] apparet plenius ita dictum esse pro *nisus* et *nixus.* Latinos olim stirpem voc. NIT cum syllaba *tus* ita commisisse, ut nitus, non nisus inde fieret, ostendunt adgretus et egretus (v. Paulus p. 6. 58.); nec dubito, consideratis iis, quae ad voc. exfutus p. 61. composui, quin in antiquiori lingua Latina nullum omnino participium in *sus* exierit. Gniti autem a genibus dictum esse, eo credibilius, quod primarius eius verbi significatus ad genua spectasse videtur. Cf. Festus Qu. IX, 24. p. 24, 33. v. Nixi di. *genibus*] corr. Scal. Lind. *generibus* ed. vet. vg. 12. *Gnotu*] cf. Glossar. Labb.: *Gnot* (id est *gnovit* contractum), οἶδεν, ἐπιγινώσκει. *Gnotu*, γνῶσιν, διάγνωσιν. 13. *Plautus*] Epid. V, 1, 14., ubi codd. eandem lectionem commendant. Infra apud Festum v. ravi coloris, Qu. XIII, 10. p. 82, 17., in eodem versu *ravistellus* affertur, si Pauli excerptis fides est. Nempe cum nomen gravus (nostrum *grau*) mutaretur in ravus, et gravastellus in ravistellus, etiam Plauti lectio ad formam vulgaris linguae mutata est. Gravastellus autem deminutive a nomine gravaster factum est. *a gravitate*] multo rectius infra a ravo colore. Sed ex hoc loco profecit Placidus p. 467.: *Gravascela* (scribe *Gravastelli*), *graves, id est anni* (scr. *annis*). 14. *Gramiae*] cf. Nonius p. 119, 18. Glossar. Labb.: *Grama*, λήμη. Placidus p. 467.: *Gramis, gremis, quae sunt pituitae oculorum.* *glamas*] id voc. dubitaverim, an nunquam fuerit Latinum. Est Graecum γλάμη, unde adiectiva nomina γλάμων, γλαμυός, γλαμώδης, et verba γλαμῶν, γλαμυῶν. 15. *Groma*] cf. Hyginus in Agrimens. Goes. p. 164. Nonius p. 63, 4. Glossar. Labb.: *Gruma*, γνώμων, διοπτρα ἢ τῶν γεωμετρῶν. Quod in iisdem legitur: *Gauma*, ὀφιαν τεκτονική, Scal. ita corrigit: *Gruma*, ὄπτρα τεκτ. 17. *Grumus*] cf. Nonius p. 15, 24. Glossar. Labb.: *Grumi*, τύμβοι, λίθοι οἱ τῶν ὅρων, et: *Grimini*, οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι, quod *Grumi* vel *Grummi* fuisse vidit Scal. Glossae Isidori: *Grumulus, ager tractus.* Graecum χρῶμαξ· σωρὸς λίθων, ut est apud Hesychium, comparatur a Doederlino Synon. et Etym. VI. p. 151.

Gracchuris urbs Iberae regionis, dicta a Graccho Sempronio, quae antea Ilurcis nominabatur.

Gracca sacra festa Cereris ex Graecia translata, quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant. Quae sacra, dum non essent matronae, quae facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur.

Gruere dicuntur grues, ut sues **grunnire**. Unde tractum est **congruere**, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est. 5

Gradivus Mars appellatus est a gradiendo in bella ultro citroque; sive a vibratione hastae, quod Graeci dicunt *κραδαίνειν*; vel, ut alii dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretantur, quia corona graminea in re militari maximae est honorationis.

Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autem dicuntur latrones vias obsidentes; gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi. 10

Grallatores appellabantur pantomimi, qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes, ob similitudinem crurum eius generis, gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus: "Vinceretis cursu cervas et grallatorem gradu." (73)

Gravida est, quae iam gravatur conceptu; **praegnans** velut occupata in generando, quod conceperit; **inciens** propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. 15 aud. 2 om.

Graculi a sono oris vocati, sive a gerendo dicti, quod iacta segetum semina plurimum gerant, vel quod ex olivetis cubitum se recipientes duas pedibus bacas, tertiam ore ferant.

Greges ex Graeco dicti, quos illi *γέργερα* solent appellare.

1. *Gracchuris*] de eo municipio diligenter disseruit Uckert. Geograph. II, I. p. 448. 2. *Gracca sacra*] cf. Cicero de legg. II, 9, 21. 15, 37. pro Balbo 24, 55. 3. 4. *ne amplius centum diebus*] *triginta diebus* dicit Livius, ubi eandem rem enarrat, XXII, 36. Hinc *XXX diebus* in Ald. venit. 5. *Gruere*] Glossar. Labb.: *Gruo, κραγγάζω* (scribe: *κλαγγάζω*), et: *Gruunt, γερανίζουσι*. Cf. Paulus p. 32. v. congruere. 7. *Gradivus*] eadem partim, partim similia artificia etymologorum proponit Servius in Virgil. Aen. III, 35. *est*] om. Gu. Lind. 8. *κραδαίνειν*] vg. *kradenin* boni codd. *κραδεύειν* mg. A. Aug. *gramine sit ortus*] fabulam, quam narrat Ovidius F. V, 255., significari monet Scal. 10. *Grassari . . . adulari*] nihil de ea re Nonius p. 315, 33 sq. Ex Varrone apud Gellium II, 2. haec commode contulit Dac.: *Si quis in ea (poetica) studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur.* 12. *Grallatores*] cf. Varro de L. L. VII. §. 69. Placidus apud Maium p. 468.: *Grallae, perticae* (codd.: *conloqui parcitis*), *ad quas cruribus colligatis ambulantes, grallatores* (codd.: *gravatores*) *dicuntur.* Glossar. Labb.: *Grallatores, πανικὰ φοροῦντες*, quae explicatio ad voc. *Grullatores* iteratur. *Πανικὰ* intellige perticas illas cum furculis, gracilia Panum crura imitantes. Dac. Graecorum *γύπωνας* (v. Pollux IV, 104.) comparat. 14. *Plautus*] in Poenulo III, 1, 27. *grallatorem*] *clavatorem*, Turnebus Advers. III, 11. in antiquis membranis se testatur repperisse, ac putat utramque lectionem eodem iure defendi posse, quo Festus ex eodem versu gravastellus et ravistellus attulerit. At clavator a sententia Plauti alienus est; ac codd. a Lind. collati grallatorem constanter tenent. 15. *praegnans*] signum distinctionis ante hoc voc., quod cum vg. positum esset, Lind. deleverat, idem V. D. in commentariis restituit. De discrimine voce. gravidus, praegnans, inciens v. Doederlin. Synon. et Etym. T. V. p. 226. *generando*] *genando* coni. Dac., quod nihili est voc. 17. *a sono oris*] similiter Quinctil. Inst. I, 6. Isidor. Origg. XII, 7, 45. Varronis originationem, *graculi, quod gregatim*, insequentes grammatici omnes improbaverunt. 18. *bacas*] Gu. Lind. *baccas* M. vg. Utrumque constat suo iure dici. V. Schneider Gramm. Lat. I, II. p. 401. Festi sententia, a Paulo admodum obscurata, quae fuerit, facile est coniectare. 19. *γέργερα*] *gergera* boni codd. mg. A. Aug. *ἀγέλας* vg. Illud cum Lind. servavi, ac vellem, etiam Varroni de L. L. V. §. 75. servassem e codd. fide *γέργερα*, ubi Scaligero obsecutus scripsi *γάργαραι*. Nam quanquam *γάργαρα* comicorum poetarum usu magis innotuit, etiam *γέργερα* habet, quo se tueatur, Hesychii testimonium: *Γέργενα πολλά*, quod Salmasius recte refinxit in *Γέργερα*. Ita saepissime in Graeca lingua variant syllabae *ΕΡ* et *ΑΡ*, ut in *ἄρσην* et *ἔρσην*, *θέρσος* et *θάρσος*, *ἐρρηφόροι* et *ἀρρηφόροι*, *σκαπερδεῦσαι* et *σκαπαρδεῦσαι*, aliisque multis.

Grave aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus, pressus aere alieno, ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem, ut illi, valerent. Item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti.

Glomus in sacris crustulum, cymbi figura, ex oleo coctum appellatur.

5 **Glos**, viri soror, a Graeco *γαλόως*.

Gluttire et **glocidare** gallinarum proprium est, quum ovis incubiturae sunt.

Glittis, subactis, levibus, teneris.

Gluma hordei tunicula, dictum, quod glubatur id granum. Unde et pecus **glubi** dicitur, cuius pellis detrahitur.

Gliscere crescere est; **gliscerae**, mensae gliscentes, id est crescentes, per instructionem epularum scilicet.

10 **Glucidatum**, suave et iucundum. Graeci etenim *γλυκύν* dulcem dicunt.

Gloria a Graeca voce dicta: hanc enim illi *κλέος* vocant.

Gulliocae nucum iuglandium summa et viridia putamina.

Gutturnium vas, ex quo aqua in manus datur, ab eo, quod propter oris angustias guttatim fluat.

Gaudium *ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν* dictum.

15 **Genus** dictum putatur a terrae Graeco vocabulo, quam *γῆν* dicunt.

(74)

1. *quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium*] vg. et in mg. *librae. q. d. asses, singuli pondo libras efficiebant, denarium* Lind., corrupta interpunctione. Urs. ea verba ita interpungenda et emendanda censuit: *quia asses singuli pondo libram efficiebant, deni autem denarium, ab hoc assium numero dictum.* Alia tentarunt Hotomannus et Ciacconius. At recte dici *asses libras pondo erant*, observat Gronovius de pec. vet. I, 6. p. 27. ed. Lugdun.: quanquam apud Varronem de L. L. V. §. 169. recte legitur *as erat libra pondus*, non: *as . . libram pondo.* Sed eundem Varronem, paulo inferius §. 182., optime vidit Gronovius scripsisse, quod in codd. est: *asses libras pondo erant*, ubi *librales* posui, quod alii aliis scriptoribus pro *libras* obtruserunt. Etiam hoc recte Gronovius, quod *libras* accusativum mensurae esse affirmat, non genitivum obsoletum, ut Salmasius eiusque sectator Dac. 2. *Sed bello Punico*] cf. Festus Qu. XV, 21. p. 153, 13. v. sextantari, et imprimis Plin. N. H. XXXIII, 3, 13. §. 44., cuius dictis Boeckhii rationes maximum pondus addiderunt. *librariis*] *libralibus* A. Aug. in mg. Sed librarius etiam meliore iure utitur, quam libralis. *tantundem, ut illi*] M., ut videtur, sicut Ald. *tantundem* Gu. vg. Lind. *tantuli* edd. vett., quod ex *tantum ut illi* natum esse videtur. 4. *Glomus*] cf. Cato de R. R. 79. et Varro de L. L. V. §. 107., qui *globum* dicunt. *cymbi*] *cymbii* Lind. *kimbi* boni codd. *cybii* vg. *rombi, vel cybi cubi*) mg. A. Aug. *rombi* habet liber Barthii, Advers. XL, 1. 5. *γαλόως*] *γάλοως* Lind. e Gu., in quo est *galaos. γάλως* vg. Glossar. Labb.: *Glos, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή, γάλως, παρὰ Πλαύτῳ*, puto, ex Festo. 6. *Gluttire*] boni codd. *Glocire* vg. Lind., neque ullo cod. neque edd. vett. addicentibus. *Gluctire* mg. A. Aug. Glocire e Columella affertur, sed gluttire eodem fere sensu dictum esse, ostendunt Glossar. Labb.: *Gluttit, κροκκα* (*κροκᾷ* Vulcan.) *ὄρνις, ἐνκαμπτει* (i. e. *ἐγκάπτει*, quod spectat ad glutio), *κλοκκᾷ ὄρνις.* *glocidare*] *glocitare* corr. Dac. At illam voc. formam satis antiquam esse, testantur Glossar. Labb.: *Glocido, παππάζω.* 7. *Glittis*] boni codd., ut vg. *Glutis* deteriores duo codd., etiam liber Barthii, Advers. XL, 1., cui perexigua fides est. Sed alia sunt, quae huic formae egregie patrocinentur. Verbum est gluo, quod Glossar. Labb. explicant *συστύφω*; hinc fit glutus, quod Cato de R. R. 45. componit cum subacto, et substantivum nomen glutum, quod idem significat ac gluten. Nec tamen lectionem bonorum codd. mutavi, cum in Glossis Isidori reperiatur: *Glis, glitis, humus tenax.* 8. *Gluma*] cf. Varro de R. R. I, 48. Nonius p. 118. v. glumam. *pecus*] *penis* cod. Barthii, Advers. XL, 1.: foeda interpolatione. 9. *Gliscere*] cf. Nonius p. 22, 12. Festus Qu. XIII, 15. p. 87, 30. v. reglescit. De glisceris mensis nihil praeter haec innotuit. *id est*] om. M. 10. *Glucidatum*] cf. Paulus p. 42. v. clucidatum. Glossar. Labb: *Gloditatus* (*Glocidatus* corr. Scal. Vulcan.), *ἡδύς.* 12. *Gulliocae*] *Gullicae* vel *Gulliolae* corr. Dac. Cf. supra p. 39. v. culliola, cum annot. Aut hoc aut illud voc. corrupto loco depromptum esse apparet, cum significatus idem esse dicatur. Ac certe et Glossar. Labb. magis huic formae favent, et Placidus p. 467., ex quo iam Urs. haec apposuit: *Guilliciola* (*Gallicicola*, Maius) *cortice nucis iuglandis viridi, per quem corpus humanum intelligi vult.* 13. *Gutturnium*] cf. supra p. 39. v. cuturnium, cum annot. Placidus p. 467.: *Gutturneo, gutto.* Isidori Glossae: *Gutturnia, gutturis inflatio*, perversa explicatione. 15. *γῆν*] vg. *gi* boni codd. *γῇ* Lind. Sed ita non solet Paulus.

Gannitio canum querula murmuratio.
Gesum grave iaculum*.
Gurgustium genus habitationis angustum, a gurgulione dictum.
Gricenea funis crassus.
Grando guttae aquae concretae solito grandiores. 5

LIBER VIII.

Herbam do quum ait Plautus, significat, victum me fateor; quod est antiquae et pastoralis vitae indicium. Nam qui in prato cursu, aut viribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant.
Heluo dictus est immoderate bona sua consumens, ab eluendo; cui aspiratur, ut aviditas magis exprobretur; fit enim 10 vox incitatior.
Helvacea genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum et album, appellaturque helvus.
Herma a Graecis ponitur pro firmamento. Unde etiam Mercurii nomen inventoris, ut putabant, firmae orationis dictum. Interdum etiam saburram significat.
Here, id est adverbium temporis heri, dictum a Graeco ἐχθές. 15
Hetta res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis atque oscitatio. Alii pusulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet assurgere, a qua accipi rem nullius pretii, quum dicimus: **non hettae te facio.**
Heres apud antiquos pro domino ponebatur.
Heredium praedium parvulum.
Hecate Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina. 20

1. *Gannitio*] cf. Varro de L. L. VII. §. 103. Nonius p. 450, 7. et Festus Qu. IX, 25. p. 25, 21. v. nictit. 2. *grave iaculum*] corr. Scal. *gr. iaclum* Lipsius Epist. Quaest. III, 20. *gr. iactum* codd. Illud eo aptius est, quod gaesum δόρυ vel ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον fuisse traditur a Polluce VII, 33, 156. et Hesychio v. γαισός. Glossae Isidori: *Gesum, asta, iaculum*, βολίς. 3. *Gurgustium*] cf. Placidus p. 467.: *Gurgustiolum, antrum secrete angustum.*

7. *Herbam do*] de eodem more Plinius N. H. XXII, 4, 4. §. 8. et Servius Danielis in Virgil. Aen. VIII, 128. e Varronis Actiis (non Antiquitatt.). Placidus p. 470. apud Maium: *Herbam dedit. Hoc enim contendentibus erat, vulsam herbam qui vinceretur porrigendi, ut nunc dicitur.* Nonius p. 317, 17. v. herba quae ex Accii Meleagro affert: *herbam conferunt*, ea recte monet Scal. ad alium morem spectare, puta ad φυλλοβολίαν, de qua v. Boeckh. in Pind. P. IX, 121. 10. *Heluo*] Glossar. Labb.: *Heluo*, λαφυκτής, et: *Helluo*, ἄσωτος, καταφαγὰς (scr. καταφαγᾶς). 12. *ornamenti*] *condimenti* coni. Forcellinius in Lexico v. helvacea, ratione minime idonea adductus, quod etiam helvella oleris genus fuerit. Lydorum multa erat in corporibus ornandis cura et magnificentia. Cf. Etrusc. rer. I, 3, 7. p. 261. 10. p. 270. 13. *Herma*] fortasse rectius ἕρμα scriberetur. Sed in codd. nullum Graecarum literarum vestigium. 14. *saburram*] Glossar. Labb.: *Sabura*, ἀσφάλισμα πλοίου· ἔρσμα πλοίου. Scribe ἕρμα, quo in iisdem Glossariis *Saburra* explicatur. 15. *Here*] Quinctiliano teste, Inst. I, 7., *heri* antiquius fuit quam *here*; Paulus contrarium docere videtur. ἐχθές] vg. *ekhes* M. *ekthes* Gu. 16. *Hetta*] Glossar. Labb.: *Ecta*, φλοκτὶς ἄρτου, et: *Hecta*, ὑμὴν ῥοίας, et: *Hieta*, ὑμὴν ῥοίας, et: *Hitta*, ὑμήν. Apparet, huius voc., quo minimae et tenuissimae res appellabantur, plures fuisse formas et interpretationes. *Hecta*, errore ex *Hetta* ortum, etiam in ed. vet. et cod. Lipsiensi est. *coquendo*] *quoquendo* edd. vett. *accipi*] Gu. Lind. *accipe* M. *accipimus* vg. Pendet illud a verbo *dixerunt*. *hettae*] *hittae* M. 18. *Heres*] cf. imprimis Iustinian. Instit. II, 19. §. 7. et quae Schraderus p. 355. docte annotavit. 19. *Heredium*] cf. Varro de R. R. I, 10. Niebuhr. H. R. T. II. p. 54. Placidus p. 469.: *Herediolum, possessiunculam.*

Helus et helusa antiqui dicebant, quod nunc holus et holera.

Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum, et esse una ex Martis comitibus putabatur.

(75) Heus adverbium vocandi a Graeco ἐΰς* venit.

5 Hemona humana, et hemonem hominem dicebant.

Harviga dicebatur hostia, cuius adhaerentia inspiciebantur exta.

Hebes retunsi acuminis.

Helucus ab hiatu et oscitatione dictus.

Hemina ex Graeco ἡμίεκτος, ἡμίνα; quod est dimidia pars sextarii.

10 Heliconides Musae a monte Helicone vocatae.

Hedera dicta, quod haereat, sive quod edita petat, vel quia id, cui adhaeserit, edat. Quae in tutela Liberi putabatur esse, quia, ut ille iuvenis semper, ita haec viret; vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat.

Herbilis anser herba pastus, qui gracilior est, quam frumento altus.

Hercules astrologus dictus, quod eo die se flammis iniecit, quo futura erat obscuratio solis.

15 Hernici dicti a saxis, quae Marsi herna dicunt.

1. *Helus et helusa*] de litera S posterius in R mutata v. p. 13. v. arbosem, cum annot., p. 46. v. comperce, cum annot., p. 65. v. ferias. Quod Scal. *helesa* scribendum fuisse existimat, errat. Nam vocalis U, quae in olus est, servabatur, dum S locum suum tueretur, ut in olusculum, onustus, vetustus, sed eadem, ubi S in R mutatum erat, transiit primum in O, deinde, literae eius vi magis infracta, in E. Ex helus autem holus factum est, ut ex hemo homo. Ab helus, in aliam formam sine litera S deflexo, etiam helvola et helvella (v. p. 77.) dicta esse videntur. 2. *Herem Marteam*] Scal. verebatur, ne Verrius in corruptam scripturam offendisset, ubi *herem* pro *Nerienem* legisset. Sine iusta caussa: nam antiquos Italos multa habuisse numina primariis diis adiuncta et eorum nominibus cognominata, ostendunt Umbrorum monumenta, in quibus a Iove dictas invenimus *Trebe Iovie* et *Tefre Iovie* et a Marte *Serfe Martie* et plura eiusmodi. Nec dissimiles puto in precationibus sacerdotum apud Gellium N. A. XIII, 22.: *Heriem Iunonis* et *Molas Martis*. Atque in Ennii Annalium versu, qui ibidem §. 18. ponitur, Meursius Exerc. crit. P. II. III, 6. recte videtur *Nerienem Mavortis et Herem* restituisse, ubi in codd. est *Nerienem Mavortis et hercle ni* — vel similia. Id Meursii inventum Dac. clam suum fecit, ut solet. 4. ἐΰς] coni. scripsi. *ays* boni codd. *aï* vg. Persuasi mihi, etymologos Latinos in verbis: *heus, age*, et: *heus, bone*, honorificam quandam appellationem vidisse. αὖς coni. Lind., quod pro οὖς dici Acolice: quae obscurior est sententia. 5. *Hemona*] *homonem* ex Ennio (Annal. II, 33.) afferunt Priscian. VI. p. 683 P. et Servius in Virgil. Aen. VI, 595., atque *homones* e Naevio Calpurn. Piso de continent. vet. poet. mspt. apud Merulam ad Ennium p. XLI. In Paulo tamen *hemona* etiam literarum ordine confirmatur. Hinc nēmo, id est nĕ-hĕmo. 6. *Harviga*] cf. Varro de L. L. V. §. 98. Quod Scal. putaverat, in Coniect. in Varron. de L. L. p. 26, 2. (p. 42.), et in Varrone et in Festo reponendum esse *aringa*, librorum consensu refellitur. V. Brisson. de formulis I, 20. p. 12. ed. Conr. *adhaerentia insp. exta*] haec, quae ad etymon voc. expediendum Festus posuerat, a Paulo obscurius reddita sunt. Quae ed. ant. Mediolanensis A. MD. habet, a Dac. laudata, *ad hepatia inspicienda conducuntur arioli*, a quodam V. D. interpolata sunt. Et huic tam infirmo fundamento insistunt, quae Vossius Etymol. L. L. v. aries p. 60. ed. Neap. proposuit: *ad hepar et exta insp. cond. arioli*. 7. *Hebes*] cf. Nonius p. 121, 31. *retunsi*] Lind. cum bonis codd. *retusi* vg. 8. *Helucus*] alia Paulus supra p. 57. v. elucum. Cf. p. 74. v. heluo. Placidus p. 470.: *Hellui crapula veterani* (scribe: *Heluci, crapulae veteranae*): *unde helluones dicuntur*. 9. ἡμίεκτος, ἡμίνη] *exes.iosimi* M. *exestosimi* Gv. Scilicet Graeca illa sic Latinis literis expressa erant: *IMIEKTOSIMINI*, a qua forma codd. ductus prope absunt. Caeterum Paulus, quae Festus diligentius explicuerat, breviter contraxit. Vg. nihil legitur nisi ἥμισυ. Lind.: ἥμισυ, *id est semi*. 11 *Hedera*] supra p. 62. *ederam* scriptum erat. 13. *Herbilis*] "Lucillius: *Anseris herbilis virus*. Citatur in fragmentis Servii." Scal. Lucilii verba extant apud Servium Danielis in Virgil. G. I, 129. p. 192. Lion. Lucilii fragm. inc. 123. p. 15. ap. Dousam. *gracilior*] *grandior* mg. A. Aug., male. 14. *Hercules astrologus*] etiam hoc e pragmatica fabularum doctrina petitum est, cuius inventores Herculem ab Atlante astronomiam edoctum esse tradiderunt. Primus eius rei auctor Herodorus apud Clement. Alex. Strom. I, 15. p. 132. ed. Sylb. 15. *Marsi*] Sabinorum id voc. esse dicit Servius in Virgil. Aen. VII, 684. et Schol. Iuven. XIV, 180. e Cod. Monac. apud Cramerum Comment. in Iuven. p. 612.

Histriones dicti, quod primum ex Histria venerint.

Herceus Iuppiter intra conseptum domus cuiusque colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant.

Hippagines naves, quibus equi vehuntur, quas Graeci *ἱππαγωγούς* dicunt.

Hirtipili durorum pilorum homines.

Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine scilicet hircorum dicti. 5

Hira, quae diminutive dicitur **hilla**, quam Graeci dicunt *νῆστιν*, intestinum est, quod ieiunum vocant.

Hippacare est celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modum acutus.

Hilum putant esse, quod grano fabae adhaeret, ex quo **nihil** et **nihilum**.

Hirrire garrire, quod genus vocis est canis rabiosae.

Hilarodos lascivi et delicati carminis cantator. 10

Hippius, id est equester, Neptunus dictus est; vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit; vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret; vel quod tridentis ictu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex insula Coo dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. (76)

Hastae subiiciebantur ea, quae publice venundabant, quia signum praecipuum ✝ est hasta. Nam et Carthaginenses 15 quum bellum vellent, Romam hastam miserunt, et Romani fortes viros saepe hasta donarunt.

Habitudo habitus corporum.

Halapanta significat omnia mentientem, ab eo, quod halet omnia. *Ἄλην* enim Graeci *τὴν πλάνην*, id est fallentem, appellant.

1. *Histriones*] alia et saniora Liv. VII, 2. Valer. Max. II, 4, 4. 2. *Herceus*] *Hercius* M., non minus bene. De hoc disertissime scripsit Creuzer. Comment. Herod. p. 230 sqq. 3. *Hippagines*] cf. Gell. N. A. X, 25. Voc. est hybridum, detortum a Graeco *ἱππαγός* ad analogiam Latinorum voce. farrago, sartago, carrago. *ἱππαγωγούς*] vg. *ypagogos* M. *ippagogos* Gu. 4. *Hirtipili*] Lind. cum bonis codd. *Hircipili* vg., quod interpretationi adiectae minus convenit. *Hystriculi* corr. Boscha in Petron. Satyr. 7. p. 45. ed. Burm. alt., quod non displiceret, si codd. addicerent. In Glossis Labb. est: *Hirsiculus* (id est *Hystriculus*), *δασύπρωκτος*, et: *Hircipili*, *δασύτριχες*. *durorum*] boni codd., Dac. e coni., Lind. *duorum* vg. *densorum*, quod in Mediolanensi est, e vulgata corrigendo factum est. 5. *Hirquitalli*] cf. infra p. 78. v. irquitalli, Velius Longus p. 2223. P., Censorinus de die nat. 4. (hic docet *hirquitallire* idem esse, quod Graecum *τραγίζειν*), Glossar. Labb.: *Hirquitali*, *τραγίζοντες*, et: *Irquis*, *τραγιων παις αρχιηηβιοσος* (scribe: *τραγίζων παῖς ἀρχὴν ἥβης*, vel similiter), et *Irquitalus*, *νηπιώτατος*. In Anal. Gramm., quae ediderunt Eichenfeld et Endlicher, P. I. p. 207. *hirquitalli βούπαιδες* dicuntur. 6. *Hira*] Placidus p. 470: *Herasintima*, *intestina*, *quorum diminutio dicuntur*. Corrige: *Hira*, *intima intestina*, *quorum diminutio hilla dicuntur*. *hilla*] cf. Nonius p. 122, 7. Eadem *hila* dicere videtur Varro de L. L. V. §. 111. *νῆστιν*] vg. *nistin* boni codd. 7. *Hippacare*] Isidori Glossae: *Hippitare*, *oscitare*, *badare*. 8. *Hilum*] cf. Nonius p. 121, 3. Idem voc. esse *Illum*, *νάρθηκος τὸ ἐντός*, in Glossar. Labb., monuit Scal. *nihil*] cf. Varro de L. L. IX. §. 54. 9. *Hirrire*] Glossar. Labb.: *Hirrit* (quod etiam in *Hirric* corruptum est), *ὅταν κύων ἀπειλῇ ὑλακτῶν*. *garrire*] *ringere* mg. A. Aug. Ald., nullo cod. addicente. *rabiosae*] M. vg. *rabiosi* Lind. cum Gu. 10. *Hilarodos*] cf. Athen. XIV. p. 620 sqq. *cantator*] boni codd. Lind. *cantor* vg. 11. *Hippius*] v. maxime Voelckel. Mythol. Iapet. p. 133. Pegasis, Pegasi mater, aliis ignota. 12. *loco*] *locum* Gu., quocirca Lind. coni. scriptum fuisse *in locum*. 13. *nono quoque anno*] *διὰ ἐνναετηρίδος*. Similia Troum et Argivorum sacra nota sunt. 15. *Hastae*] cf. Cuiacius in l. X. Cod. T. III. p. 232 c. ed. Wechel. Zumptius de iudic. centumvir. (e commentatt. Acad. Berolinensis a. 1838.) p. 8. *praecipuum*] *praelii* scribendum suspicatur Urs. Mihi verisimilius videtur, excidisse voc. *belli*. Cf. Paulus p. 27. v. Bellona. 17. *Habitudo habitus*] Festum, puto, diligentius habitudinem ab habitu distinxisse. Placidus p. 469.: *Habitudine*, *habitu*. 18. *Halapanta*] ita libri Pauli, nisi quod Lipsiensis *Halaphanta*. Apud Plautum, in Curcul. IV, 1, 2. *Halophantam* legi solet; et sic Nonius p. 120, 7. In Paulo Urs. coni. *Holpata*, ex Graeco *ὅλος* et *ἀπατάω*: nimirum Plautini loci immemor. Turneb. Advers. XI, 5. voluit *holophantam*, ab *ὅλος* et *φαίνειν*. Sed Paulum certe et Festum apparet *halapanta* scripsisse, propter interpretationem adiectam. Quam interpretationem plures sunt, qui non immerito obiurgaverint, in his maximopere Canterus Nov. IV, 10.

Habitior pinguior.
Hostiliis Laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.
Hallus pollex pedis scandens super proximum, dictus a saliendo. Nam ἅλλομαι Graece, Latine significat salio.
Hammo cognominatus, qui in arena putatur inventus, quae Graece hoc nomine appellatur; cui cornua affinguntur arietis
5 a genere pecoris, inter quod inventus est.
Horreum antiqui dicebant **farreum** a farre.
Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, et qui nunc hostis, **perduellio**.
Hostia dicta est ab eo, quod est **hostire** ferire.
Hordiarium aes, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.
10 **Hostimentum** beneficii pensatio.
Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possint, orirentur.
Horctum et **forctum** pro bono dicebant.
Hosticapas hostium captor.
Hamotrahones alii piscatores, alii, qui unco cadavera trahunt.
15 **Horda** praegnans, unde dies, quo gravidae hostiae immolabantur, **Hordicidia**.
Honorarios ludos, quos et Liberalia dicebant.

halet] *alet* M. Ἅλην] vg. *alin* boni codd. τὴν πλάνην] vg. *tim planim* M. *tin planin* Gu.

1. *Habitior*] Terentium Eun. II, 3, 34. respici, monuit Dac. Placidus p. 469.: *habitior, plenioris habitus.* 2. *Hostiliis*] *hostiles* hos lares minus recte dicit Hartung. de relig. Rom. T. I. p. 59. Fortasse cum fabulis de Hosto Hostilio coniuncti erant. 3. *Hallus*] cf. p. 7. v. allus. *pedis*] om. Lind., errore typogr. puto. *Nam . . salio*] om. M. 4. *in arena inventus*] eadem fabula disertius exponitur in Schol. Statii Theb. III, 478. et in mythogr. Vaticanis II, 80. *hoc nomine*] ἄμμος, quod vg. additur, om. boni codd. Lind. 7. *Horreum . . farreum*] cf. annot. ad v. foedum p. 63. *dicebant farreum*] *farreum dicebant* Lind. cum Gu. 7. *Hostis*] cf. Varro de L. L. V. §. 3. Cicero de off. I, 12, 37., quorum sententiam iniuria carpit Car. Beierus in Excursu XIII. ad Cicer. de off. p. 346. Placidus p. 436. v. agoniae: *Antiqui etiam peregrinos et pari iure viventes hostes dicebant.* Nostrum est *Gast*, cuius primitivam vim mutua officia significare, linguarum comparatio docet. Sed Graecum ἑστία (*Γεστία*, Vesta) ab hac stirpe vocc. alienissimum. Facilius crediderim in Graeco ξένος, quod est *ΧΣΕΝΟΣ*, literas esse primitivas *Χ-Σ*, quae Latinis H-S, nostris G-S respondent, ac reliqua amplificationi cuidam nominis deberi. *perduellio*] Gu. mg. A. Aug. Lind. *perduellis* M., ut videtur, sicut vg. De illa nominis forma plura dedimus in annot. ad v. duellum p. 51. 8. *Hostia*] aliter, non melius, Ovid. F. 1, 336. De verbo hostire v. annot. ad v. hostimentum. Placidus p. 436. v. agoniae: *Hostiae autem aeque ab hostimento, id est aequamento*: cui veriloquio alia ibi adduntur, nescio an et haec e Festo petita. 9. *Hordiarium aes*] οὗτος ἵππος in monumentis Atticis. Cf. Boeckh. de Athen. oecon. publ. T. I. p. 270. Subtilissime de aere militari, equestri, hordeario Gaius Inst. IV. §. 27. Cf. Festus Qu. XVI, 22. p. 193, 9. v. vectigal, cum annot. 10. *beneficii pensatio*] haec hostimenti explicatio potissimum spectare videtur ad Accii versum ex Athamante a Nonio v. grave p. 315, 19. servatum, de quo restituendo meruerunt Grotius et Th. Bergk in Museo Phil. Rhenano T. III. p. 81. Certa sunt haec: *beneficiis . . . hostimentum peperisti . . grave.* De hostiendo et hostimento cf. Festus Qu. XIII, 8. p. 80, 21. v. redhostire, qui primariam eius verbi significationem rectissime exponit, Nonius p. 3, 26. v. hostimentum, et p. 121, 14. v. hostire. Placidus: *Hosita* (scribe: *Hostita*), *aequata, lenita.* Isidori Glossae: *Hostit, aequat, adplanat.* 11. *Hortus . . omnis villa*] ita in XII tabb., teste Plinio N. H. XIX, 4. 12. *Horctum et forctum*] *Horctem et forctem* corr. Scal. Non recte, nam forctum infra ab omni mutatione tutum reddemus. Cf. interim Paulus p. 63. v. forctes. 13. *Hosticapas*] boni codd., quod intactum reliqui, cum ad analogiam Graecorum nominum compositorum formatum esse possit. *Hosticapax* vg. *Hostirapax* et postea *raptor* cur tam impense placeant Dac., non assequor. 14. *Hamotrahones*] vg. *Hamotraones* boni codd. Etiam hoc voc. ab analogia Latinae linguae discrepat, ita ut cum illo hosticapa a comico quodam poeta ludibrio fictum esse videatur. 15. *Horda*] cf. supra p. 63. v. Fordicidis. *Hordicidia*] vg. *Horricidia* boni codd. In Kalendariis Hordicidia literis FORD. notari, recte observat A. Aug. Apud Varronem autem de R. R. II, 5. vix dubito, quin *Hordicalia* in *Hordicidia* mutanda sint. 16. *Liberalia*] intellige, Liberalibus honorarios ludos a magistratibus edi solitos esse.

Hodoedocos latro atque obsessor viarum.
Homeltium pilei genus.
Hyperionem alii patrem solis, alii ipsum, quod eat super terras, ita appellatum putabant.
Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat.
Hyperborei supra aquilonis flatum habitantes dicti, quod humanae vitae modum excedant vivendo ultra centesimum annum, quasi *ὑπερβαίνοντες ὅρον* seculi humani. (77)
Helvela olera minuta.
Hanula parva delubra, quasi fanula.

LIBER IX.

Im ponebant pro eum, a nominativo is.
Ianeus, ianitor.
Iusa* iura.
Iubere ponebatur pro dicere, quod valet interdum pro decernere, ut: **populus iussit.**
Iunium mensem dictum putant a Iunone. Iidem ipsum dicebant Iunonium et Iunonalem.
Iulium, quod eo mense dicitur Iulius natus.
Iurgatio, iuris actio.
Iusti dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus et vexillum in arce positum.

1. *Hodoedocos*] M., ut Ald. *Hodidocus* Gu. vg. Lind., quod per itacismum ortum est ex *ὁδοιδόκος*, ita ut A. Aug. non male in mg. Graecis literis apposuisse videatur: *Ὁδοιδόκος*). 2. *Homeltium*] boni codd. *Homelium* vg. Vox obscurissima. 4. *Humanum sacr.*] cf. quae Servius in Virgil. Aen. IV, 56. et Macrob. Sat. III, 5. de animalibus hostiis tradunt. 6. *ὑπερβαίνοντες ὅρον*] vg. *yperbenontes oron* boni codd. Paulus verum voc. etymon, aliudque argutule a grammatico fictum, imperite miscet. Nec tamen inde efficitur, verba: *supra Aquilonis flatum habitantes*, ab alio quodam interpolata esse, ut opinabatur Bredovius, in Corrigendis operis: *Untersuchungen über die alte Geschichte.* 7. *Helvela*] M. vg., quod ex antiquo scriptore, qui liquidas nondum geminabat, petitum puto. *Helvella* Gu. Lind. *Heluscla* corr. Meursius Exerc. crit. P. II, III, 6.: sine idonea caussa. Cf. p. 74. v. helus, cum annot. Glossar. Labb.: *Helvola*, *λαχανάρια*. 8. *Hanula*] cf. annot. ad v. foedum p. 63.

10. *Im*] cf. p. 58. v. em. *Im* legitur e XII tabb. apud Macrob. Sat. 1, 4. et Ciceron. de legg. II, 24, 60. (*em* in iisdem apud Gell. N. A. XX, 1, 45.), in lege Siliorum apud Festum Qu. XII, 16. p. 56, 13., apud Plautum Poenul. I, 2, 74. et Mil. glor. V, v. 31., ex Bothii restitutione, a Lind. p. 95. approbata. In Glossar. Labb. quod scribitur: *Im eum*, *τὸν αὐτὸν*, fuisse videtur *Imem*, *τὸν αὐτὸν*, ut apud Paulum p. 57. emem. 12. *Iusa*] *Iussa* codd., nisi quod Lipsiensis *Iusa id est iura* habet, quod a philologo quodam mature correctum esse apparet. *Iusa* etiam A. Aug. in mg., idque probaverunt Dac. Lind. Cf. annot. ad p. 13. v. arbosem. 13. *pro dicere*] vix credibile, id non diligentius definitum esse a Festo. *decernere*] *cernere* M. 14. *Iunius*] aliter de eo nomine Varro de L. L. VI. §. 33. Censorin. de die nat. 9. Cum Paulo congruunt, quae Macrob. Sat. I, 12. e Cincio tradit. *Iunonalem*] Lind. e bonis codd. *Iunonialem* vg. 16. *Iurgatio*] id est iurigatio, a iure agendo. Cf. Varro de L. L. VII. §. 93., Nonius p. 430, 29. v. iurgium, e Cicerone de rep. IV. Placidus p. 476. apud Maium: *Iurgio*, *incursatione.* 17. *Iusti dies*] de his cf. Macrob. Sat. I, 16. Sed, quod traditur, iustos eosdem esse, quos proeliales, nec credibile est, nec Macrobii ea mens, in his quae dicit: *Proeliales ab iustis non segregaverim* (id est, non disiunctim tractaverim), *siquidem iusti sunt continui triginta dies, quibus exercitui imperato vexillum russi coloris in arce positum est. proeliales autem omnes, quibus fas est res repetere vel hostem lacessere.* Cf. Paulus p. 124. v. praeliares. Duo vexilla, alterum russeum (ita enim scribendum est), alterum caeruleum, illud peditum, hoc equitum, in Capitolio proposita esse, narrat Servius in Virgil. Aen. VIII, 1., si Urbi tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, immineret. *imperatus*] de exercitu imperato cf. maxime Varro de L. L. VI. §. 88 sqq. et Laelius Felix apud Gellium N. A. XV, 27,, qui id ad comitia centuriata fieri testantur. Amplissimo autem commentario eam rem instruxit I. Fr. Gronov. Observv. I, 1. p. 3 sqq. Sed quod hic exercitum imperari unquam dictum esse, nisi de comitiis, praefracte negat, id recte fecisse non potest, nisi Servius et Macrobius vehementer falsi sunt.

Iuges auspicium est, quum iunctum iumentum stercus fecit.

Iubar stella, quam Graeci appellant φωσφόρον vel ἕσπερον, hoc est lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis.

Iugula stella Orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis.

5 Iugum sub quo victi transibant, hoc modo fiebat. Fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia; sub iis victos discinctos transire cogebant.

Iugere milvi dicuntur, quum vocem emittunt.

Iuges eiusdem iugi pares. Unde et coniuges et seiuges.

Iubilare est rustica voce inclamare.

10 Iuventutis sacra pro iuvenibus sunt instituta.

Iurare flamini Diali fas non erat.

Iuvenalia fingebantur Dianae simulacra, quia ea aetas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur dea.

(78) Iugarius vicus dictus Romae, quia ibi fuerat ara Iunonis Iugae, quam putabant matrimonia iungere.

Ilia dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima.

15 Ilicet, sine dubio.

Ianiculum dictum, quod per eum Romanus populus primitus transierit in agrum Etruscum.

Idulis ovis dicebatur, quae omnibus idibus Iovi mactabatur.

Ianual libi genus, quod Iano tantummodo libatur.

1. *Iuges*] boni codd. edd. vett. *Iuge* vg. *Iuge auspicium* legitur apud Ciceron. de divin. II, 36, 77. Sed iuges declinatum esse ut teres, intelligitur ex Servio Danielis in Virgil. Aen. III, 537.: *Sed multi de libris augurum tractum tradunt. Iuge eis* (scr. *Iuges*; Scal. e schedis Danielis affert *Iugetis*) *enim dicitur augurium, quod ex iunctis iumentis fiat*, et paulo inferius: *cum autem dicit iugo, veram significationem iugetis facit.* Glossar. Labb.: *Iuget, ἐν πρώτοις ζευχθὲν κτῆνος* (quae cum integra essent, ita fere comparata fuisse suspicor: *Iuges auspicium, ὅτι ποιεῖ ἄρχοντι ἐξιόντι ἐν πρώτοις ζευχθὲν κτῆνος*), et: *Iugites, συνεζευγμένοι.* 2. *Iubar*] cf. Varro de L. L. VI. §. 6. VII. §. 76. Placidus p. 474. *appellant φωσφόρον vel ἕσπερον*] M. vg. *appellant* et *vel ἕσπερον* om. Gu. *vel ἕσπ.* delevit Lind. At recte monuit Scal., a Calvo (apud Priscianum V. p. 658 P.) *Hesperium iubar* dici, et ipse Varro VII. §. 76., si recte de eo loco iudicavi, non luciferum solum, sed etiam vesperuginem iubar dixit. 4. *Iugula*] cf. Varro de L. L. VII, 50. Glossar. Labb.: *Iugula, ἄστρον Ὠρίωνος, Ὠρίτιος ὥς φησι.* Non placet, quod Scal. substituit, *ὁ Ἄττιος* 5. *Iugum*] cf. Liv. III, 28. IX, 5. Dionys. III, 22. et Festus Qu. XIV, 9. p. 113, 18. v. sub iugum. *iis*] *his* Lind. e Gu. 7. *Iugere*] cf. Nonius p. 179, 2. v. tegillum cum Scal. Coniect. Varron. p. 21, 36. (p. 36.). Glossae Isidori: *Iugit milvus, cum vocem emittit.* Glossar. Labb.: *Iugit, ἰκτὶν βοᾷ*, ut corr. Scal. 8. *Iuges*] Glossar. Labb.: *Iuges, ὁμόζυγες.* Cf. Paulus p. 84. v. iniuges. *et coniuges*] M. vg. *et* om. Gu. Lind. 9. *Iubilare*] cf. Varro de L. L. VI. §. 68. Glossar. Labb.: *Iubilatus, ὁλολυγμὸς ἀγροίκων· κραυγὴ ἀγροίκων.* 10. *Iuventutis*] *Iuventatis* mg. A. Aug. Nempe, quod dea iuventutis plerumque Iuventas dicitur. Sed hic tamen et aliis quibusdam locis codd. Iuventutem tuentur. 11. *Iurare*] v. imprimis Gell. N. A. X, 15, 5. et cf. annot. ad Paulum p. 61. v. equo. *Diali*] vg. *Dialis* boni codd. 12. *Iuvenalia*] *Iuvenilia*) mg. A. Aug.: qua correctione non opus est, cum iuvenalis aeque ac iuvenilis in usu fuisse constet. V. Salmasius in Lamprid. Sever. Alexandr. 58. p. 1024. Forcellin. v. iuvenalis. Glossar. Labb.: *Iuvenalis, νεωτεριχός· νεανικός.* 13. *Iunonis Iugae*] *Ἥρας Ζυγίας*, alio teste non cognitae, nisi quod Placidus p. 476.: *Iugi Iunoni, a qua vicus iugarius. Ara ibi sita est.* 14. *Ilia*] cf. supra p. 61. v. exiles. 15. *Ilicet*] cum id quod *actum est* significaret, facile in eum significatum detorqueri poterat, quem Paulus indicat. Dac. exemplum affert ex Terentii Eunuch. I, 1, 9. Affertur ex Glossis: *licet, scilicet, sive dubio.* 16. *Ianiculum*] dictum putavit Festus, quod Romanis quasi ianua fuerit Etruriae. 17. *Idulis*] cf. Macrob. Sat. I, 15. Ovid. F. 1, 56. Plutarch. Qu. Rom. 24. et Festus Qu. XIII, 28. p. 100, 33. v. sacram viam. 18. *Ianual*] Ovidius F. 1, 127. id libum hacpropter Cereale dicit, quod ex frumento erat, non quod Cereri simul dicatum esset. Calendis Ianuariis oblatum esse, docet Varro apud Io. Laur. Lydum de mens. IV, 2. *libatur*] M. vg. *delibatur* Lind. cum ceteris, ut videtur, codd.

Iambi vocabantur, qui singuli ex proscenio loquebantur, **triambi**, qui terni.
Igitur nunc quidem pro completionis significatione valet, quae est ergo. Sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum.
Ircens genus farciminis.
Irquitallus puer, qui primo virilitatem suam experitur.
Iovistae compositum a Iove et iustae.
Ignitabulum ignis receptaculum.
Ignia vitium vasorum fictilium.
Ipsippe ipsi, neque alii.
Icit percussit.
Insipere far in olam*, iacere pullis. Unde dissipare, obsipare, ut quum rustici dicunt: obsipa pullis escam.
Irnela vasis genus in sacris.
Ibi dicitur, quum locus semel demonstratur, **ibidem**, quum saepius.
Ipsullices bracteae in virilem muliebremque speciem expressae.
Itonida Minerva a loco sic appellata.
Irpices genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad exstirpandas herbas in agris.

1. *triambi*] vg. *traiambi* boni codd. Locus obscurissimus, maxime, ut videtur, Pauli oscitantia obscuratus. Festus, si quid video, Graecum θρίαμβος a iambo et ternario numero deduxerat. 2. *Igitur*] cf. Nonius p. 128, 17. Plautus Amphitr. I, 1, 145. cum annot. Lind. Antiquissimum exemplum Goth. affert e XII tabb., quae verba, a Porphyr. in Hor. Serm. I, 9, 65. servata, sic legenda esse videntur: *Si in ius vocat, ni it, antestamino; igitur em capito.* 4. *Ircens*] *Irceus* ut legatur iubet Dac. Ita infra p. 84. *ircei* legitur. Alibi voc. non reperitur. 5. *Irquitallus*] cf. p. 75. v. hirquitalli. 6. *Iovistae*] *Ious esto* corr. Scal. *Iosipse* (e Glossar. Labb.) et deinde *compositum ab ios et ipse* coni. Lipsius Epist. quaest. III, 20. Opp. T. I. p. 183. Barbarum esse voc. a Paulo intrusum, suspicabatur Meursius Exerc. crit. P. II, 1, 13.: sine idonea ratione. Caeterum ἐπίχω. Libri nihil variant. 7. *Ignitabulum*] in Glossar. Labb. explicatur δᾷδος ῥαβδίον πυροστρόφον, πυρεῖον. 8. *Ignia*] Glossar. Labb.: *Ignia, νοτία, φυκίασις.* Quae vitia ab humore, non ab igne sunt. Doederlin. Syn. et Etym. VI. p. 163. comparat Hesychianum: Ἴκνυον· κόνιον, σμῆμα. Quae Meursius Exerc. Crit. P. II, II, 15. de igniis disputat, e coniectura sumpta sunt. *vitium*] Gu. Lind. *vitia* M. vg. In Glossario apud C. Barth. Advers. XXVIII, 19. est: *Ignia, vitium vasorum fictilium.* 9. *Ipsippe*] codd. Lind. *Ipsipe* vg. *Ipsipte* coni. Urs., et confert ex Paulo *in eopte* (p. 81.), et e Glossar. *ipsipte αὐτός.* Idem probat Meursius Exerc. crit. P. I. in Cistellar. c. 3. *Ipsipsi* legendum suspicatur Dac., quod apud Plautum dubiae esse auctoritatis monet Lind. Sed Pauli lectio satis mihi defendi videtur analogia particulae relativae qui-ppe, quam a simplici qui ad eundem modum ductam esse apparet. Etiam nempe compositum est ex nam et pe. In Glossar. Labb. reperio *Insipti, αὐτοί,* et *Iosipse αὐτός.* Utrumque haud difficile est mutare in *Ipsippe.* 10. *Icit*] cf. Nonius p. 123, 32. 11. *far in olam*] scripsi. *farinolam* M. edd. vett. *farinulam* vg. Lind. Far insipi in olam, id est aulam sive ollam, legitur infra, in Festi Qu. XIV, 15. p. 119, 26. v. supat (ex certissima restitutione), et apud Catonem de R. R. 85.: *ita insipito in aulam novam;* cf. c. 90. *iacere pullis*] Paulus nisi omne Festi corpus tam foede truncasset, legeremus, puto, pullos augurales ita pasci solitos esse, ut far in ollam insiperetur, et puls, quae inde parabatur, illis proiiceretur. Cf. Festus Qu. XII, 13. p. 53, 33. v. puls. 12. *Irnela*] boni codd. Lind. *Irnella* vg. *Urnula* coni. Goth. temere. Deminutivum esse hirneae, vasis vinarii, recte statuit Meursius Exerc. crit. P. I. in Amphitr. c. 5. et, qui eum sectatur, Dac. 14. *Ipsullices*] *Ipsiplices* coni. Scal.: sed Glossa Labb., qua eam coniecturam firmat, *Ipsiplices, αὐτόπτυκτα φύλλα,* ad aliam rem pertinet. Vossius Etymol. L. L. v. ipsullices p. 366. ed. Neap. *ipsullices* vel *ipsillices* scribendum arbitratur, scilicet ab illiciendo, quoniam magos his imagunculis usos esse putat, quibus homines in amorem pellicerent. Sed Festus Qu. XIV, 11. p. 115, 23. v. Subsilles nihil de magis, sed sacris eas necessarias esse dicit. Bracteae, quales a Festo significantur, saepius in monimentis antiquis repertae sunt, maxime nuper in Menelaio Therapnaeo (v. L. Ross. in Ephemer. Hal. Literar. a MDCCCXXXVII. Intell. fol. 47.): sed nominis Latini origo in obscuro est. 15. *Itonida*] Paulus solito errore accusativum pro nominativo habuit. V. annot. ad p. 36. v. cassiculum. 16. *Irpices*] cf. Varro de L. L.

Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites; eum enim ducem secuti agros occupavere.

Ignis Vestae si quando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur a pontifice, quibus mos erat tabulam felicis materiae tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro aeneo virgo in aedem ferret.

Ignem ex domo flaminia efferri non licebat, nisi divinae rei gratia.

5 Icadion nomen saevissimi piratae.

(79) Iracundia dicta, quod iram incendat.

Italia dicta, quod magnos italos, hoc est boves, habeat. Vituli etenim ab Italis itali* sunt dicti. Italia ab Italo rege. Eadem ab Atte Lydo* Atya putatur appellata.

Indoles, incrementum, industria.

10 Indigetes dii, quorum nomina vulgari non licet.

Indeptare, consequi.

Industrium antiqui dicebant indostruum, quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi.

Indictivum funus, ad quod per praeconem evocabantur.

Indepisci, assequi, adipisci.

15 Indiges indigetis facit. Hoc nomine Aeneas ab Ascanio appellatus est, quum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset; in cuius nomine etiam templum construxit.

V. §. 136. Glossar. ap. Barth. Adv. XXVIII, 19.: *Irpices, genus rastrorum plures habens dentes.* *habet*] Lind. cum Gu. *habent* M., ut vg.

1. *Irpini*] cf. Strabo V. p. 250. Serv. in Virgil. Aen. XI, 785. 2. *Ignis Vestae*] plura de ea re Lipsius de Vesta et Vestalibus c. 8. T. III. p. 609. *tabulam*] *clabulam* corr. Scal. in Actnam in Virgilii Catalectis, id est clavolam, σκύταλον. Etiam *taleam* legi posse censet. Sed non video, cur tabula ad eam rem non sit idonea; recteque eam defendit Salmasius Exerc. Plin. p. 127. col. 1. d. 2. 3. *felicis materiae*] de felicibus arboribus, sacerdotali sensu, Macrob. Sat. II, 16, 2. Gellius N. A. X, 15, 28. Symmachus Epist. X, 28. Alio sensu Paulus habet p. 69. v. felices. *terebrare*] *verberare* mg. A. Aug.: id in deterioribus tantum codd. est, merito improbatum a Scal. et Casaubono Lectt. Theocr. c. 20. p. 133. ed. Reiske. *cribro aeneo*] cribrum, quo Salmasius Exerc. Plin. p. 127. col. 1. d. e. offendebatur, ad eam rem maxime idoneum, quia aëre sufflante flamma nutritur. Plutarchus autem quae de σκαφείῳ χαλκῷ dicit, ad aliam plane rationem ignis accendendi spectant. Repudiamus igitur, quae Salmasius et Dac., qui Salmasii sententiam suam fecit, tentarunt: *in cavo aeneo*, vel: *in cavo aeno.* 4. *Ignem ex domo flam.*] de eadem re Gell. N. A. X, 15, 7. 5. *Icadion*] v. Lucilius apud Festum Qu. XIII. p. 80, 4. v. Rhondes. 6. *Iracundia*] cf. Cic. Tuscul. IV, 12. 7. *magnos italos*] huius rei primus auctor Timaeus apud Varronem de R. R. II, 5. et Gellium N. A. II, 1. *ab Italis itali*] *itali* om. boni codd. Lind. *ab Italis* om. vg., addit A. Aug. in mg. *itali*, quo verbo sententia carere nequit, quomodo exciderit, apertum est. 8. 9. *ab Italo rege*] ita Thucyd. VI, 2. Aristot. Pol. VII, 9. *Atte Lydo*] *Attelido* boni codd. vg., quibus in literis inesse *Atte Lydo*, vidit Scal. Attin sive Atyn patrem dici Tyrrheni Lydi notum est. *Atya*] M. om. cett. codd. Sed lacunae signum relictum est in edd. vett. vg. Atyae quidem nomen aliunde non cognitum est: sed multa tum ab archaeologis Romanis ficta sunt, quorum pertenues nunc supersunt reliquiae. 9. *Indoles*] cf. Nonius p. 456, 30. Festus Qu. XIV, 13. p. 117, 21. Gloss. Isidori: *Indoles, spes in puero.* Glossar. Labb.: *Indoles, καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ, εὐφυΐα.* In iisdem etiam adiectivum est *Indolis*, quod explicatur ἐπίπονος, σπουδαῖος. 10. *Indigetes*] de hoc obscuro nomine plures opiniones affert Serv. in Virgil. Aen. XII, 794., ex quo sua hausit Placidus p. 474., hanc Verrii tacet. Ex Festo fluxerunt, quae habet Glossar. apud C. Barth. Advers. XXVIII, 19.: *Indigetes, dii quorum nomina non audebant proferre.* Glossar. Labb.: *Indigetes*, ἡμίθεοι, κουρῆτες, δαίμονες, et: *Indigites*, Κουρῆτες, οἱ περὶ τὸν Παιάνα. Fortasse Παῖαν. *vulgari non licet*] scilicet ab in et dicendo. 11. *Indeptare*] cf. paulo inferius v. indepisci. 12. *indostruum*] *endostruum* coni. Gifanius indice Lucret., probabiliter. *quicquid*] Gu. vg. Lind. *quid* M. 13. *Indictivum funus*] v. de hoc Varro de L. L. V. §. 160. VII. §. 42. Cicero de legg. II, 24. Festus Qu. XII, 23. p. 63, 34. v. Quirites, et Qu. XV, 8. p. 144, 27. v. simpludiarea. 14. *Indepisci*] cf. Nonius p. 128, 33. v. indipiscere. *Indepiscor* etiam apud Plautum legitur, ac defenditur analogia verborum depeciscor et defetiscor: in quibus quanquam i legitimum fuisset, e propter euphonicam aliquam rationem praelatum est. 15. *Indiges*] eandem fabulam explicatius narrat Serv. Dan. in Virgil. Aen. XII, 794.

Inquilinus, qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor.
Incilia fossae, quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae.
Incitega machinula, in qua constituebatur in convivio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina.
Ita Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur iuvet.
Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus: "Quaeso ne me incomities." 5
Incita incitata.
Inchoare videtur ex Graeco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos.
Increpitare arguere, conviciari.
Inconciliasti, comparasti, commendasti, vel, ut antiqui, per dolum decepisti. 10
Inclutus, nobilis, clarus.
Inceps, deinceps.
Incestus a Graeco trahitur. Nam illi facinus dicunt ἀνήκεστον.
Inconspretum, non improbatum.
Incoctae dicebantur mulieres plus aequo calamistris usae. 15
Incavillatio per despectum irrisio. (80)
Incalationes invocationes.
Inconditum non ordinate compositum.
Incuria neglegentia.
Incensit, incenderit, sicut **incepsit**, inceperit. 20
Incomitem sine comite.
Incessere immittere ac iactu vel verbis petere.

2. *Incilia*] Lind. *Incilla* boni codd. *Incillae* vg. *Inciliae vel Incilia* mg. A. Aug. *Incilae* voluit Meursius Exerc. crit. P. II, IV, 26. *Incilia* multi dixerunt; Cato de R. R. 155. habet *fossas inciles* et *incilia*. Glossar. Labb.: *Inciles*, *διώρυγες*. Glossar. apud C. Barth. Advers. XXVIII, 19.: *Incilla, fossa quae fit ad aquam derivandam in via. fiunt*] *sunt* M. *derivationes de rivo communi*] paulo aliter de rivis et incilibus Ulpianus in Digest. XLIII, 21, 1. §. 2. 5. Cf. XLIII, 20, 1. §. 8. Nam ex Ulpiani mente aqua ex fluminè per incilia in rivum fluit; Festo autem incilia fossae sunt, quibus aqua ex communi rivo derivatur. Nec male hic, ut apparet collatis, quae C. Fr. de Rumohr docte exposuit in Itinerario Langobardiae p. 80 sqq. 3. *Incitega*] *ἐγγυθήκη* sive *ἀγγοθήκη*, de qua dixi in compendio archaeol. §. 299, 9. p. 398. Glossar. apud Barth. XXVIII, 19.: *Incitega, machina super quam amphora stat in convivio.* Scal. diversas res miscet. Voc. est ex eorum genere, de quibus in annot. ad p. 7. v. alcedo, et p. 16. v. alumento dictum est. *deferrentur*] *defunderentur* coni. Dac.: quo non opus est. 4. *Ita Castor*] *Ita me Castor* mg. A. Aug. Omnis haec glossa suspicioni valde obnoxia est, cum desit in bonis codd. nec literarum ordini conveniat. Nam per XXIX articulos, si hunc exceperis, continuantur literae *In*. 5. *Incomitiare*] Glossar. ap. Barth. Adv. XXVIII, 19: *Incomitiare, in comitio placitare.* 5. 6. *Plautus*] Curcul. III, 1, 30. 8. *Inchoare*] *Incohare* scriptum esse a Verrio, demonstrat Diomedes I. p. 361. P., cuius verba supra ad p. 31. v. cohum apposui. 10. *ut antiqui*] Plautum intelligit, qui saepe eo verbo utitur. Qui *inconciliasti* pro *comparasti* dixerit, non extat auctor. Quod autem plerique statuunt, inconciliare contrarium esse conciliando, analogia linguae Latinae non admittit. Nam *in*, quod abnuitionem significat (ut Paulus p. 80. ait), non componitur cum verbis, exceptis participiis. 11. *Inclutus*] cf. p. 43. v. clutum. 12. *Inceps*] alibi non repertum. 13. *ἀνήκεστον*] vg. *aniceston* boni codd., ut videtur. 14. *Inconspretum*] cf. Paulus p. 59. v. expreta. 15. *usae*] *ustae* coni. Dac., admodum probabiliter. 16. *Incavillatio*] cf. p. 35. v. cavillatio. Goth. e Glossis Ms. affert: *Incavillatur, inde ridetur* (corr. *inridetur, deridetur*). 17. *Incalationes*] cf. p. 31. v. calatores, cum annot. 19. *neglegentia*] Gu. *negligentia* vg. Lind. 20. *Incensit*] *Incessit* Gu. Si *incesit* scriptum esset, facilius defendi posset. 21. *Incomitem*] analogiae convenit, quanquam alibi non repertum. 22. *immittere*] id verbum quia minus aptum videbatur,

Inclamare conviciis et maledictis insectari.

Incicorem, immansuetum et ferum. Pacuvius: "Reprime incicorem iracundiam." Interdum **cicur** pro sapiente ponitur, ut idem Pacuvius: "Concilium cicur."

Impolitias censores facere dicebantur, quum equiti aes abnegabant ob equum male curatum.

5 **Impages** dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohaereant, a pangendo, id est figere. Unde et poetae **pangere versus** dicuntur et agricolae **pangere plantas**.

In non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur, ut **involando**, **inclamando**, **invocando**.

Imporcitor, qui porcas in agro facit arando. **Porca** autem est inter duos sulcos terra eminens.

10 **Impetritum**, impetratum.

Impercito, parcito, futurum ab imperativo.

Improlus vel **improlis**, qui nondum esset adscriptus in civitate.

Impelimenta impedimenta dicebant.

Impluvium, quo aqua impluit collecta de tecto. **Compluvium**, quo de diversis tectis aqua pluvialis confluit in

15 eundem locum.

Impensam stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.

Impescere in laetam segetem pascendi gratia immittere.

Impomenta, quasi imponimenta, quae post coenam mensis imponebant.

Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus.

20 **Imputatum** nondum purgatum. **Putum** enim est purum. Unde **putare vites** dicimus, hoc est detrahere, quae impedimento sunt ad fructum.

in Lipsiensi et mg. A. Aug. *inniti* correctum est. *iactu*] *iaculo*) mg. A. Aug., iure damnatum a Scal.

1. *Inclamare*] ita saepius Plautus. Placidi verba, p. 476.: *Inclamitari, convicium pati: interdum corripi est*, ex eodem Festi articulo ducta esse possunt. 2. *Pacuvius*] in incerta fabula, Bothe P. Sc. L. V, I. p. 149. fr. 10. 3. *idem Pacuvius*] fr. inc. 11. 4. *Impolitias . . facere*] Gellio auctore, N. A. IV, 12, 2., eques *impolitiae* notabatur, quod antique dicebatur *impolitias*. Id Paulum, cum non intelligeret, corrupisse, merito censent Scal. et Dac. 5. *Impages*] non alia res sunt impages in foribus apud Vitruv. IV, 6. *figere*] *figendo*) mg. A. Aug. Sed illud Paulus posuisse videtur. 6. *plantas*] om. M. Quod vg. additur: *id est infligere*, abest a bonis codd. De pangendis plantis v. Festus Qu. X, 29. p. 186, 30. 7. *pro adnuendo*] *pro augmento* coni. Urs. *pro additamento* Brissonius de V. S. v. abnutivum, p. 7. Et ita quidem Paulus p. 81. v. in, cf. p. 43. v. clutum, p. 85. v. ingens. Sed poterat etiam in ea re subsistere, ut in *pro adnuendo*, id est affirmative, poni diceret. 9. *Imporcitor*] deus est, teste Fabio Pictore apud Servium in Virgil. G. I, 21. *Porca*] cf. Festus Qu. XI, 4. p. 36, 17. v. porcae, et Qu. XII, 8. p. 48, 7. v. porcas. 10. *Impetritum*] voc. augurale: res a diis comprobata, signis non sponte oblatis, sed observatione avium extorumve quaesitis. 11. *Impercito*] Gu. vg. *Imparcito* M., ut videtur. *futurum*] non miror, si Verrius iam id imperativi genus appellavit futurum. 12. *Improlus*] cf. supra p. 51. v. duicensus, cum annot. Glossar. Labb.: *Improlis, lus*, ἄγονος, et: *Inproles*, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνεβος (ἄνηβος), ἀφῆλιξ, μήπω πολιτευόμενος, in quibus duae interpretationes inter se diversae mixtae sunt. Marius Victorinus p. 2465. P.: *Improles est, qui nondum vir est.* 13. *Impelimenta*] cf. p. 52. v. dacrimas, cum annot. 14. *Impluvium . . compluvium*] haec noster ita distinguit, ut Varro de L. L. V. §. 161.: sed latiori significatu impluvium etiam pro compluvio dictum esse constat. *quo*] Gu. vg. *quod* M. Lind. At hoc sententiae non convenit. *qua* coni. Goth., idque optime placeret, si in codd. esset. 16. *Impensam stipem*] i. e. quae propter religionem aliquam non appendebatur. 17. *Impescere*] cf. p. 31. v. compescere. p. 55. v. dispescere. 18. *Impomenta*] a POSNO, in quo verbo POS tantum literae primitivae sunt, **posmentum** ductum esse, inde **pomentum**, recte statuit Lind. Glossar. apud Barth. Advers. XXVIII, 19: *Impomentum, cibus qui mensae extremus imponitur, qui et bellarium dicitur.* 19. *esse solet portus*] *solet portus esse* Gu. Lind. 20. *Imputatum*] cf. Festus Qu. XI, 2. p. 34, 16.

Imbrica tempestate pluviam videtur significare.
Imparentem, non parentem, hoc est obedientem. (81)
Implorare inclamare, ad auxilium invocare.
Impudicatus stupratus, impudicus factus.
Impos est, qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet. 5
Imbarbescere barbatum fieri.
In procinctu factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus.
Imbutum est, quod cuiuspiam rei sucum perbibit. Unde infantibus an velint bibere dicentes, **bu** syllaba contenti sumus.
Impenetrale, cuius ultimum penetrale intrare non licet.
Implexum, implicatum, quod Graeci ἐμπεπλεγμένον dicunt. 10
In mundo dicebant antiqui, quum aliquid in promptu esse volebant intelligi.
Imbrex nomen cuiusdam comici.
Impares tibiae numero foraminum discretae.
Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt.
Impetix impetigo. 15
Impiatus sceleratus.
Impite† impetum facite.
Inhibere iniungere, sed melius cohibere.
Inebrae aves, quae in auguriis aliquid fieri prohibent; et prorsus omnia **inebra** appellabantur, quae tardant vel morantur agentem. 20
In praepositio significat modo, quod non, ut inimicus; modo auctionem, ut inclamavit; modo ubi, quo tendatur, ut incurrit; modo ubi qui sit, ut inambulat.
Immunis vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum: "Immune est facinus."

1. *tempestate*] M. vg. *tempestatem* Gu. Lind. At imbricus adiectivum est, ut dicitur *Auster imbricus*, idque substantivo suo non orbandum erat. Imbricus et imbridus recte dictum esse, censet Salmasius Exerc. Plin. p. 72. col. 2. f. 3. *Implorare*] cf. Paulus p. 58. v. endoplorato, et Festus Qu. XI, 32. p. 40, 10. v. plorare. Placidus p. 476.: *Imploratis, invocatis.* 4. *Impudicatus*] depudicare Gellius N. A. XVI, 7. a Laberio dictum refert. 5. *Impos*] Glossar. Labb.: *Imros*, ἀνεξούσιος. *Impos* corr. Scal. Glossar. apud Barth. Adv. XXVIII, 19.: *Impos, impotens.* 7. *In procinctu*] Cf. Paulus p. 43. v. classis procincta, cum annot. Nescio, an Verrius scripserit: *Im procinctu*, et *Im mundo*, cum inter XXVI vocabula, quorum primae sunt literae *Im*, in his solis *In* legatur. 8. *sucum*] boni codd. *succum* vg. Lind. *bu syllaba*] cf. supra p. 59. v. exbures. 9. *Impenetrale*] Graece ἄβατον. 10. ἐμπεπλεγμένον] vg. *emplegmenon* boni codd. 11. *In mundo*] cf. Charisius II. p. 180. P., qui idem dicit esse, quod in expedito. Placidus p. 476.: *In mundo, expedito, vel ad manum, procincto.* 12. *Imbrex*] C. Licinius Imbrex, de quo Gellius N. A. XIII, 22, 16. XV, 24. 13. *Impares tibiae*] cf. supra p. 56. v. dextrarum tibiarum. 14. *Imparem numerum*] multa de ea re Servius in Virgil. Ecl. VIII, 75., laudatus a Dac. 15. *Impetix*] voc. alibi non repertum. Ex Festo Glossar. apud Barth. Advers. XXVIII, 19: *Impetigo, pupula in corpore, ut birria, et impetix dicitur.* 16. *Impiatus*] Glossar. Labb.: *Impiatus*, εὐαγής (scribe ἐναγής), et: *Impio*, μιαίνω, et: *Impior*, ἀσεβῶ. 17. *Impite*] dubium, imperativusne positus fuerit a Festo *impetite* (quod etiam poterat esse *impitite* vel *impitte*, ut Doederlin. Syn. et Etym. T. VI. p. 166. autumat, qui cette et ferte comparat), quae Scaligeri est sententia: an ablativus *impete*, quem Glossar. Labb. interpretantur ὁρμηδόν, ac proxima verba mutanda sint in: *impetu facto*, ut censet Lind. Illud tamen probabilius est. *Impete, impetum face* coni. Dac. 18. *iniungere*] codd. edd. vett. *iungere* vg. *inigere* corr. Scal. *fugere*) mg. A. Aug. Sed *imperium inhibere* idem fere est quod iniungere. De inhibendo remis noli cogitare. 19. *Inebrae*] cf. 57. v. enubro, cum annot., et Servius in Virgil. Aen. III, 238. Apud Isidorum Origg. XII, 7, 77. *inhibae* lectio est non certa. 21. *In*] cf. p. 80. v. in, cum annot. *significat modo*] *modo significat* Gu. Lind. 23. *Plautum*] Trinum. I, 1,

Iniurum periurum.

In eopte eo ipso.

Impetum, industrium, indulgentem perinde compositum ait Verrius, atque impunis et immunis. Mihi non satis persuadet †.

5 **Immolare** est mola, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare.

Initium est principium, sed alias, quo quid incipiat, ut viae Appiae porta Capena: alias, ex quo quid constet, ut aqua, terra, aer.

(82) **Inercta** indivisa.

Iners ignavus, vel sine arte.

10 **Inigere** pecus agere, id est minare.

Init ponitur interdum pro concubitu; interdum pro invenit, ut init rationem; interdum pro introit, ut Plautus: "Init te nunquam febris."

Inermat armis spoliat.

In insula Aesculapio facta aedes fuit, quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur. Eiusdem esse tutelae draco-
15 nem, quod vigilantissimum sit animal; quae res ad tuendam valetudinem aegroti maxime apta est. Canes adhibentur eius templo, quod is uberibus canis sit nutritus. Bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis. Laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum remediorum. Huic gallinae immolabantur.

Interregnum appellatur spatium temporis, quousque in loco regis mortui alius ordinetur.

Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei possint intelligi.
20 **Tempestatem** enim antiqui pro tempore posuere.

Intergerivi parietes dicuntur, qui inter confines struuntur et quasi intergeruntur.

Internecio vitae privatio, a nece denominato vocabulo.

Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi essent.

1., ubi optime *immoene* legi, iam A. Aug. observavit. Neque aliter in Festo lectum esse, Placidus evincit, qui p. 476.: *Inmoene, improbum, culpandum, vel interdum munere liberatum.* Sed rectius Accii: *immunes Graii*, in Scholiis Bobiensibus in Ciceron. pro Sextio 57, 1., *ingrati* explicantur, quemadmodum munifici grati et liberales dicantur.

1. *Iniurum*] codd. Lind. *Iniurium* edd. vett. vg. *Iniure* legitur eo sensu apud Plautum Pers. III, 3, 34. 2. *In eopte*] cf. p. 78. v. ipsippe, cum annot. *eo*] *in eo* corr. Dac., quod est in deterioribus codd. 3. 4. *Impetum . . . persuadet*] vg. Lind. om. omnes codd. edd. vett., ita ut obscurum sit, unde ea verba in Ald. venerint. 5. *Immolare*] cf. Festus Qu. VIII, 21. p. 169, 12. v. mola. 6. *Initium*] cf. Paulus p. 57. v. endoitium. 8. *Inercta*] boni codd. *Increta* Lipsiensis codex, edd. vett. vg. Lind.: idque reprehendendum non esset, nisi illud multo praestaret. Inerctum contrarium esse apparet ercto cito, de quo v. p. 82. cum annot. Quo comprobatur, quod etiam aliis rationibus evincitur, ipsi ercto inesse notionem divisionis. 9. *Iners . . sine arte*] idem etymon iam expedivit Lucilius apud Servium in Aen. IV, 158. laudatus a Scal. 10. *Inigere*] ita Varro de R. R. II, 2. III, 10. *minare*] eodem voc. utitur Paulus p. 19. v. agere, et p. 21. v. agasones. 11. *Init . . . init . . . introit . . . Init*] in his omnibus M. habet i simplex pro gemino, vg. *ii*. *Init . . . iniit . . . introiit . . . Init* Lind., qui Gu. sequitur. *concubitu*] codd. Lind. *concubuit* vg. *Plautus*] in incerta fabula. Bothe, Plauti fragm. inc. 18. p. 445. 13. *Inermat*] voc. alibi non repertum. 14. *In insula*] cf. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 412 sqq. 15. *valetudinem*] *valitudinem* Gu. Lind. 16. *uberibus canis*] ita Tarquitius apud Lactant. Inst. I, 10. Paulo aliter Paus. II, 26, 4. 19. *Intempestam noctem*] similiter de ea Varro de L. L. VI. §. 7. VII. §. 72. Servius in Virgil. Aen. III, 587. Glossar. Labb.: *Intempesta*, ἄωρος, ἄκαιρος, βαθεῖα. *Intempesta nox*, μεσονύκτιον. 20. *tempestatem*] cf. Paulus p. 155. v. tempestas. 21. *Intergerivi*] ita etiam Plinius. *intergerrivi* coni. Scal., a gerris sive cratibus, temere. In Glossar. Labb.: *Intergeries, paries*, τοῖχος ὁ δύο κτήσεις διορίζων, *Intergerivus* restituendum est. Et apponitur ex alio glossario: *Intergerivus*, μεσότοιχον. *Intergerunis paries* corrupte legitur in Glossar. ap. Barth. Adv. XXVIII, 19. 22. *Internecio*] Lind. e Gu. *Internectio* vg.

Interduatim et **interatim** dicebant antiqui, quod nunc interdum et interim.
Intrahere est contumeliam intorquere.
Intercapedo tempus interceptum, quum scilicet mora est ad capiendum.
Instaurari ab instar dictum est, quum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.
Insulae dictae proprie, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur; a similitudine videlicet earum terrarum, quae fluminibus ac mari eminent, suntque in salo. 5
Instigare incitare.
Insimulare crimen in aliquem confingere.
Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. (83)
Insitum ab inserendo tractum, sed aliquotiens significat impositum. 10
Inseque apud Ennium dic. **Insexit** dixerit.
Insignis tam ad laudem, quam ad vituperationem inflecti potest.
Inseptum non septum, ponitur tamen et pro non aedificatum.
Insecta non secta, sed et aliquotiens significantur secta.
Insupare iniicere, unde fit dissipare. 15
Insons extra culpam, a quo dici morbus quoque existimatur **sonticus**, quia perpetuo noceat.
Inscitia stultitia.
Insessores latrones, quod circa vias insidientur sedentes.
Immanis ferus, sive magnus.

vitae privatio] *interfectio* addit ed. vet. et vg. om. Ald. Lind. 23. *Inter cutem*] cf. Paulus p. 84. v. *intercutitus*. *Intercutibus stupris obstinatus* positum est a Catone, teste Prisciano VI. p. 719. P. (p. 279. ed. Krehl.), et Festo, cui id voc. reddendum, Qu. X, 9. p. 176, 23. *Inter cutem caesum* dicit Tertullian. de pallio 4. *Flagitatus*, a simplici FLAGO, idem fere est quod caesus. Non satisfacit in eo voc. explicando Gronov. Observatt. in Eccl. c. 14. p. 149 (627. ed. Frotscher.).

1. *Interduatim et interatim*] adverbia in nullo dum scriptore reperta. Interduatim Lind. recte a verbo duim ducere videtur, interatim in *iteratim* mutari vult: quam ob caussam, nescio; nam a nomine INTERUS verbum interare, hinc adverbium interatim fieri poterat. 3. *Intercapedo*] Glossar. Labb.: *Intercapedo*, *διάστασις καιροῦ*, *διάστημα χρόνου*, *διωρία* 4. *Instaurari*] idem veriloquium proponit Varro apud Macrob. Sat. I, 11. Placidus p. 477.: *Instabor*, *instar*, *vel similitudo*. Corr.: *Instauror*, *ab instar*. 5. *Insulae*] Glossar. Labb.: *Insula*, *νῆσος*, *συνοικία*. *circuituque*] vg. *circumitu qui* boni codd. De hoc cf. Paulus p. 5 et 14. v. ambitus. 6. *fluminibus*] *in fluminibus* M. 9. *Insuasum*] vg. *Insursum* codd. edd. vett. Cf. Festus Qu. XIV, 8. p. 112, 12. v. suasum. Nonius p. 549.: *Impluviatus color*, *quasi fumato stillicidio implutus*, *qui est Mutinensis quem nunc dicimus*. Glossar. Labb.: *Insuasum*, *εἶδος δοκαριοκαπνισμένων*. Scal. corr.: *δοκαρίου κεκαπνισμένου*. Plura de suaso colore Salmasius Exerc. Plin. p. 245. col. 2, c. 11. *Inseque*] *Insece* in Livio Andronico legit Gellius N. A. XVIII, 9, 5.; neque aliter in Ennio scribendum putavit. Glossar. Labb.: *Inseque*, *εἰπέ*. Placidus p. 477.: *Insequis*, *narras*, *refers*, *et interdum pergis*. *apud Ennium*] Ann. X, 1. apud Merulam. *Insexit*] et hoc Ennio tribuit Merula, Ann. II, 27. *dixerit*] ed. vet. *dixit* vg. *direxerit* M. *direxit* Gu. (si annotata a Lind. recte intelligo, quibus lemma: *apud Ennium dic*, non recte praefigi apparet). 13. *non aedificatum*] *non* delet Salmasius in Spartiani Adrian. 12. p. 115.: cuius sententiae, ut solet, assentitur Dac. Ac sane Seneca de benef. IV, 19. *inseptum muro* eodem fere sensu dicit, quo septum. Sed eodem iure inseptum dici potuisse patet locum muris non circumdatum, non aedificatum. *Aedificatum* Salmasius tacite mutat in *inaedificatum*; at non minus bene locus dicitur aedificari, quam inaedificari. 14. *significantur*] M. *significant* Gu. Lind. *significat* vg. 15. *Insupare*] boni codd. *Insipare* vg. Lind. Simplex est supare, v. Festus Qu. XIV, 15. p. 119, 23. v. supat. Glossar. apud Barth. Advers. XXVIII, 19.: *Insupare*, *miscere*. 16. *Insons*] cf. Festus Qu. XIV, 2. p. 106, 22. v. sons, Qu. XIII, 28. p. 100, 24. v. sonticum morbum, Qu. XV, 19. p. 151, 8. v. sontica causa, Gellius N. A. XVI, 4. XX, 1. 18. *Insessores*] *ἐνεδρευταί*: sed hi potius sunt insidiatores. 19. *Immanis*] de simplici manis Festus Qu. IX, 10. p. 10, 3. v. Mater Matuta.

Imago ab imitatione dicta.
Ingluvies* a gula dicta. Hinc et ingluviosus et gluto, gulo, gumia, guttur, gutta, gutturosus et gurgulio.
Immusulus avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt.
Infindere intercipere, interponere.
5 **Inferiae** sacrificia, quae dis manibus inferebant.
Infectores, qui alienum colorem in lanam coiciunt. **Offectores**, qui proprio colori novum officiunt*.
Infrequens appellatur miles, qui abest afuitve a signis.
Involvus vermiculi genus, qui se involvit pampino.
Infit incipit. Sed diversae significationis est ab eo, quod est fit. Nam **infit** agentis; fit autem patientis est.
10 **Infiteri** non fateri.
Infitiari creditum fraudare.

1. *Imago ab imitatione*] ita Porphyr. in Horat. Carm. I, 12, 4.: *Imago dicitur quasi imitago.* 2. *Ingluvies*] vg. *Inluvies* boni codd. edd. vett. Sed recte hanc lectionem esse correctam, manifestum est. Placidus p. 473: *Ingluvies, gula vel voracitas.* Quae idem p. 476.: *Ingluviem Cornutus ventrem, Plinius edacitatem*, de doctissimorum saeculi I. p. Chr. grammaticorum dissensu certiores nos faciunt. *ingluviosus*] *gluviosus* M. Isidor. Origg. X, 114.: *Glutto a gula, id est gulosus.* Glossar. Labb.: *Gluto, λαίμαργος*, et: *Glutto, λίμβος, λαίμαργος.* Apud Persium, V, 112., *glutto* nominativo casu dictum esse, poetae sententia et dicendi consuetudo ostendunt. Cf. de hac vocc. stirpe Doederlin. Synon. et Etym. T. V. p. 148 sq. *gumia*] cf. Nonius p. 117, 33. v. gemiae, quod recte mutatur in *gumiae*, et cf. annot. ad p. 54. v. degunere. *guttur*] vg. *guttu* boni codd. *gutta* mg. A. Aug. Lind. 3. *Immusulus*] Gu. *Immusculus* M., ut videtur, ut vg. Paulo inferius, p. 84., *Immussulus* in bonis codd. est, *Immustulus* in vg. Supra p. 3. v. alites *immusulus* in Gu., *inmusulus* in M., *immusculus* in vg. *Inmusulus* a Verrio hic utrobique scriptum esse, ex ordine literarum colligitur. In Plinii N. H. X, 7, 8. §. 20., ubi de hac ave diligentius quaeritur, *immussulus* scribitur. Glossar. Labb.: *Immusulus, εἶδος ὀρνέου*: *Inemistultus* (sic), *ὄρνεον βασιλικόν* (i. e. regulus.). Cf. Meursius Exerc. crit. P. II, I, 13. 4. *Infindere*] *Infindere* scriptum esse pro *infendere*, censet Forcellinus v. infindere. Glossar. Labb.: *Infendere, ἐπιτεῖναι, ἐγκλημανίσαι.* Eadem: *Infindit, σχίζει, ἐπιτίνει* (*ἐπιτείνει*). Placidus p. 477.: *Infindis, ingens, oblitus*, corruptissime. Vix tamen vocalis e in compositis eiusmodi mutari poterat in i. *intercipere*] *intersipere* coni. Dac., male. 5. *Inferiae*] Glossar. Labb.: *Inferiae, χοαί, ἔντομα*, et: *Inferilia, καταχθόνια.* *dis*] Gu. *diis* vg. Lind. 6. *Infectores*] huic glossae praefigitur in Ald. alia: *Infetari non fetari*, quae neque in codd., neque edd. vett. est: om. vg. Lind. *coiciunt*] boni codd. *coniiciunt* vg. Lind. *Offectores*] de iisdem Paulus p. 115. v. offectores. *officiunt*] Lipsiensi cod. A. Aug. in mg. cum signo emendatae lectionis. *efficiunt* boni codd. vg. Lind. Sed illud structura et sententia postulant. 7. *Infrequens*] Gellius N. A. XVI, 4, 5. e Cincio de re militari: *Miles cum die, qui praedictus est, aberat, neque excusatus erat, infrequens dabatur (notabatur).* Placidus p. 477.: *Infrequens, absens, alienus: dictum a militum ignominia, qui cum vocati non adfuissent, infrequentes notabantur.* Itaque infrequens militia est fere Graecorum *λειποτάξιον.* *appellatur*] boni codd. Lind. *appellabatur* vg. *afuitve*] boni codd. vg. *abfuitve* vg. 8. *Involvus*] *Involvulus* mg. A. Aug. idque probant Dac. et alii. Ita Plautus Cist. IV, 2, 63. Glossar. apud Barth. Advers. XXVIII, 19.: *Involvosus* (corr. *Involvolus*), *bestia quaedam quae viso homine involvitur.* 9. *Infit . . fit.*] haec verba ita collocari vult Doederlin. Syn. et Etym. T. III. p. 160.: *Infit, incipit ab eo quod est fit, sed diversae significationis.* Quo, nescio, an Festo Verrioque alia sententia obtrudatur, quam ii profiteri volebant. Certe infit non a fieri, sed a fando dictum est, quod olim active positum esse, ex nomine fatum colligitur, et A breve habuisse, veriloquio voc. fatuus, et analogia Graeci *φάναι* evincitur. Itaque infit a fando, ut indit a dando. Haec caussa est, quamobrem infit de dicendo semper ponitur, nisi quod Lucretius fines huius consuetudinis paulo liberius extendit. Quodsi Varro *infio* dicit, ut ait Priscianus VIII. p. 843. P., falsa analogia deceptus esse videtur. Glossar. Labb.: *Infit, ἐπιγίνεται, ἄρχεται, ἄρχει λέγειν, ἄρχεται. Infe, ἄρξε* (*ἄρξαι*). Placidus p. 473.: *Infit, incipit fari.* *est*] id Lind., auctore Gu., ponit post *agentis.* 10. *Infiteri*] id, aegre adducor ut credam, aliter quam participiali modo ab auctoribus antiquae illius et germanae Latinitatis positum esse, nisi fortasse in *παρισώσει* antithetica, qua etiam in Graeca lingua talia excusantur. Sed rectiorem viam monstrare videtur Glossar. Labb.: *Infitentes, ἀρνούμενοι.* Infitiari autem non a fatendo dictum est, sed ab infitiis, et infitiae a fando. 11. *Infitiari*] Varro de L. L. V. §. 180. in explicando sacramento: *Qui petebat et qui infitiabatur.* Isidor. Origg. V, 26, 20.: *Inficiatio est negatio debitae rei, cum a creditore deposcitur.* Plura ex auctoribus iuris civilis Goth.

Infulae sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur.
Inferium vinum id, quod in sacrificando infra paterae labrum ponebatur.
Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare. (84)
Inlicies † canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti.
Inlecebrae item ab illiciendo dictae. 5
Inlex producta sequenti syllaba significat, qui legi non paret. **Inlex** correpta sequenti syllaba significat inductor, ab inliciendo. Plautus: "Esca est meretrix, pectus illex."
Inliterata pax est, quae literis comprehensa non est.
Inlaqueatum alii pro vincto utuntur, alii pro soluto.
In conventione in concione. 10
Iustum vadem idoneum sponsorem.
Infra classem significantur, qui minore summa, quam centum et viginti millium aeris, censi sunt.
Intercutitus vehementer cutitus, id est valde stupratus.
Inlicitator emptor.
Infibulati sacrificabant flamines propter usum aeris antiquissimum aereis fibulis. 15
Immusulus ales ex genere aquilarum est, sed minor virium, quam aquilae; quae volucris raro et non fere praeterquam vere apparet, quia aestum algoremque metuit. Appellatur autem ita, quod subito et inexspectata se immittat.
Inarculum virgula erat ex malo Punico incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat.
Iniuges boves, qui sub iugo non fuerint.
Insanum pro valde magnum usus est Plautus. 20

1. *Infulae*] cf. Varro de L. L. VII. §. 24. 2. *Inferium*] M., ut vg. *Inferum* A. Aug. in mg. et Lind., hic auctoritate Gu. motus. Sed **inferium** dictum esse hoc vinum diis oblatum, Cato de R. R. 132. et Trebatius apud Arnobium adv. gent. VII, 31., coll. IV, 16., dubitare non sinunt. *paterae labrum*] *labrum paterae* Gu. Lind. 3. *Inlicium vocare*] cf. Varro de L. L. VI. §. 94. et paulo inferius *Illicium*. 4. *Inlicies*] codd., ut videtur, et edd. vett. *Inciles* Ald. *Inlices* vg. (quae Lind. annotare neglexit). Ceterum *Inlicies* Pauli errore in textum venisse videtur; verum est *Inlices*. Cf. p. 57. v. elices, et p. 79. v. incilia. 5. *Inlecebrae*] Lind. e codd. om. edd. vett. Ald. vg. 6. *significat*] *significatur* Gu. *Inlex corr. sequ. syll.*] hoc illix est apud Nonium p. 446, 31. Cf. Paulus p. 23. v. allicit. *inductor*] codd. Lind. *inductorem* vg. Et ita quidem solet Paulus. 7. *Plautus*] Asinaria I, 3, 67. *pectus*] boni codd. mg. A. Aug. *lectus*, ut recte apud Plautum legitur, in codd. Pauli deterioribus, Lipsiensi et Berolinensi, et in vg. est. 8. *Inliterata pax*] ἄγραφος ὁμολογία. 9. *Inlaqueatum*] vg. Lind. *Illaq.* boni codd. 10. *In conventione*] ita *conventionem habere*, et *voca ad conventionem* in Censoriis tabulis et Consularibus commentariis est apud Varronem de L. L. VI. §. 87. 88. Cf. Paulus p. 33. v. conventus. 12. *Infra classem*] Gell. N. A. VII, 13, 1.: *Classici dicebantur non omnes, qui in classibus erant, sed primae tantum classis homines, qui centum et viginti quinque millia aeris ampliusve censi erant.* Fortasse apud Paulum post *viginti* excidit *quinque*. 13. *Intercutitus*] cf. p. 82. v. inter cutem flagitatos. *id*] *hoc* M. 14. *Inlicitator*] illicitatorem etiam Cicero Off. III, 15. ad famil. VII, 2. posuit, ut dubium sit, an licitator a Latinitate plane exulare debeat. Cf. C. Beier in Off. T. I. p. 294. 15. *Infibulati*] Servius in Virgil. Aen. IV, 262. memorat *togam duplicem, in qua flamines sacrificant infibulati.* 16. *Immusulus*] cf. annot. ad p. 83. v. immusulus. *minor*] boni codd. *minorum* vg. Illud, licet paulo exquisitius dictum, Lind. recte defendere videtur. 17. *immittat*] A. Aug. in mg.: *mutat V. C.* (qui non est e nuper collatis). *immutat*). At hac correctione opus non est. 18. *Inarculum*] de hoc disertius Servius Danielis in Virgil. Aen. IV, 137. (p. 262 ed. Lion.), a Scal. adductus. Hic non *inarculum*, sed *arculum* dicit, nescio an minus recte, nam arculum, de quo Paulus p. 16., alia res est. Virga illa ex malo Punico ima summaque lanco vinculo alligabatur et quasi arcuabatur; hinc inarculum. 19. *Iniuges*] cf. p. 77. v. iuges. Fulgentius p. 560, 33. v. iniuges boves. Glossae Isidori: *Iniux bos, nondum iugo iunctus.* 20. *Insanum pro valde magnum*] *Insanum magnum pro valde magnum* coni. Lipsius Epist. Quaest. III, 20. Opp. T. I. p. 183.: acute et ad Plauti

Ircei genus farciminis in sacrificiis.
Incalative vocative.
Indigitanto imprecanto.
Illicium dicitur, quum populus ad concionem elicitur, id est vocatur. Unde et colliciae tegulae, per quas aqua
5 in vas defluere potest.
Indigitamenta incantamenta, vel indicia.
Insignes appellantur boves, qui in femine et in pede album habent, quasi insigniti.
Internecivum testamentum est, propter quod dominus eius necatus est.
Increpitato ferito.
10 Increpitare clamare, maledicere.
(85) Imbelliam belli inscientiam.
Iecunanum victimarium.
Inori inores*.
Incalanto invocanto.
15 Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare. Quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum.
In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti, vel quod testetur lanificii officium se praestaturam viro.

LIBER X.

20 Lucetium Iovem appellabant, quod eum lucis esse causam credebant.

consuetudinem dicendi (v. Bacchid. IV, 5, 1.) accommodate, sed poterat Plautus etiam insanum per se pro magno dicere, ut Cicero insanas moles et similia.

1. *Ircei*] cf. p. 78. v. ircens. Quod Goth. *Isicia* legendum suspicatur, nihil est. 2. *Incalative*] cf. p. 80. v. incalationes, et p. 85. v. incalanto. 3. *Indigitanto*] cf. Macrob. Sat. I, 17., ubi *indigetant* legitur. 4. *Illicium*] cf. supra v. inlicium. *vocatur*] M., ut vg. *evocatur* Lind. cum Gu. *colliciae*] de hac vocabulorum stirpe dictum in annotatione ad v. delicia p. 55. Colliciae e colliciaribus tegulis componuntur. 6. *Indigitamenta*] Glossar. Labb.: *Indigitamenta*, ἱερατικά. 7. *album*] quod fortasse in sacrificiis requirebatur. Nam τὰ καύματα τῶν βούων, ut in Boeotico titulo est, ab hac re aliena esse videntur. 8. *Internecivum*] Apud Isidorum Origg. V, 26, 17. in codd. est *internecii iudicium*, et X, 149., *internecida* dicitur, qui tale testamentum fecit. Sed haec non prohibent, quominus ipsum testamentum *internecivum* dictum accipiamus. Glossar. apud Barth. Adv. XXVIII, 19.: *Internicidium, testamentum pro quo occisus est.* 9. *Increpitato ferito*] sensu primitivo. 11. *Imbelliam*] Glossar. ap. Barth. l. l.: *Inbellia, debilitas.* 12. *Iecunanum*] codd., nisi quod in Lipsiensi est *Iecinorum*, et vg. *Incumanum, vel Iecinorum* mg. A. Aug. *Iecinorum, victimarum* coni. Dac. *Iecunorium* legendum putat Lind. Facilius *Iecuranum* vel *Iecinoranum* corrigi posset. Nam a iecore, quod extorum significantissimum erat, dictum esse victimarium, apparet. 13. *inores*] corr. Scal. *minores* codd. edd. vett. *sine ore* vg. Quod illud recepi, dubitanter feci, cum Turpilius quidem inoras ostreas posuerit, apud Nonium p. 216, 8., et in Glossar. Labb.: *Inora*, ἄστομα, legatur, sed inoris certo teste careat. 14. *Incalanto*] Glossar. apud Barth. l. l.: *Incalare, invocare.* 15. *augendi consuetudine*] cf. p. 80 et 81. v. in, cum annot. ad priorem locum. 17. *In pelle lanata*] mos in confarreatione observatus. V. Serv. Daniel. in Virgil. Aen. IV, 374. p. 284. ed. Lion. *homines pellibus erant*] *pell. hom. erant* Gu. Lind. 18. *praestaturam*] *praestituram* cod. Berolinensis: sed illud cum optimorum scriptorum consuetudine congruit.

20. *Lucetium*] cf. Gell. N. A. V, 12, 6. Serv. in Virgil. Aen. IX, 570. qui Oscam vocem esse tradit, Macrob. Sat. I, 15.: *Lucetium Salii in carmine canunt.* Glossar. Labb.: *Lucerius*, Ζεύς. Nomen *Leucesius*

Lemnisci, id est fasciolae coloriae, dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lancearum.

Lectus dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat, vel a Graeco λέκτρον.

Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iovem, haec verba dicentes: "Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis eiiciat, uti ego hunc lapidem." 5

Lepista genus vasis aquarii.

Legio Samnitum **linteata** appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi iuraverant.

Lenones ab alliciendo adulescentulos appellati.

Letum ab oblivione, quam Graeci λήθην vocant, dictum.

Lemonia tribus a pago Lemonio appellata est, qui est a porta Capena via Latina. 10

Levir est uxori meae frater meus.

Leria ornamenta tunicarum aurea.

Lesbium genus vasis caelati a Lesbis inventum.

Legimus aut scriptum, aut oleam glandemve et alia quaedam; et addita praepositione dicimus **colligimus, deligimus**.

Lectosia insula dicta a consobrina Aeneae ibidem sepulta. 15

Lictores dicuntur, quod fasces virgarum ligatos ferunt. Hi parentes magistratibus delinquentibus plagas ingerunt. (86)

Liber repertor vini ideo sic appellatur, quod vino nimio usi omnia libere loquantur.

inesse videtur iis versibus, quos Terentius Scaurus de orthogr. p. 2261. P. e Saliari carmine apposuit.

1. *fasciolae coloriae*] boni codd. *fasciolae colorisae* vg. *fasciae coloriae* corr. Scal. 1. 2. *coronarum lancearum*] nam videntur Graeci a λῆνος sive λᾶνος dixisse λημνίσκους, ut παλαμναῖον a παλάμη et δίδυμνον pro διδύμῳ. Hesychius: Λημνίσκους, τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταμίας. Sed hi, ni fallor, λαμνίσκους dicebant. 3. *a Graeco λέκτρον*] ita Varro de L. L. V. §. 166. 4. *Lapidem silicem*] de hoc silice Paulus p. 68. v. Feretrius. Cf. Polyb. III, 26. Liv. I, 24. IX, 5. *Dispiter*] boni codd. *Diespiter* vg. Lind. Iuppiter tamen infernus in ea re aptissime commemorari videtur. Cf. Varro de L. L. V. §. 66., ubi *Dis pater* restitui. 5. *uti*] M. vg. *ut* Gu. Lind. 6. *Lepista*] cf. Varro de L. L. V. §. 123. 7. *linteata*] plura de ea legione Liv. X, 38. *circumdatam*] *circumdati* A. Aug. in mg.: quae imperita est correctio. 8. *iuraverant*] M. ut videtur, Ald., idque probavit Urs. *iuraverunt* Gu. vg. Lind. 9. *ab alliciendo*] *a leniendo* Priscian. IV. p. 623. P. (p. 144. Kr.) et Isidorus, quos affert Dac. *adulescentulos*] boni codd. Lind. *adolesc.* vg. 10. *Letum*] eandem sententiam profitetur Varro de L. L. VII. §. 42. λήθην] vg. *lithin* boni codd. 11. *a pago Lemonio*] etiam aliarum tribuum antiquissimum territorium, quod notum habemus, Festo debemus, Qu. XII, 2. p. 42, 10. v. Papiria, et l. 21. v. Pupinia, Qu. XIII, 7. p. 79, 1. v. Romulia. *est*] M. vg. om. Gu. Lind. 12. *uxori meae frater meus*] boni codd. (nisi quod in Gu. *uxoris* est) et mg. A. Aug. *uxoris meae frater* vg. Lind. Sed illud unice verum, nam frater meus ab uxore mea levir dicitur: neque alium nisi hunc nominis significatum agnoscunt Modestinus in Dig. XXXVIII, 10, 4. §. 6.: *Viri frater levir*, et Nonius p. 557, 8.: *Levir dicitur frater mariti, quasi laevus vir.* Nec Graecum δαήρ (quod fuit ΔΑΕΗΡ, DEVIR, levir) ponitur nisi de hoc affinitatis gradu. 13. *Leria*] vg. *Levao* M. *Leva* Gu. *Laena* mg. A. Aug. Sed illud certum efficitur iis, quae Scal. in Coniect. in Varr. de L. L. p. 76, 8. (p. 136.) de ληροῖς, ornamento muliebri, ex Hesychio, Suida, Polluce attulit. Cf. etiam Kuster. in Suidam v. ληρεῖς ἔχων, p. 568. ed. Bernhardy. 14. *vasis caelati*] πορφυρέης Λέσβιον ἐξ ὑέλου dicitur ab Hedylo apud Athen. XI. p. 486. 6. Caelabatur enim etiam vitrum ab antiquis. *Lesbis*] boni codd. vg. *Lesbiis* Lind. 15. *Legimus*] cf. Nonius p. 331, 31 sq. *oleam*] *olera* A. Aug. in mg., quod est in deterioribus codd. 16. *Lectosia*] codd., nisi quod *Lectos* est in Gu., ut vg. *Leucosia* mg. A. Aug. *Leucasia* corr. Urs. et Canterus Novarum Lect. III, 10. Eadem enim insula eadem de caussa Λευκασία dicta esse traditur a Dionysio Antt. Rom. I, 53. Alii Leucosiam a Sirene appellatam dicunt. 17. *Lictores*] rectius Valgius Rufus apud Gell. N. A. XII, 3. Nonius p. 51, 30. *parentes*] *apparentes* corr. Urs., et ita Festum scripsisse probabile, ut Qu. XVI, 22. p. 193, 16. v. viatores. Sed etiam illo loco excerptor p. 159., id quod ipsi notius erat, *parebant* pro *apparebant* posuit. 18. *Liber*] a Sabinis *Loebasius* vel *Lebasius* dictus, si fides est obscurissimo Servii Daniel. loco, in Virgil. G. I, 7. Cf. Paulus p. 90. v. loebesum.

Limis obliquus, id est transversus; unde et **limina**.

Limites in agris nunc termini, nunc viae transversae.

Limitatus ager est in centurias dimensus.

Librile scapus librae.

5 **Librilla** appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta.

Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *Διονύσια*. Naevius: "Libera lingua loquemur ludis Liberalibus."

Limaces cocleae a limo appellatae.

Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum. Alii ex Graeco a precibus, quas illi *λιτάς* dicunt.

10 **Lixae**, qui exercitum secuntur quaestus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militiae, eisque liceat, quod libuerit. Alii eos a Licha appellatos dicunt, quod et ille Herculem sit secutus; quidam a liguriendo quaestum.

Lingula per diminutionem linguae dicta; alias a similitudine linguae exsertae, ut in calceis; alias insertae, id est intra dentes coercitae, ut in tibiis.

Libella diminutivum est a libra.

15 **Lacit** decipiendo inducit. **Lax** etenim fraus est.

Lituus appellatus, quod litis sit testis. Est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit, dicitur liticen. Ennius: "Inde loci lituus sonitus effudit acutos."

Litis cecidisse dicitur, qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.

(87) **Lixabundus** iter libere ac prolixe faciens.

20 **Licitati** in mercando sive pugnando contendentes.

Liquitur labitur, fluit.

1. *Limis*] boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *Limus* vg. Donatus in Terent. Eun. III, 5, 53.: *Limis si nominativus singularis est, transversus significat: si sextus pluralis, deest oculis.* Sed vereor, ne nominativus ille *limis* ex adverbiali usu ablativi male intellecto prodierit. Glossar. Labb.: *Limis, obliquis oculis.* 2. *nunc viae transversae*] intelligi cardinem et decumanum limitem, monuerunt Interpp. 3. *Limitatus ager*] v. de eo Niebuhr. H. R. T. II. p. 699. ed. sec. 4. *Librile*] Glossar. Labb.: *Librile, ῥοπή.* 5. *Librilla*] *Librilia* coni. Scal., probabiliter. Quod autem fustibalum Vegetii idem instrumentum esse autumat, non assentior. Ipsa enim saxa loris colligata dicebantur librilla, non machina qua vibrabantur. Goth. nescio cur verbum excidisse statuat, unde oratio pendeat. *appellantur*] *appellabantur* M. 6. *Naevius*] apud Both. P. Sc. L. V, I. p. 95. fragm. trag. inc. 21. At rectius positum esset in fragmentis comoediarum. *loquemur*] edd. vett. vg. *loquuntur* mg. A. Aug. *loquimur* boni codd. Lind.: quo versus pessumdatur. Hic versus splendidissimum est alliterationis exemplum. 8. *Limaces*] cf. Varro de L. L. VII. §. 64. *cocleae*] boni codd., ex antiquiori scribendi consuetudine. *cochleae* vg. Lind. 9. *alii solutum*] ita Varro statuit, qui quod in *ἑκατόμβῃ*, apud Nonium p. 131, 21., *lutavi* dixit pro *litavit*, vereor, ne etymologicam potius rationem, quam usum sui temporis secutus sit. 10. *Lixae*] aliud etymon proponit Nonius p. 62, 8. *secuntur*] M. *sequuntur* cett. 12. *Lingula*] aliis *ligula* eodem significatu, quod a diversa origine ductum esse, sunt qui opinentur. 15. *Lacit*] cf. p. 23. v. allicit, cum annot., et p. 87. v. lacit. Id voc. sub lemmate *licere* scriptum fuisse, literarum ordine arguitur, ut in notis Tironianis est: *Lixit, allexit.* Latinos vocales literas interdum etiam in simplicibus violasse, monui ad Varronem de L. L. VII. §. 90. et Paulum p. 2. v. auspicium. *Lax*] E Glossis Goth. affert: *Lacebra, seductio.* 16. *Lituus*] de huius voc. etymo quaesitum est Etrusc. rer. IV, 1, 5. T. II. p. 211. *litis*] *liti* M. Liticines puto cum cornicinibus ante scelerosi ianuam classicum cecinisse, v. Varro de L. L. VI. §. 92. *bucinae*] boni codd. Lind. *buccinae* vg. *Ennius*] Ann. VIII, 42. apud Merulam. 18. *Litis*] codd. A. Aug. in mg. Lind. *Liti* vg. In casibus similem libertatem et potentiam antiquior lingua Latina prae se fert, ac Graeca. 19. *Lixabundus*] Glossae Isidori: *Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat.* 20. *Licitati*] cf. p. 84. v. inlicitator. *sive pugnando*] id intpp. viderunt spectare ad Ennii versum apud Nonium p. 134, 13. Ann. I, 85. apud Merulam. 21. *Liquitur*] cf. Festus Qu. XIII, 29. p. 101, 15. v. sublicium.

Lingulaca genus piscis, vel mulier argutatrix.

Lance et licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quaerere in domo aliena licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam.

Lautitia epularum magnificentia. Alii a lavatione dictam putant, quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, non erant, et raro aliquis lavabat. 5

Laeva sinistra, quam Graeci *σκαιάν*. Unde tractum cognomen Scaevola. A laeva **laevum** sinistrum et **laevorsum** sinistrorsum.

Lacuna, id est aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii **lamam**, alii **lustrum** dicunt.

Lacit in fraudem inducit. Inde est allicere et lacessere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat.

Laena vestimenti genus habitu duplicis. Quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece, quam *χλανίδα* dicunt. 10

Lautumias ex Graeco et maxime a Syracusanis, qui *λατομίας* et appellant et habent ad instar carceris; ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem.

Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a caede humana intrarent Urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit, vel quod omni tempore viret, ut similiter respublica vireat. 15

Laverniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deae Lavernae essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furta praedamque inter se luere. Hinc et **Lavernalis porta** vocata est.

Lacerare dividere, comminuere est; ex quo dictus est **lanius**, qui discindendo lacerat pecora; **lacinia**, quod pars

I. *Lingulaca*] de eo pisce Varro de L. L. V. §. 77. *argutatrix*] coni. Fruterius Verisimil. I, 11. (in Gruteri Lampade T. II. p. 823.) et Canterus Nov. lect. IV, 28. *auguratrix* codd. vg. *garrulatrix* mg. A. Aug. Plautum in Casina II, 8, 63. respici apertum est, ut a Nonio p. 50, 8. 2. *Lance et licio*] *et* om. cod. Lipsiensis, quod ut verum existimet, inclinare se fatetur Lind. Ac solebat sane antiquior sermo Latinus in binaria nominum compositione copulam omittere. Verumtamen in hac ipsa locutione unquam omissam esse non memini. De re ipsa v. imprimis quae Gaius Inst. III. §. 191. 192. e legg. XII tabb. attulit. 4. *Lautitia*] M. *Lauticia* mg. A. Aug. *Lautia* vg. Lind. De lautiis sive dautiis (v. Paulus p. 68.) hic Festum non dixisse monuit Scal. 6. *σκαιάν*] vg. *scean* boni codd. Post hoc voc. *dicunt* codd. deteriores et Lind. om. boni codd. vg. *A laeva laevum*] ita Paulus satis inepte. Sed Festus de metaphorico vel augurali significatu voc. laevus dixisse videtur. 8. *Lacuna*] cf. Varro de L. L. V. §. 26., qui lacum lacunam magnam, et Serv. in Virg. G. I, 116., qui lacunam lacum minorem appellat. *lamam*] A. Aug. in mg.: *limam V. C. λίμνην.* Illud, quod boni libri habent, Scal. firmavit comparatis Gloss. Labb.: *Lamae, πηλώδεις τόποι.* Sed imprimis v. Horat. Ep. I, 13, 10. cum Schol. *lustrum*] vg. *lustram* boni codd. Lind. A. Aug. in mg.: *λουτρόν.* V. Paulus p. 89. v. lustra. 9. *Lacit*] v. idem voc. p. 86. *in fraudem inducit*] *ind. in fraudem* Gu. Lind. *delectat, oblectat*] *obleet., delectat* Gu. Lind. 10. *Laena*] v. Varro de L. L. V. §. 133., qui eam duarum togarum instar dicit. *habitu*] boni codd. Lind. *habitus* vg. *χλανίδα*] restitui e bonis codd., in quibus M. *chlanida*, Gu. *clanidea* habet: *χλαίνην* vg. *χλαμύδα* Lind. At *χλαμύς* Latinorum sagulum vel paludamentum est, *χλανίς* autem, cum *χλαίνης* delicatius genus sit, recte in laenam convertitur. Glossar. Labb.: *Χλανίς, lena.* 11. *Lautumias*] boni codd. Lind., ut Urs. voluerat. *Latumias* vg. De diphthongo AU in eo voc. v. annot. ad p. 16. v. Alumento. Cf. Varro de L. L. V. §. 151. Goth. e Glossis manuscriptis (quae non sunt Isidori quae vocantur Glossae) affert: *Lautomia, custodia carceri; Lautumiae, vincula, cathena, carceris custodiae;*] *Lautumnum, supplicii genus.* *λατομίας*] *Λατομιας* M. *latomias* Gu. vg. Lind. 13. *Laureati*] de lauri virtutibus v. etiam Boissonadii Anecd. I. p. 425. 15. *vireat*] M. vg. *floreat* cett. codd. Lind. 16. *Laverniones*] laterniones sive laverniones dictos esse fures testatur etiam Schol. Cruquii in Horat. Ep. I, 16, 60. Eosdem, deae ipsius nomine, appellatos esse lavernas, Scal. demonstravit ex Ausonio et Glossis Isidori. Miror, quod Gloss. Labb.: *Laverna, πραξιδίκη.* *solitos*] boni codd. mg. A. Aug. Lind. *soliti* vg. 17. *luere*] *dividere* mg. A. Aug. At *luere* dictum est veriloquii caussa. *lavernalis porta*] v. Varro de L. L. V. §. 163. 18. *lanius*] non tam imperite, quam existimat Dac., qui lanium a laniando (ipse dicit *laniendo*) dictum affirmat. Sed verbum laniare ductum ab ipso lanio, lanius autem poterat a syllaba primitiva LAC eodem iure deduci,

vestimenti est; **lacerna**, quod minus capitio sit; **lacer**, quod auribus curtatis est, et **lacerum**, quodcunque est in corpore imminutum.

(88) **Laudare** ponebatur apud antiquos pro nominare.

Lautitia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.

5 **Lautulae** locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant.

Lactaria columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Lacobrigae nomen compositum a lacu et Arcobriga † Hispaniae oppido.

Lancea a Graeco dicta, quam illi *λόγχην* vocant.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

10 **Lamberat** scindit ac laniat.

Lanerum vestimenti genus ex lana sucida confectum.

Lapit dolore afficit.

Lapidicinae, ubi exciduntur lapides.

Latex lapsu profluens aqua dicitur. Utimur tamen hoc vocabulo et in vino.

15 **Latine** loqui a Latio dictum est: quae locutio adeo est versa, ut vix ulla pars eius maneat in notitia.

Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, *ἀπὸ τῆς λατρείας*. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur.

quo quini a QVINQ et deni a DEC et sumen a SUG et contamen a TAG et alia sexcenta: licentia illa consonantium literarum et syllabarum ante liquidas elidendarum et contrahendarum, quae in Latina lingua latissime patet.

1. *capitio*] id est, capitis tegumento: quanquam meliori dicendi usu capitium dicitur pectoris indumentum. V. Scal. Coniect. in Varron. p. 32, 9. (p. 56.) et cf. supra ad p. 43. v. capital annotata. 3. *Laudare*] cf. Nonius p. 335, 6. 4. *Lautitia*] incertum, pro substantivo an adiectivo accipienda sit. Isidori glossae: *Lautitia, aqua farina conspersa*, quod Meursius Exerc. crit. P. II, I, 11. recte refingit in: *Laut. farina, aqua conspersa.* *ponebatur apud antiquos*] *ap. ant. poneb.* Gu. Lind. 5. *Lautulae*] non possunt intelligi eae, quas Liv. VII, 39. IX, 23. prope ab Anxure fuisse tradit: nam hic non dici potest *locus extra Urbem.* Sed Verrii eam mentem fuisse arbitror, ut eas Lautulas, quae inter Ianum Geminum et minus Velabrum erant (teste Varrone de L. L. V. §. 156.), olim, cum extra fines Romuleae Urbis essent, a Romanis lavando frequentatas fuisse ex ipso nomine colligeret. 6. *Lactaria columna*] hanc P. Victor in XI regione posuit, fortasse ex hoc Pauli loco. *deferebant*] *deserebant* coni. C. Barth., Advers. VIII, 5. Illud multo praestat. 7. *Lacobrigae*] de hoc Lusitaniae, alioque cognomini Vaccaeorum in Hispania Tarraconensi oppido Uckert. Geogr. Graec. et Rom. T. II. p. 387. 343. *Arcobriga*] Arcobriga Celtiberorum oppidum (v. Uckert. T. II. p. 461.) cum ab hac re alienum esse appareret, vg. *briga* contra codd. auctoritatem scriptum est. Sed facilius adducor ut credam, pleniorem Festi explicationem, in hunc fere modum conceptam: *a lacu et Hispanico vocabulo, quod oppidum significabat, ut in Arcobriga et aliis,* a Paulo, ut solet, misere esse truncatam. De hoc voc. briga v. praecipue, quae G. Humboldt in libro de priscis Hispaniae incolis scripsit. 8. *Lancea*] aliter Varro apud Gell. N. A. XV, 30. *λόγχην*] vg. *lonchin* boni codd. 9. *Lanoculus*] ex comoedia quadam, ni fallor. 10. *Lamberat*] *lamberas* affertur e Plauti Pseudolo II, 4, 53. 11. *sucida*] boni codd. *succida* vg. Lind. De sucida lana cf. Varro de R. R. II, 11, 6. Iuvenal. V, 24. 12. *Lapit*] lapidem facit, obdurefacit, interpretatur Nonius p. 23, 7., adducto Pacuvii e Periboea versu. 13. *Lapidicinae*] boni codd. vg. Idem Lind. adscivit, quanquam non dubitat, quin ubique scribendum sit *Lapicidinae.* Antiquos tamen grammaticos dubitasse constat, et poterat lapidicidinae eodem linguae errore in lapidicinae mutari, quo stipipendium in stipendium, arcicubii in arcubii (v. Paulus p. 21.), *ἡμιμέδιμνος* in *ἡμέδιμνος*, *Παλαμομήδης* in *Παλαμήδης* et similia non pauca. 14. *lapsu*] *a lapsu* M. 15. *pars eius*] *eius pars* Gu. Lind. *notitia*] *notitiam* Gu. Lind. Haec a Paulo adiecta esse, putat Scal.: sed nihil prohibet, quominus ipsum Verrium hoc loco de antiquae Latinae linguae obscuritate dixisse putemus. Similia ex Polybio III, 22, 3. iam apposuit Urs. 16. *Latrones*] cf. Varro de L. L. VII. §. 52. Nonius p. 134, 26. *eos antiqui*] *antiqui eos* Gu. Lind. *ἀπὸ τῆς λατρείας*] Lind. *apo tis latrias* boni codd. *ἀπὸ τῆς λατρίας* vg. *τοῦ λάτρου*) mg. A. Aug., id quod probat Urs.

Larentalia coniugis Faustuli, nutricis Remi et Romuli, Larentiae festa.
Locupletes locorum multorum domini.
Locatum positum.
Larvati furiosi et mente moti, quasi larvis exterriti.
Lotos arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant, cuius bacis quondam pasti Lotophagi sunt dicti. 5
Lucaris pecunia, quae in luco erat data.
Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit, pro eo, quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverint.
Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur.
Lucereses et **Luceres**, quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero, 10
Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti. (89)
Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio sita est ad partem stellae luciferae, vel quod loca cretosa sunt, id est multae lucis, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luco consederunt.
Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere.
Lucius praenomen est eius, qui primum fuit, quia oriente luce natus est. 15
Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit, ob luporum interfectionem. *Λύκος* enim lupus est.
Luxa membra e suis locis mota et soluta, a quo luxuriosus in re familiari solutus.
Lucuntem genus operis pistorii.
Lucretilis mons in Sabinis.

1. *Larentalia*] boni codd. *Laurentalia* tantum in deterioribus est. Neque aliter Varro de L. L. VI. §. 23. *nutricis*] *inventoris*, quod in mg. A. Aug. est, a Scal. non improbatum, codd. fide plane destituitur. *Larentiae*] M., ut vg. *Laurentiae* Lind. e Gu., plus aequo pronus in huius cod. obsequium. Nam ridiculus ille error, qui Laurentiam pro Larentia procreavit, ubicunque forte adhuc resedit, furca expellendus est. 2. *Locupletes*] idem veriloquium est Nigidii apud Gellium X, 5. 4. *Larvati*] v. Nonius p. 44, 26. v. Cerriti. 5. *Lotos*] cf. maxime Spanhemius in Callim. in Dian. 244. p. 345. ed. Ernesti. 7. *Lucaria*] idem voc. Scal. intulit Varroni de L. L. VI. §. 79., ubi magis ex codd. fide et sententiae satis accommodate legitur *Lugere*. Sed v. Masurius apud Macrob. Sat. I, 4. et Kalend. Maff. et Amitern. ad XIV. et XII. K. Aug. 8. *occultaverint*] *occultaverunt* M. 9. *Lucar*] v. Festus Qu. XII, 22. p. 62, 18. v. pecunia, Plutarch. Qu. Rom. 88. Glossae Labb.: *Lucar, θεατρικὸν γελιαν (ἀργύριον), μισθὸς ἀπὸ φίσκου, μισθὸς θεατρικός, θεωρικόν. τὸ λυκόφως.* Isidori Glossae: *Lucar, vectigal, erogatio, quae fiebat in lucis.* Plura Scal. Salmasio, qui lucar olim locar fuisse et negligentia quadam loquendi corruptum esse opinatur (Exerc. Plin. p. 165. col. 2. b. p. 797. col. 2. c.), nunc nemo facile assentietur. *lucis*] *ludis* legendum esse censet Goth. At quanquam lucar in ludos impendebatur, poterat tamen e lucorum reditibus capi. *captatur*] *capiatur*) mg. A. Aug., non commode. 10. *Lucereses*] boni codd. Lind. *Lucerenses* vg. De illo scribendi usu v. Praef. IV, 3. Varroni de L. L. V. §. 55. 81. *Luceres* sunt. *a Tatio et Romulo*] Tities primo loco appellari, ut a Festo vv. Sex Vestae sac. et turma, Varrone de L. L. V. §. 55. 91., Cicerone de R. P. II, 20. et aliis, acute monet Huschkius de Servio rege p. 243. 10. 11. *a Lucero, Ardeae rege*] de hac opinione dixit Niebuhr. H. R. T. I. p. 305. ed. sec. 12. *cretosa*] *aetherosa* mg. A. Aug. *aerosa* coni. Scal.: sine ulla caussa, nam cretosa loca ab etymologo argutante etiam *multae lucis* dici possunt. 12. 13. *sunt*] et *consederunt*] M., ut vg. *sint* et *consederint* Gu. Lind. *a Lucilio*] *a Lucio* rescribendum putat Dac., quod Eustath. in Dionys. Per. 362. p. 158. ed. Bernh. *ἀπὸ Λευκίου τινός.* 14. *capita detegere*] de hoc ritu Festus Qu. XIV, 28. p. 132, 33. v. Saturnii, et Qu. XV, 18. p. 150, 6. v. Saturno, Macrob. Sat. I, 8. Serv. in Virgil. Aen. III, 407. 15. *Lucius*] cf. Varro de L. L. IX. §. 60. 17. *Luxa*] Glossae Labb.: *Luxum, στρέμμα, ἢ λυγισμὸς, ἢ ἀσωτία.* 18. *Lucuntem*] Lind. e Gu. *Lucuntere* vg. M. *Lucunter Lucentem Lacuntem* mg. A. Aug. Paulus accusativum posuit; nominativus *lucuns* apud Nonium p. 131, 22. est; deminutivum lucunculus, tanquam a lucunx, Scal. e pluribus scriptoribus eruit. Salmasius in Lampridium Heliogab. 32. T. I. p. 873. utrumque recte dictum putat, lucunterem et lucuntem, illum ex Graeco *γλυκαντὴρ*, hunc e *γλυκοῦς*, quod ad exemplum *πλακοῦντος* finxit, ortum.

Lucomones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quae venissent, infesta facerent.

Lucomedi a duce suo Lucomo dicti, qui postea Lucereses appellati sunt.

Luculentus a luce appellatus.

Lues est diluens usque ad nihil, tractum a Graeco *λύειν*. Hinc dictum **lutum** terra humore soluta, et **lustratio**, qua quid solvitur ac liberatur. Hinc et *λύτρα ἀπὸ τῆς λύσεως*, id est solutione auri. *Λίτρα* enim libra est.

Luctus et **lugere** a Graeco trahuntur *λυπεῖν* vel *ἀλύσσειν* *.

Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus.

Lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia. A qua similitudine hi, qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. Et quum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem.

(90) **Lymphae** dictae sunt a nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est, quicunque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphae, viderint, furendi non fecisse finem; quos Graeci *νυμφολήπτους* vocant, Latini **lymphaticos** appellant.

Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur.

Luma genus herbae vel potius spinae.

Lumbago vitium et debilitas lumborum.

Luscitio vitium oculorum, quod clarius vesperi, quam meridie cernit.

Lura, os cullei, vel etiam utris; unde **lurcones** capacis gulae homines et bonorum suorum consumptores.

Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur atque eis nomina imponuntur.

Luridi supra modum pallidi.

Lyrnesiades ab oppido Phrygiae Lyrneso dicti †.

1. *Lucomones*] de his dixi rer. Etrusc. II, 2, 4. T. I. p. 364 sqq. Nomen eorum ad *λυκανθρωπίαν* relatum esse apparet. 2. *Lucomedi*] ex his intelligere mihi videor, Graeculum aliquem vel Romanum immodice graecissantem Lycomidarum gentem, quae a Lycomo vel Lucomo nomen et originem ducebat, ex Attica Messeniave in Italiam transvexisse, ac Lucerum stirpem ex ea derivasse. *Lucomo*] *Lucumone* coni. Scal., non recte puto. Est Graecum *Λύκομος*. *Lucereses*] M. *Lucerenses* Gu. vg. Lind. 4. *Lues*] cf. Nonius p. 52, 8. *λύειν*] vg. *lyin* boni codd. 5. *λύτρα ἀπὸ τῆς λύσεως*] vg. *litra apo tis lyseos* boni codd. 6. *λυπεῖν vel ἀλύσσειν*] scripsi. *lypin vel lisue* M. *lypiu vellisiu* Gu. *λυπεῖν vel λύπειν* vg. et in mg. *λύζειν*) *λυπεῖν vel λύσις βίου* Lind., quod non ex vestigiis bonorum codd., sed ex edd. vett. ductum est, in quibus est *lyseos tu biu vel tes lypes*. 7. *Longitrorsus*] hoc si recte dictum est, erat etiam adverbium **longitro** et antiquum aliquod adiectivum LONGITERUS. 8. *Lustra*] cf. Nonius p. 333, 6. *significant*] M. ut vg. *significat* Gu. Lind. *lacunas*] *lamas* mg. A. Aug., idque praefert Scal.: sed codd. non addicunt, ita ut id coniectura tantum ex superiore loco p. 87. v. lacuna in hunc translatum esse videatur. *A qua*] M. ut vg. *Qua* Lind. e Gu. 9. 10. *prima syllaba producitur*] apparet, Verrium id voc., quod lūstrum pronunciabat, non a lŭto duxisse. Poterat a luendo, ut Varro de L. L. VI. §. 11., quamquam hic alienas res immiscet. 11. *Lymphae*] congruunt cum his, quae Varro de L. L. VII. §. 87., discrepant, quae idem V. §. 71. 12. *νυμφολήπτους*] vg. *nimpholeptus* M. *nympholectus* Gu. De lymphaticis alia, non ex Festo ducta, Placidus p. 480. et Glossae Isidori v. limfaticus. 14. *Luxantur*] apud Plautum Pseudolo IV, 7, 6. 15. *Luma*] Glossar. Labb.: *Luma, βοτάνη ὁμοία ἡδύοσμῳ, ἣν τινὲς ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην, ἄκανθος.* Cf. quae Varro V. §. 137. de lumectis. 17. *Luscitio*] cf. Festus Qu. IX, 21. p. 21, 21. v. nusciciosum, Nonius p. 135, 10. v. lusciosi, Fulgentius p. 561, 19. v. luscitiosos. Glossar. Labb.: *Lusciosus, νυκτάλωψ.* Goth. e Glossis affert: *Luscinosus* (i. e. *Lusciciosus*), *qui, ut vespertilio, aut parum aut nihil videt.* 18. *unde lurcones*] rectius Nonius p. 10, 31. 19. *Lustrici dies*] Graecorum *γενέθλια*, de quibus multi multa. 20. *Luridi*] Glossar. Labb.: *Luridus, ὠχρός, πέλιος, ἰκτεριχός, ὑπώπιος.* 21. *Lyrnesiades*] boni codd. Lind. *Lyrnessiades* vg. Ita etiam postea *Lyrnesso*. *dicti*] *dictae* corr. Dac. Possis etiam *dictus*, quamquam quis intelligatur Lyrnesiades, ignoratur. Lyrnesias erat Briseis.

Loebesum et **loebertatem** antiqui dicebant liberum et libertatem. Ita Graeci λοιβήν et λείβειν.

Lycophos Graeci dicunt, quod nos primum tempus lucis. Dictum autem lycophos, quasi λευκὸν φῶς, id est lumen candidum.

Libertatis templum in Aventino fuerat constructum.

Lingua non solum pars corporis dicitur, sed etiam differentia sermonum. Promontorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi. 5

Libycus campus in agro Argeo appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatae sunt. Quam ob causam etiam Ceres ab Argeis **Libyssa** vocata est.

Lepareses Liparitani cives, id est Liparenses.

Labes macula in vestimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. 10

Latrare Ennius pro poscere posuit.

Latitaverunt Cato posuit pro saepe tulerunt.

Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines.

Liberata ponebant pro effata, hoc est locuta.

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus ominis boni gratia, ut in dilectu censuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius. 15

Laneae effigies Compitalibus noctu dabantur in compita, quod lares, quorum is erat dies festus, animae putabantur (91) esse hominum redactae in numerum deorum.

1. *Loebesum*] cf. annot. ad p. 86. v. Liber. Difficultatem, quam S in loebesum et R in loebertatem facessunt, maioris moliminis est expedire. Meursius Exerc. crit. P. II, IV, 21. corr. *loebestatem*, non temere. Sed loebestas si in usu fuisset, non mutata esset in libertatem. λοιβήν *et* λείβειν] Lind. *loibin et elibin* boni codd. λοιβὴ *et* λείβω vg. 2. *Lycophos*] vg. Lind. *Lycophes* boni codd. *quasi* λευκὸν φῶς] *album* nunc dicunt Itali. 4. *Libertatis templum*] v. Liv. XXIV, 16. *constructum*] *constitutum* mg. A. Aug., quod est in deterioribus codd. 7. *Argeo*] i. e. Argivo. Ridiculus est error Dacerii, qui id de Argeo, ubi postea vicus Tuscus fuerit, dictum putat. Eadem plane, quae noster, de *Libyssa Cerere* Schol. in Aristid. Pan. 188, 12. p. 321. Dindorf. e Polemone Periegeta (v. L. Preller Polemonis fragm. p. 44.), unde discitur, eam aedem in Charadra prope ab Argis fuisse. 9. *Lepareses*] Gu. Lind. *Leparenses* vg. Ductum illud ex antiquiori quodam poeta vel annalium scriptore. Cf. Liv. V, 28. 11. *Ennius*] non intelligi verba illa: *animus cum pectore latrat*, apud Varron. de L. L. VII. §. 103. servata, recte Dac. monuisse videtur. 12. *Latitaverunt*] prima syllaba producta. 14. *pro effata*] Cicero de legg. II, 8. utrumque coniungit. *hoc est*] Gu. Lind. *id est* vg. Haec verba *h. e. locuta* Festum non addidisse manifestum est; sed cur Paulo eripienda sint, non video. 15. *eruendus*] i. e. caeno lutoque expurgandus et eluendus, quibus maris undas rivulosque e vicinis montibus defluentes eum lacum implevisse credibile est. Lacum eruere eodem iure dicitur, quo sepulcra eruere. Nescio cur id tantopere Vv. Dd. displicuerit. Nam quod in *vectigalibus publicis* locatus esse dicitur, ita licet interpretari, ut cum vectigalium locatione opera publica coniuncta esse inde colligamus. Brissonius de verb. sign. v. frui p. 507. ed. Heinecc. et de formulis I, 154. p. 83. ed. Conr., Carrio Emend. II, 5. et Lipsius de mil. Rom. I, 3. coni. *fruendus*, idque probat Dac., quanquam hic etiam *eruendus* eo sensu, quo *retandus*, *purgandus*, servari posse censet. *emendus* corr. Ianus a Costa in Instit. III, 24. (de locat. conduct.) §. 3. *everrendus* coni. Heinrich in Ciceron. pro Scauro, Cicer. orat. part. ined. p. 51., et Forcellin. v. Lucrinus: sed persuadere mihi non possum, lacum, ex quo pisces everriculo capiebantur, proprio vocabulo everri dictum esse. Neque id placuit Cramero, propter ambiguitatem verbi, Opusc. min. p. 104. Quod autem hic et alii eruderandum lacum hic intelligi posse negant, quod inde aerario damnum potius quam lucrum accessurum fuerit, nihil est, nam bonum illud omen ex nomine solo, non ex ipsa re, capiebatur. *dilectu*] ed. vet. vg. *delectu* Lind., non indicato fonte lectionis. Illud ne contemnatur, v. p. 56. v. dilectus. De ipsa re cf. Cic. de divin. I, 45. Praef. II, 2. 17. *Laneae*] de his simulacris Festus Qu. XII, 6. p. 46, 34. v. pilae, quocum imprimis conferendus est Macrob. Sat. I, 7. V. etiam Varro Sesquiulixe ap. Nonium p. 538. v. strophium. *noctu*] *nocte* Lind. ex uno Gu. 18. *redactae*] A. Aug. in mg.: *sedatae V. C. relatae*). Sed vg. a bonis codd. confirmatur.

LIBER XI.

Magnos ludos Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iovis, quem principem deorum putabant, faciebant.
Meltom meliorem dicebant.
Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant, et maturum idoneum usui, et mane principium diei, et inferi dii manes, ut suppliciter appellati bono essent, et in carmine Saliari Cerus manus intellegitur creator bonus.
Minutum et minuere ex Graeco μειοῦν dictum videri potest.
Minores et maiores inter cognomina feminarum poni solebant.
Minam Aelius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam.
Minurritiones appellantur avium minorum cantus.
Minyae dicti Argonautae, quod plerique eorum ex filiis Minyae fuerant orti.
Minutia porta Romae est dicta ab ara Minuti, quem deum putabant.
Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum; cui successit postea Puteolanum, quod municipium Graecum antea Δικαιαρχία vocitatum est. Unde Lucilius: "Inde Dicaearcheum * populos, Delumque minorem."
Militem Aelius a mollitia κατὰ ἀντίφρασιν dictum putat, eo, quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat; sic ludum dicimus, in quo minime luditur.
Minerrimus pro minimo dixerunt.
Miniscitur pro reminiscitur antiquitus dicebatur.

2. *Magnos ludos*] cf. Festus Qu. XII, 31. p. 71, 18. v. Romani. 3. *Meltom*] *Meliom* scribendum putat Scal.; codd. lectionem defendit Lind., tanquam idem voc., unde Graeca βελτίων, βέλτιστος ducta sint. 4. *Matrem Matutam*] eaedem de hac voce stirpe argutiae iterantur a Festo Qu. IX, 10. p. 10, 3. v. Mater Matuta. Cf. p. 7, 30. v. manare et Paulus p. 94. v. mane. *usui*] *esui* corr. Dac., inepte. 5. *Cerus manus*] quae Varro de L. L. VII. §. 26. e carmine Saliorum, ab hoc Cero mano alienа esse existimo. Ludit in hoc Cero mano Meursius Exerc. crit. P. II, III, 1., qui cum non differre putat a Genio Iano, quem nimirum "in aureis istis", ut ait, "Catonis Originum libris" reppererat, quos Ioannes Annius Viterbiensis ediderat. De *manuis* in Saliaribus Festus Qu. VIII, 28. p. 171, 5. *intellegitur*] Gu. *intelligitur* vg. 6. μειοῦν] μινύειν coni. Scal.: sed debebat certe μινύθειν: illud codd. vetant ne mutetur. 7. *Minores et maiores*] ut Tullia maior et Tullia minor, apud Livium I, 46., quibus Scal. hunc locum illustravit. 8. *Minam*] positivus huius nominis, ut saepe fit, adiectivo significatu obsolevit, et substantivo tantum usu, ad certas res relatus, in sermone mansit, ad mammas, ut Festus refert, et ad oves, ut Varro de R. R. II, 2. 9. *Minurritiones*] M. vg. *Minurrationes* Gu. Gloss. Labb.: *Minurit*, μινυρίζει. 10. *ex filiis Minyae*] *ex filiabus*, interpretor, ut Apollon. Rhod. I, 230. V. Orchomeniaca mea p. 258. 11. *ab ara Minutii, quem deum putabant*] haec Pauli errore addita esse, contendit Sachse Hist. Urbis T. I. p. 222 sq.: sed incertis de Minutiae portae auctore coniecturis ductus. *Minuti*] *Minuci* M. vg. *Minutii* Gu. Lind. cf. Paulus p. 100. v. Minucia. 12. *Minorem Delum*] cf. Spanhem. in Callimach. in Del. v. 316. p. 589. ed. Ern. *aliquando*] circa et post ea tempora, quibus Corinthus diruebatur. V. Strabo X. p. 486. Cicero pro lege Man. 18, 55. 13. Δικαιαρχία] Graece scripsi, quod codd. M. DIKIARCHIA, et Gu. *dikiarchia*. *Dicaearchia* vg. Cf. Paulus p. 55. v. Dicaearchia. *Lucilius*] apud Dousam, Satir. III, 3. p. 28. Tractavit versum Varges, Lucilii Iter Siculum p. 8. n. 22. 14. *Dicaearcheum*] *diciarchicum* boni codd. edd. vett. *Dicaearchum* vg., quam formam quanquam interpretes non mirati sunt, nescio quomodo explicem. *Dicaearcheum* puto Lucilium fecisse e Graeco Δικαιαρχέων, et extremas syllabas eadem synizesi contraxisse, quae in *dcam* saepissime observatur. *Delumque*] ut Virgilius Aen. VII, 384.: *Laurentisque docet populos urbemque Latini*, et quae plura affert Varges l. l. 15. *Militem*] Ulpianus in Digest. XXIX, 1, 1., quanquam multis modis huius voc. veriloquium tentat, hanc Aelii opinionem, omnium sane absurdissimam illam, non commemoravit. κατὰ ἀντίφρασιν] *cata antifrasin* boni codd. κατ' ἀντίφρασιν vg. 18. *Miniscitur*] cf. Paulus p. 93. v. mentum.

Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant; Cornificius vero, quod fingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant pro eo, quod est omnium gentium iudicio minime esse faciendum.

Milvina genus tibiae acutissimi soni.

Miracula, quae nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. 5

Mirior dicebant comparativum a miro. Titinnius: "Mirior, inquam, tibi videor." (92)

Miscelliones appellantur, qui non certae sunt sententiae, sed variorum mixtorumque iudiciorum sunt.

Misenum promontorium a Miseno tubicine Aeneae ibi sepulto est appellatum.

Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda: **miseretur** is, qui miserum sublevat.

Miseret me eadem forma dicitur, qua piget, poenitet, taedet. 10

Miracidion primae adolescentiae.

Metus feminine dicebant. Ennius: "Vivam an moriar, nulla in me est metus."

Metari castra dicuntur, quod metis diriguntur.

Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.

Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: "Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor." A quibus verbis etiam **Meditrinae** deae nomen conceptum, eiusque sacra Meditrinalia dicta sunt. 15

Medioximum mediocre.

Medullitus, ex intimis medullis.

Meditullium dicitur non medium terrae, sed procul a mari, quasi meditellium, ab eo, quod est tellus. 20

Medibile medicabile.

Mediterream melius, quam mediterraneam Sisenna dici putat.

Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet medio die caperetur.

1. *Minerva . . . moneat*] cf. Festus Qu. X, 21. p. 182, 17. v. promenervat. 4. *Milvina*] congrua de hoc tibiarum genere Solin. 5, 19. 5. *Miracula*] cf. Nonius p. 521, 29. v. mira, miracula, et Festus Qu. XV, 3. p. 139. 1. v. schoeniculae. 6. *Mirior*] cf. Nonius p. 135, 27. v. mirius. *Titinnius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 75. inc. 17. *inquam, tibi*] vg. ed. vet. Ald. *tibi inquit* mg. A. Aug. Gu., quo solo teste, ni fallor, Lind. *inquit, tibi* scripsit. 7. *iud. sunt*] *sunt* om. Gu. Lind. 8. *a Miseno*] v. Serv. in Virgil. Aen. III, 239. 9. *Miseratur*] similiter de horum voce. differentia Nonius p. 445, 4. Glossar. Labb.: *Miseratur*, ἐλεεῖ, et: *Miseretur*, οἰκτείρει, non satis apte. 11. *Miracidion*] mg. A. Aug. cum signo emendatae lectionis. Ald. Lind. *Mirachiton* boni codd. *Mirachidion* vg. Est ipsum Graecum μειρακίδιον. 12. *Metus*] cf. Paulus p. 46. v. corius, cum annot. *feminine*] boni codd. Lind. *feminino genere* vg. *Ennius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 73. inc. 45. 13. *metis*] palis, ut videtur, quibus visus in metando dirigitur. 14. *Meddix*] dixi de hoc nomine Etruscar. rer. Introd. I, 7, T. 1. p. 27. Sed, quod ad illud *Merris* in monimentis Oscis pertinet, nunc etiam mihi persuasum est, literam quae pro R habebatur, D esse pronunciandam. *Ennius*] Ann. VIII, 73. apud Merulam. *Summus*] *Unus* coni. Dac. At poterat summus meddix ab alio inferioris dignitatis distingui. 15. *Meditrinalia*] v. Varro de L. L. VI. §. 21., a quo verba illa paulo aliter concepta referuntur: *Novum vetus vinum bibo, novo veteri vino morbo medeor*, et rectius puto. 18. *Medioximum*] boni codd. Lind. *Medioxumum* vg. Cf. Nonius p. 141, 4. v. medioximum. Glossar. Labb.: *Medioximus*, μέσος. Dii medioxumi noti sunt. 19. *Medullitus*] plura Nonius p. 139, 9. v. medullitus. 20. *Meditullium*] rectius de eo voc. Cicero Top. 8, 36. Inepte Placidus p. 483.: *Meditullium dicitur in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum.* 22. *mediterraneam*] codd. edd. vett. Lind. *mediterraneum* in vg. ex errore typographi ortum est. 23. *Merendam*] eodem modo explicat Nonius p. 28, 32. Cf. Isidor. Origg. XX, 2, 12. Ita meridies pro medidie. V. Varro de L. L. VI. §. 4. Glossar. Labb.: *Merenda*, ἄριστον δειλινόν· δειλινή.

(93) Mergae furculae, quibus acervi frugum fiunt, dictae a volucribus mergis, quia, ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.

Mercurius a mercibus est dictus. Hunc etenim negotiorum omnium aestimabant esse deum.

Merum antiqui dicebant solum; unde et avis merula nomen accepit, quod solivaga est et solitaria pascitur; at nunc merum purum appellamus.

Mercedonios dixerunt a mercede solvenda.

Medialem appellabant hostiam atram, quam meridie immolabant.

Mercedituum mercenarium, quod mercede se tueatur.

Mertat pro mersat dicebant.

Melicae gallinae, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L litera pro D substituta.

Melos insula dicta est a Melo, qui ex Phoenice ad eandem fuerat profectus.

Melo nomine alio Nilus vocatur.

Melia hasta a ligno mali dicta.

Meliboea purpura, a nomine insulae, in qua tingitur, est vocata.

Melancoryphi genus avium, quae Latine vocantur atricapillae, eo, quod summa earum capita nigra sint.

Memorare significat nunc dicere, nunc memoriae mandare.

Mensarii nummularii.

Mendicum velum, quod in prora ponitur.

Mentum dicebant, quod nos commentum.

Memoriosus memoriosior et memoriosius et memoriosissime facit.

Mensa frugibusque iurato significat per mensam et fruges.

1. *Mergae*] Glossar. Labb.: *Mergae*, *αἴθυιαι*. Sed hoc ad mergos volucres spectat. *a volucr. mergis*] de his Varro de L. L. V. §. 78. 3. *Mercurius*] Quae in Isidori Glossis sunt: *Mercurius, lapidum congeries in cacumine collium,* memorabilia sunt, nisi forte ex Graeco *Ἑρμῆς*, *Ἑρμαῖον* translata sunt. *aestimabant*] boni codd. Lind. *existimabant* vg. *festinabant* Ursini liber ms., ut est in codd. deterioribus et edd. vett. 4. *Merum . . solum*] de eodem significatu plenius agit Nonius p. 344, 2. Glossar. Labb.: *Merum*, *ἄκρατον*, *μόνον*, *ψιλόν*. *merula*] idem etymon proposuit Varro de L. L. V. §. 76. *at*] M. vg. *ac* edd. vett. *ut* Gu. Lind. 6. *Mercedonios*] M. (quantum ex annot. Lind. colligitur). *Mercedenos* edd. vett. *Mercedonius* Gu. Lind. *Mercedonias* vg. De Mercedonio mense noli cogitare, quo, cum intercalaris esset, nulla merces solvi poterat. Isidori Glossae: *Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi impenso. Mercedonius qui solvit mercedem.* 7. *Medialem*] *Medidialem* coni. Goth. non improbabiliter. 8. *Mercedituus*] codd. edd. vett. Lind. *Mercedicius* vg. *Mercedivus* A. Aug. in mg. 9. *Mertat*] cf. p. 61. v. exfuti, cum annot. 10. *Melicae*] cf. p. 52. v. dacrimas, cum annot. 11. *ex Phoenice*] haec ex bono sanioris doctrinae auctore fluxisse crediderim: quoniam etiam vicinas insulas, Theram et Oliarum, Phoenicum coloniis frequentatas esse testatum habemus: de quibus rebus dixi Orchomen. p. 117. Byblium fuisse conditorem illum asserit Stephanus Byz. 12. *Melo*] cf. p. 7. v. alcedo, cum annot. Cf. de ea voce Carrio Emend. II, 14. 13. *Melia*] *Meliar* M. *Melis* Gu. vg. Lind. *Meloas* (ut est in deterioribus codd.), *vel Melias V. C. Melia*) A. Aug. in mg. Hoc assumpsi, scilicet Homericum *μελίην*, quod a poeta Romano in Latinum sermonem receptum fuisse et a grammatico male explicatum esse videtur. Non aliter sensit Scal. 14. *Meliboea purpura*] ita Lucretius de R. N. II, 499., quem expressit Virgil. Aen. V, 251. Meliboea Thessaliae, quam significat Lucretius, non insula, sed oppidum est in litore Magnesiae. 15. *Melancoryphi*] vg. *Melancoriphi* boni codd. *Μελαγκόρυφοι* Graecorum. 18. *Mendicum*] *dici putant* quod vg. additur, om. boni codd. Lind. Videtur esse Graecorum *δόλων*. 19. *Mentum*] cf. p. 91. v. miniscitur. 20. *Memoriosus*] Glossar. Labb.: *Memoriosus*, *μνήμων*, *μνημονικός*, et: *Memorosus* (non recte), *μνημονικός*. *et*] priore loco om. Gu. Lind., altero uncis includit vg. 21. *Mensa*] *Messe* et pro *mensam*] *messem* A. Aug. in mg. Sed spectant ea verba sanctum illud pietatis foedus, quod ex eiusdem mensae victusque, maxime salini, communione ex antiquorum opinione nascebatur: de quo dicta sunt Archilochi illa: *ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τρά-*

Megalesia ludos Matris Magnae appellabant.
Mesancylum teli missilis genus.
Meatus a meando dictus.
Mecastor et **mehercules** iusiurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur iuvet.
Messapia Appulia, a Messapo rege appellata. 5
Mactus magis auctus. (94)
Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in Urbe latrocinium; quo damnato censores Aemilius et Fulvius statuerunt, ut in domo eius obsonia venderentur.
Macilenti macie tenuati.
Murricidum ignavum, stultum. Plautus: "Murricide homo", ignave, iners. 10
M.* **Manlium** patriciae familiae neminem vocari licuit, post eum Manlium, qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est.
Marculus diminutivum a Marco.
Mane a diis manibus dixerunt. Nam **mana** bona dicitur, unde et **Mater Matuta** et poma **matura**.
Matronas appellabant eas fere, quibus stolas habendi ius erat. 15
Materfamiliae non ante dicebatur, quam vir eius paterfamiliae dictus esset; nec possunt hoc nomine plures in una familia praeter unam appellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec, quae sine filiis est, appellari potest.
Matula vas urinae.
Matralia Matris Matutae festa.

πεζαν, et Demosthenis illud: ποῦ δὲ ἅλες; ποῦ τράπεζαι; V. Schneidewin. Delect. poes. iamb. fr. 75. De mensarum sanctitate cf. Festus Qu. IX, 6. p. 6, 25.

1. *Megalesia*] cf. Festus Qu. XII, 31. p. 71, 19. v. Romani. 2. *Mesancylum*] corr. Scal. et Turnebus Adv. XIX, 31. *Mesancilum* boni codd. mg. A. Aug. *Mefancilum* vg. Est Graecorum μεσάγκυλον: mesanculam dicit Gellius N. A. X, 25, 2. Cf. Paulus p. 11. v. amenta, cum annot. 4. *Mecastor*] cf. p. 79. v. ita Castor. 5. *Messapia*] cf. imprimis Servius Daniel. in Virgil. Aen. VIII, 9. 6. *Mactus*] cf. Nonius p. 341, 16. v. mactare. 7. *Macellum*] eandem opinionem tangit Varro de L. L. V. §. 147. et diligentius exponit in fragm. apud Donatum in Terent. Eunuch. II, 2, 25. Schol. autem in Aristoph. Eqq. 137. non macellum dicit Athenis fuisse, ut putat Dac., a figura dictum, sed κύκλον ibi fuisse extructum ad macelli usum. *latrocinium*] codd. edd. vett. Lind. *latrocinia* vg. *Aemilius et Fulvius*] M. Aemilius Lepidus et M. Fulvius Nobilior, de quorum censura Festus dicit Qu. XIII, 22. p. 94, 2. 10. *Murricidum*] boni codd. vg. *Murcidum* mg. A. Aug., ut scribi vult Meursius Exerc. crit. P. II, II, 2. *Muricidum* unus tantum habet deterior Pauli cod. Sed in Plauti Epidic. III, 1, 16. legitur: *Vae tibi muricidae, homo.* *ignave, iners*] haec etiam apud Lind. versui Plauti adiiciuntur, quanquam Scal. iam vidit, Festi ea esse glossema. Non a muribus caedendis, sed a Graeco *ΜΩΡΑΞ*, μωρός, ductum putat voc. Doederlin. Syn. et Etym. T. VI. p. 228. 11. *M.*] e coni. addidi, in codd. et edd. vett. omissum. At v. Liv. VI, 20. et infra p. 102. v. Manliae. Vg. om. hunc priorem articulum, quod infra de eadem re rectius dici videbatur. Cf. Praef. II, 2. Caeterum Marcos Manlios in titulis extare, neque inferiorum solum temporum, observatum est. V. Winckelmann. de architect. Opp. T. I. p. 376. ed. Dresd. Sed Festus diserte non nisi de patriciis Manliis dixit. 14. *Mane*] cf. p. 91. v. Matrem Matutam. 15. *stolas habendi ius*] v. Ulpian. in Digest. XXXIV, 2, 24. Plura Goth. 16. *Materfamilias*] Verrius, si Paulo fides, non omnes uxores dixit matresfamilias, quae in manum convenissent, ut Cic. Top. 3., sive quae in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque essent, ut ait Gellius N. A. XVIII, 6, 9.: sed exclusit omnium, qui in aliena potestate essent, uxores. Quod Nonius p. 442, 9. v. matronae eam dicit matremfamilias, quae in familia mancipioque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset, mirus est error. 17. *nec vidua*] in hac re Ictorum consuetudo loquendi longe ab antiquiori discessit. *nec quae sine filiis*] etiam hanc definitionis partem Cicero et Gellius ignorant. 18. *Matula*] cf. infra v. matellio. 19. *Matralia*] cf. Varro de L. L. V. §. 106. Notantur ea MATR. a. d. III. Id. Iunias in Kal. Maff. et Venus.

Mattici cognominantur homines malarum magnarum atque oribus late patentibus.
Matrimes ac patrimes dicuntur, quibus matres et patres adhuc vivunt.
Matellio diminutivum a matula.
Magmentatum* magis augmentatum.
5 Madulsa ebrius, a Graeco μαδᾷν deductum, vel quia madidus satis a vino.
(95) Magisterare moderari. Unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt; unde et magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati; quae vox duabus significationibus notatur. Nam aut personam ipsam demonstrat, ut quum dicimus: magistratus iussit, aut honorem, ut quum dicimus: Tito magistratus datus est.
10 Maximus pontifex dicitur, quod maximus rerum, quae ad sacra et religiones pertinent, iudex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque.
Magis a Graeco μᾶλλον venit.
Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore
Magnum socerum appellat vir uxoris suae avum.
15 Magnam socrum vir uxoris suae aviam appellat.
Maximi annales appellabantur, non magnitudine, sed quod eos pontifex maximus confecisset.
Maximus curio, cuius auctoritate curiae, omnesque curiones reguntur.

---

1. *Mattici*] boni codd. *Matrici* vg. *Mattici, vel Martici* mg. A. Aug. Apposite Scal. Coniect. in Varr. de L. L. p. 80, 25. (p. 151.) contulit Hesychii glossam: *ματύαι, γνάθοι.* Etiam hoc vocabulum a Doriensibus Magnae Graeciae ad Romanos venit, uctudm a *μάσσειν*, unde *μάσταξ*, os quo cibi subiguntur. 2. *Matrimes*] de ea voc. forma dictum in annot. ad p. 69. v. flaminius camillus. 3. *Matellio*] a matula, sed alia significatione. V. Varro de L. L. V. §. 119. Aliud est matella. 4. *Magmentatum*] correxi. *Magmentum* codd. edd. vett., quod verbis explicationi adiectis non convenire apparet. Aliter, sed violentius, huic vitio Scal. mederi studuit, ita ut postea: *maius augmentum*, scriberetur. De magmento in sacrificiis sublato nihil apud Paulum: de hoc Varro de L. L. V. §. 112. Corruptissima sunt haec Placidi p. 485.: *Magmentem (Magmentum), alii pinguissimum excernere* (fort. *extorum*), *alii secunda prosecta. Cornutus quicquid mactus, id est quicquid distatur.* *augmentatum*] *augumentatum* edd. vett.: quod si codd. fide approbaretur, de augumento in re sacra (v. Varro l. l.) a Festo dictum fuisse, significaret. 5. *Madulsa*] boni codd. mg. A. Aug. Lind., ut in Plauti Pseud. V, 1, 7. legi, monuit Scal. *Madusa* vg. *satis*] boni codd. mg. A. Aug. Lind. *sit* vg. Quod *satis* addidit, inde extremam syllabam voc. madulsa ducere volebat grammaticus. 6. *Magisterare*] cf. Paulus p. 102. v. magisterare. Quod illic legitur, non hic, excerptum est ex eo Festi articulo, cuius lacera membra supersunt Qu. IX, 2. p. 2, 11., ne quis commentariis Lindemannianis inductus frustra in quaerendo laboret. Glossar. Labb.: *Magistro*, *πρυτανέω* (*πρυτανεύω*). *pagorum*] *paganorum* M. Glossar. Labb.: *Magister pagi*, *ἀμφοδάρχης*. De magistris pagorum Meurs. Exerc. crit. P. II, 1, 7. 7. *unde et magistratus*] paulo aliter Varro de L. L. V. §. 82. 8. *personam ipsam*] M. vg. *ipsam pers.* Gu. Lind. 9. *dicimus*] M. vg. *dicitur* Gu. mg. A. Aug. Lind. *Tito*] M. *Titio* Gu. vg. Lind. 9. *maximus rerum . . . iudex*] *τὴν ἁπάντων τῶν ἱερῶν ἡγεμονίαν ἔχων* dicitur a Dionysio Antt. III, 36. 10. 11. *vindexque contumaciae priv. mag.*] haec verba ab aliorum Vv. Dd. suspicionibus iure vindicat Scal. 12. *μᾶλλον*] vg. *mallon* Gu. *mallo* M. 13. *Maximam hostiam*] ita Scal. coniicit ovem eam ob caussam dictam esse, quod boves non hostiae, sed victimae appellarentur: acute et probabiliter, si hoc hostiarum et victimarum discrimen bonorum scriptorum auctoritate satis comprobaretur. *corporis*] om. Gu. Lind.: quod glossema esse videatur. Non assentior. 14. *appellat*] om. boni codd. habent deteriores, edd. vett., vg. 16. *Maximi annales*] cf. imprimis Servius Daniel. in Virgil. Aen. I, 373. *confecisset*] boni codd. Ursini liber ms. A. Aug. in mg., ex emendatione. *consecrasset* vg. 17. *Maximus curio*] cf. p. 47. v. curionia sacra.

Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen (105)
fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo; sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio, quum id genus hominum definitur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia † essent sua † cuiusque civitatis et coloniae, ut Tiburtes, Praenestini, Pisani, Urbinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucenses. 5

ANNOT. 1. *Municipium*] Miro et inexplicabili, ut videtur, casu factum est, ut Paulus, qui in reliquis excerptis Festum suum presse sequitur, in hoc de municipiis argumento bis eum desereret. Nam primum, qui in Pomponii Laeti schedis legitur locus de municipe p. 169, 27. ap. Ursinum, qui schedis in codicis pagellas dispositis incidit in Qu. VIII, 24., hunc transtulit in superiorem huius libri partem post v. Mamercus p. 96. Deinde ipse, quod nunquam alias fecit, hunc de municipio articulum, nescio unde arreptum, Festo post v. mendicum p. 105. adiecisse videtur, cuius in codice ms. eo loco, id est p. 10. apud Urs. Qu. IX, 10., eius rei nec vola nec vestigium est. Iccirco mihi licere putabam, ut hunc locum, qui singularis plane est condicionis, in hac vacua pagella ponerem. Quae Niebuhrius Hist. Rom. T. II. p. 64. ann. 109. affirmat, hanc de municipio disputationem in Festi codice scriptam fuisse in pagella, quam ignis consumpserit, et a Paulo omissam, sed postea a grammatico quodam Romano vel Ravennate, decimo undecimove saeculo, adiectam esse: hinc abesse eam a pluribus libris mstis; ubi autem inveniatur, extra ordinem positam esse; denique praestare eam ubertate et concinnitate omnibus articulis a Paulo excerptis: haec omnia, vereor, ne fragili nimis fundamento superstructa sint, ruitura cum id sublatum fuerit. Vellem, vir eximius narrasset, qui codd. msti eum locum omittant; ii certe codd., quos Lind. collatos habet, omnes quinque et edd. vett. eum constanter servant. Paulus autem quanquam pleraque in brevius contraxit, non caret tamen omnino articulis uberioribus, ut vv. mundus, minuebatur, ipsumque municeps ostendit, quod Niebuhr. l. l. errat cum dicit a Paulo omissum et a solo Pomp. Laeto servatum esse. Habetur enim apud Paulum translatum in p. 96. Non nego, huic de municipio disputationi in Festi codice commodum locum fuisse Qu. VIII, 22. vel 23., sed utrum ibi olim scriptus fuerit et a Paulo in alium translatus, an ab eodem ex alio scriptore desumptus et Festi copiis additus, quis asseverare audeat? Quod ad argumentum attinet, de quo agitur, praeter Niebuhrium nuper in eo operam collocarunt Io. Nic. Madvig de iure et condicione coloniarum P. R. in Opusculis Acadd. p. 236. (qui non recte dicit locum hunc de municipio esse in fragmentis Festi) et Zumptius in dissertatione recitata in consessu Acad. Berolin. MDCCCXXXVIII. Martio mense, de municipiis, praefecturis, coloniis, qua tractari accepi Festi articulos v. municipium et praefecturae: nam ipsam dissertationem oculis nondum usurpavi. Sed Zumptii sententiam in plerisque reddidisse videtur Weiland de bello Marsico p. 5 sqq.

3. *Fundani*, *Formiani*] his constat civitatem sine suffragio datam esse a. u. c. CCCCXV. Liv. VIII, 14., integram civitatem a. DLXV. Liv. XXXVIII, 36. *Acerrani*] *Corani* A. Aug. in mg. *Cerani* ed. vet. Acerranis civitatem sine suffragio datam, memorat Liv. VIII, 17. *Lanuvini*] contra Liv. VIII, 14. Lanuvinos et Aricinos, qui a Paulo in secundo genere municipiorum memorantur, eodem iure civitatem adeptos narrat. 5. *Cerites*] Lind. e codd. et edd. vett. *Caerites* vg. 6. *municipia essent sua cui. civ.*] *municipia essent suae cui. civ.* corr. Dac., nullo sensus emolumento. *municipes essent suae cui. civ.* recte, ut videtur, corr. Niebuhr. Madvig. 7. *Urbinates*] Gu. mg. A. Aug. Lind. *Arpinates* vg. Illud praetulerunt etiam Niebuhr. T. II. p. 68. n. 118. Madvig. p. 237. *Bononienses*] *Bobutinienses* mg. A. Aug., ut deteriores quidam lectionis fontes. *Placentini*] ed. vet. Ald. vg. om. Lind., errore typoth. Hos municipes factos esse lege Iulia, censet Savinius in dissertatione de tabula Heracl. inserta syllogae: *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss.* T. IX. fasc. III. p. 323. *Lucenses*] M. ut vg. *Lucrenses* Gu. edd. vett. Lind., quod nihil est. Lucense municipium memoratur a Cicerone ad famil. XIII, 13. — Cf. etiam Festus Qu. XII, 1. p. 41, 11. v. praefectura.

Manare dicitur, quum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit, quod ex Graeco trahitur, quia illi non satis solidum *μανόν* dicunt.

Manalem fontem dici pro eo, quod aqua ex eo semper manet.

Manalem lapidem putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur manes. Manalem vocabant lapidem etiam petram quandam, quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis, quam quum propter nimiam siccitatem in Urbem pertraherent, insequebatur pluvia statim, eumque, quod aquas manarent, **manalem lapidem** dixere.

Manias dicunt ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii **maniolas** vocant; Manias
(96) autem, quas nutrices minitentur pueris parvulis, esse larvas, id est manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt, qui Maniam larvarum matrem aviamve putant.

Manceps dictus, quod manu capiatur.

Manduci effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidolosasque ire solebat magnis malis ac late dehiscens et ingentem dentibus sonitum faciens, de qua Plautus ait: "Quid si ad ludos me pro manduco locem? Quapropter? clare crepito dentibus."

ANNOTATIO FESTI. Hinc incipiunt schedae Pomponii Laeti, quarum articulos ita disposui, ut olim in codicis Farnesiani pagellis scriptos fuisse, iis rationibus evincitur, quas in Praef. I, 2. explicavi. Interposui his articulis lemmata Pauli, ut intuentibus statim appareret, quid in hac Festi librorum parte servatum, quid deperditum esset: sed distinxi haec lemmata a schedis diverso scripturae genere. Annotationis autem ne aequalitas turbaretur, subiunxi eam partem, quae ad res explicandas pertineret, ipsius Festi lemmatibus, non Pauli excerptis.

Qu. VIII, 9, 1. *Manare*] cf. Hesych.: *Μανήσεις, τὰς λάταγας.* 5. *Manalem fontem*] hoc augurale voc. diligentius explicat Festus Qu. IX, 5. p. 5, 29. v. manalis. Cf. Qu. XII, 13. p. 53, 32. v. peremne. 10. *Manalem lapidem*] huius voc. prior significatus quanquam nullo alio teste confirmetur, ex hoc tamen ipso testimonio recte colligi videtur, mundum apud Romanos manali lapide clausum fuisse. V. Etruscar. rer. III, 4, 9. T. II. p. 97. De altero significatu v. Paulus p. 2. v. aquaelicium, Fulgentius p. 559. v. manales, Varro apud Nonium p. 547, 10. v. trulleum. 16. *Manubiae*] hic articulus legitur etiam in Ald. p. 106., unde has enotavi lectt. varr.: 16. *creduntur*] *dicuntur.* 17. *sint*] *sunt.* *placataeque*] *placidaeque.* Illud *sunt* apparet praeferendum esse. Vg. lectiones Ald. in contextu, sed *creduntur* et *placataeque* in mg. habet. De his manubiis dixi Etrusc. rer. III, 7, 2. T. II. p. 165, quibus collatis probabile fit, post 20. *deorum* excidisse vel *consentium* vel *duodecim.* 26. *Manias*] et hic art. est in Ald. p. 107. Variant haec: 26. *dicit*] *dici ait,* quod praestat. *quae*] *quaedam,* e Paulo, recte. 28. *appellent*] *appellant.* 30. *deasque*] additur *putabant,* e Paulo. 31. *qui aut*] *quosque,* et hoc e Paulo. *manant*] *emanare credebant,* item. Vg. fundamentum habet Ald.: Pauli lectiones in mg. adiectae sunt; pro altero *aut*] in contexto *ut* est. In schedis Laeti apparet versus finem quaedam excidisse, quibus inter duas opiniones de veriloquio voc. manes distinguebatur. De Mania et Maniis quae memorantur, pleraque complexus sum Etrusc. rer. III, 4, 11. T. II. p. 101. Glossae Isidori: *Maniae formidinum imagines.* In verbis Varronis Sesquiulixe apud Nonium p. 538, 14. v. strophium: *Suspendit Laribus marinas, mollis pilas, reticula, ac strophia,* Meursius Exerc. crit. P. II, I, 11. recte correxisse videtur *manias, molles pilas.* De his pilis v. Festus Qu. XII, 6. p. 46, 33.

Qu. VIII, 10, 10. *Manceps*] disertius de eo voc. Paulus p. 102. Quod Paulus mancipem ita appellatum esse dicit, quod manu capiatur, Verrius puto ita fieri dixit, si solvendo non fuerit. Tum enim in discrimen capitis veniebat, et a R. P., tanquam mancipium, vendi poterat. Quo spectat ille Iuvenalis versus, a multis male explicatus, III, 33.: *et venale caput domina praebere sub hasta.* 20. *Manduci*] cf. Paulus p. 46. v. citeria, cum annot. Placidus p. 485.: *Manducum, laneam hominis figuram ingentem, quae solet circensibus malas movere, quasi (ad) manducandum.*

ANNOTATIO PAULI. 4. *Manalem lapidem*] *Manale* corr. Scal. Sed v. annot. Festi. 5. *vocabant lapidem etiam*] Gu. Lind. *etiam lap. voc.* M. vg. 8. *dicunt*] *Aelius Stilo dici ait* Ald. vg.: ex schedis Pomponii Laeti, ut multa alia, quae non ad Paulum, sed ad Festum annotabo, si quid in Festi lectione variatur. 9. *minitentur*] Gu. Lind. *minitantur* M. vg. 11. *capiatur*] *capiat* corr. Scal.: sed v. superius annotata. 12. *Manduci*] boni codd. Ursini liber ms. Lind. *Manducus* vg. 13. *Plautus*] quod vg. additur *in Rudente,* ex ipso Plauto interpolatum est. V. Rudent. II, 6, 51. *si*] *si aliquo* vg., etiam hoc ex Plauto.

Manare . . . . . .

Manalem fontem 5

Manalem lapidem . . . . . 10 *Manceps*

. 15

||Manubiae Iovis tres creduntur esse, quarum unae sint † minimae, quae moneant placataeque sint. Alterae quae maiores sunt, ac veniant cum fragore, discutiantque aut divellant quae a Iove sint, et consilio deorum † mitti existimentur. Tertiae 20 *Manduci* his ampliores, quae cum igne veniant; et quanquam nullum sine igne fulgur sit, hae propriam differentiam habeant, quae aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quae statum mutent deorum consilio superiorum. 25 ||Manias Aelius Stilo dicit † ficta quae † ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellent. Manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse larvas, id est manes deos deasque, 30 † qui aut ab inferis ad superos manant, aut † Mania est eorum avia materna. sunt enim utriusque opinionis auctores.

EMENDATA LECTIO. Qu. VIII, 9, 17. *sint*] *sunt.* 20. *deorum*] *deorum consentium* vel *XII deorum.* 26. *dicit*] *dici ait.* *ficta, quae*] *ficta quaedam.* 31. *qui aut . . . . aut*] *dictos, aut quia . . . aut quod.* 32. *materna*] *materve* (Ald. e Paulo)

|| Mamercus praenomen Oscum est ab eo, quod hi Martem Mamertem appellant.

5 *Mamuri Veturi*

10 *Mamers*

Mancini tifata . . . . . 15 *Martialis*

20 || Mamiliorum familia progenita sit † a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreavit, quando id oppidum ipse condidisset.

25

30 *Mamilia turris*

EMEND. LECTIO. QU. VIII, 12, 20. *sit*] *fertur.*

Mancini tifata* appellabantur, quod Mancinus habuit insignem domum, quae publicata est eo interfecto.

Mamercus praenomen est Oscum ab eo, quod hi Martem Mamertem dicunt.

Municeps, qui in municipio liber natus est. Item, qui ex alio genere hominum munus functus est. Item, qui in municipio a servitute se liberavit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem, ut fuerunt Cumani, Acerrani, Atellani, qui et cives Romani erant, et in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Mamuri Veturi nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante e coelo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum; ut summum infimumque eius latius medio pateret, unaque edita vox omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci coeleste posset. Probatum opus est maxime Mamuri Veturi, qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent.

Mamers Mamertis facit, id est lingua Osca Mars Martis, unde et Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanae habitant.

Martialis campus in Coelio monte dicitur, quod in eo Equiria solebant fieri, si quando aquae Tiberis campum Martium occupassent.

(97) **Mamiliorum** familia a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat, est appellata.

Mamilia turris intra Suburae regionem a Mamilio nomen accepit.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 11, 15. *Mancini tifata*] cf. Paulus p. 38. v. Curia Tifata, cum annot.

Qu. VIII, 12, 1. *Mamercus*] pro Sabino habet voc. Plutarch. Num. 21. cf. infra v. Mamers. 5. *Mamuri Veturi*] longe aliter de eo nomine Varro de L. L. VI. §. 45. Anciliorum figura a Plutarcho Num. 13. recte ita describitur: *ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσαι καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας ἄγκυλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν.* Quocirca recte, Festus dixit, summum infimumque eius medio latius patere, non, ut Dac. putat, summum infimumque eius latus medio patere, quod nescio quid sit. 10. *Mamers*] eo nomine Martem etiam a Sabinis dictum esse, testis est Varro de L. L. V. §. 73. De Mamertinis plura Festus Qu. IX, 7. p. 7, 32. v. Mamertini. 15. *Martialis campus*] cf. Paulus p. 61. v. Equiria, cum annot. 20. *Mamiliorum familia*] hic Festi articulus etiam in Ald. et vg. extat, ubi pro *sit*] *fuit* rectius scriptum est, ut ab Urs. in mg. Magis tamen eo inclino ut putem, ea verba, quae in schedis Pomponii Laeti extant, ex longiori enunciatione, eaque obliqua oratione concepta, relicta esse. Ac scite Ed. Huschke coni. hoc *sit* natum esse ex *f't'* i. e. *fertur*. Hic mirus Goth. error notandus venit, qui *Manilio* (voluit *Mamilio*) *Telegoni filio* legendum esse pronunciat, quod Octavius Mamilius Tusculanus, Tarquinii Superbi gener et Latini nominis princeps, intelligatur. 30. *Mamilia turris*] haec iterum memoratur a Festo Qu. IX, 28. p. 28, 28. v. October equus. Utroque loco comparato intelligitur, in certamine Suburanensium et Sacraviensium de Octobris equi capite, Suburanenses studuisse ut id ad Mamiliam turrim ferrent, Sacravienses autem, ut in regiae pariete figerent. Regiam enim, constat, in Sacra via, prope Vestae aedem et fornicem Fabianum, fuisse. V. Asconius in Milon. §. 37. p. 48. Orell. Pseudo-Ascon. in Verr. act. I. §. 19. p. 133. Dio Cassius LIV, 27. Plutarch. Num. 14. et praecipue Festus Qu. XIII, 29. p. 101, 2.

ANNOT. PAULI. 1. *Mancini tifata*] coni. Scal. et approbavit Lind. *Mancinati fata* boni codd. *Mancini fana* vg. et *Tifata* in mg. 2. *ab*] Gu. Lind. om. M. vg. 3-6. *Municeps ... non capiebant*] haec a Paulo ex inferiori Festi loco, Qu. VIII, 24. p. 169, 27., huc transposita esse, primum loci illius tenor, deinde quod in hac Qu. VIII. pagella huic de municipe loco iustum spatium deest, denique literarum ordo arguit. Nam hoc unum MU est inter quinquaginta et octo MA. In Ald. et vg. etiam hic articulus e Pomponii Laeti schedis auctior est. 3. *alio*] *alieno* Lind. ex uno Gu. Sed illud in reliquos codd. temere invectum esse non potest, cum idem in schedis Pomponii reperiatur. 7. *Mamuri Veturi*] boni codd. *Mamurii Veturii* vg. Lind. Ita etiam inferius versu 11. 9. *latius*] M. ed. vet. vg. *latus* Lind. ex cett. codd., quo sensus pessumdatur. V. superius annotata. 15. *Mamilia ... filia*] *Mamilio ... filio* coni. Goth. V. annot. ad Festum. *Telegoni*] vg. *Telagoni* boni codd. 16. *Suburae*] Ursini liber ms. *Saburae* vg. et Lind. cum omnibus, ut videtur, codd. Sed Suburae nomen, de cuius origine disputat Varro de L. L. V. §. 48, nunquam Sabura pronunciatum aut scriptum est.

(98) **Mamphur** appellatur loro circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

Mansuetum ad manum venire suetum. Alii aiunt mansuetum dictum neque ex misericordia maestum, neque ex crudelitate saevum, sed modestia temperatum.

5 **Mantare** saepe manere.

Manticulari dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur. Unde poetae pro dolose quid agendo hoc verbo utuntur. Pacuvius: "Ad manticulandum astu adgreditur."

Manticularia dicuntur ea, quae frequenter in usu habentur, et quasi manu tractantur. Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum, unde haec trahitur similitudo.

10 **Mantisa** additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adicitur, sed deterius et quod sine ullo usu est. Lucilius: "Mantisa obsonia vincit."

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 13, 5. *Mamphur*] Scal. acute, ut solet, hoc lignum loro circumvolutum Graece, putat, dictum esse *μανοφόρον*, i. e. monili ornatum; id fabros Latinos ita corrupisse, ut mamphur sonaret. 10. *Mansuetum*] cum his concinunt quae Nonius habet p. 59, 23. 15. *Mantare*] cf. Nonius p. 505, 26., qui propter idem verbum alium Caecilii versum, ex Hypobolimaea rastraria, affert. Ald., quae hunc artic. p. 107. habet, in his variat: 16. *ne*] *me* (*ore* Urs. in mg.). *iam*] *nam* 17. nulla lacuna. 15. *Caecilius in Epistola*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 133. Spengel. C. Caecilii Statii fragm. p. 18. Scal. lacunam, in Ald. omissam, negligit, et vocc. inter se coniuncta et sic reficta in duos versus iambicos distribuit: — — *Iam ohe adeo; manta iam; hoc vide, Ut caecus animum adventus angit.* Bothius reponit: *Iamque adeo manta! Iam hoc vide: caecus animum adventus angit*, tanquam integrum tetram. iambicum. Spengelius, illis cautior, lacunam statuit ab Urs. non temere esse indicatam, mediamque sententiae partem intercidisse. 18. *Manticularum*] Glossar. Labb.: *Manticularius*, *κλέπτης*. *Manticulor*, *τεχνάζομαι*. *Manculor* (corrupte), *πειράζω*. Glossae Isidori: *Manticulare, fraudare vel decipere.* Placidus p. 484.: *Manticulatio fallacia vel lenotisia (lenocinium).* Ald. variat in his: 21. *attrectabant*] *attentabant* 22. *Pacuvius*] *Pacu.* 23. *promeruerit*] *promeruerint* 24. *modici*] *medici* *manticulatur*] *manticula*, lacuna, quae ab Urs. indicatur, omissa. 25. *deinde.* *Aygrediar*] *deinde aggrediar*, interpunctione meliori. 26. *mihi*] *hic mihi*, et hoc optime. *iuraiuranda*] *iureiuranda.* *frequens* . . *mantelorum*] om. Ald. ac vereor equidem, ne haec ex Paulo adiecta sint schedis. Vg. in plerisque Ald. sequitur, sed lacunas indicat ante *medici* (ubi Urs. nullam significavit) et post *manticulatur.* 22. *Pacuvius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 149. inc. 12. Quae in Pacuvianis Scal., Vossius, Bothius vel eruerunt vel luserunt, v. in Supplemento annotationum. Primum versum sanum et integrum esse puto; secundum lacunis ita truncatum, ut vix restitui possit; tertius in Ald. emendatior habetur; quarto clausula deficit. Manifestum enim videtur, post *manticula* lacuna, quam Urs. quidem et Ald. non indicant, periisse extremam partem artic. manticularum, et primam sequentis de manticularibus. Quae post eam supersunt verba, in hanc fere refinxerim sententiam: *Haec manticularia putas vilia et promiscua tactu: an sanctiora dicis iuraiuranda?* Posthaec iterum lacunam indicavi, etiam hanc in schedis neglectam; quoniam hic apparet de mantelis dictum esse; et probabiliter coniectum est, Plauti versum e Captiv. III, 3, 6. hic explicatum esse: *Nec sycophantiis nec fucis ullum mantellum obvium est.* Scal. Plautum omnino tollit, cum scribit: *Planius hoc significare videtur* (Pacuvium intelligit): — — *quibus quotidie Parvae noxae extergeantur:* sed nullam in iis invenio sententiam tragico poëta dignam.

Qu. VIII, 14, 15. *Mantisa*] Lucilii dimidius versus est apud Dousam inc. 92.

ANNOT. PAULI. 9. *mantelorum*] boni codd. Lind. *mantiliorum* vg. 10. *Tusca*] *Osca* mg. A. Aug., quod unus habet deterior codex. *adicitur*] boni codd. *adiicitur* vg. Lind. 11. *obsonia*] M., ut vg. *obsonium* Gu. Lind., quo numeri pessumdantur.

Mamphur 5

Mansuetum 10

||Mantare saepe manere. Caecilius in Epistola: "Iam ne adeo manta. iam hoc vide, caecus animum . . . . . adventus angit." ||Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poëtae pro dolose quid agendo usi sunt eo verbo. Pacuvius: "Ad manticulandum astu aggreditur scit enim quid promeruerit." "modici manticulatur, . . Ita me facti oppressi iugo." Item deinde: "Aggrediar astu regem; manticulandum est mihi." et "Machinam ordiris novam manticula" 15 *Mantisa* 20 25

"tactu, an sanctiora dicis iuraiuranda."

Plautus hoc significare videtur, quibus quotidie parvae noxae extergeantur . frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum. 30

EMEND. LECT.. 25. 26. *deinde . . . mihi*] *Deinde aggrediar astu regem: manticulandum est hic mihi.* 29. *iuraiuranda*] supplendi, quae ci sententiae deficiunt, conatum feci in ANNOT.

Malta

Malleoli . . . . . .

Mollestras . . . . . .

|| Moeson † persona comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut eius generis. dici ab inventore eius Moesone comoedo, ut ait Aristophanes Grammaticus. || Maeniana appellata sunt a Maenio censore, qui primus in Foro ultra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula. || Maior Graecia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quod multae magnaeque civitates in ea fuerunt ex Graecia profectae. || Maius mensis in compluribus civitatibus Latinis ante Urbem conditam fuisse videtur. qua ex causa † utrum a maioribus, ut Iunius a iunioribus, dictus sit; an a Maia, quod Mercurio filio eius res divinae † fiant solennes; an quod ipsi deae in multis Latinis civitatibus sacrificia fiebant . . .

EMEND. LECT. 29. *qua ex causa*] adde: *appellatus sit, ambigitur.* 31. *res divinae*] adde: *idibus.* 32. *ipsi deae*] *ipsi Bonae deae.*

Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam hi qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad similitudinem priorum dicti.

Mollestras dicebant pelles ovillas, quibus galeas extergebant.

Malta dicitur a Graecis pix cum cera mixta.

Maeson persona comica ab inventore dicta. 5

Maeniana aedificia a Maenio sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 15, 10. *Malleoli*] cf. Nonius p. 556, 11. Glossar. Labb.: *Malleolus*, *σφύρας* (*σφῦρα*), *πυρέκβολα*, *παρεμβόλιον*. 25. *Mollestras*] Turneb. Advers. III, 11.: "Sic Latini vocabulum Graecum depravarunt, et e *μηλωτὴ* *mollestram* interpolarunt." Idem XIX, 24.: "Si quid veniae viri aequi darent audaciae et temeritati, affirmarem esse legendum *melotas*, *μηλωτὰς* enim Graeci vocant ovium pelles." Illud longe credibilius. Ex literarum ordine colligi potest, non Mollestras, sed aliud huic articulo apud Verrium lemma praefixum fuisse, cuius primae literae erant Ma. Id fortasse fuit *Μαλωτή*.

Qu. VIII, 16, 5. *Malta*] Glossar. Labb.: *Malta*, *ἐλαιοκόνιον*, *κηρόπισσον*. *Maltana*, *πισσόκηρον*. Plura scriptores rerum naturalium et rusticarum. Nonius p. 37, 7. metaphoricum eiusdem voc. usum explicat. 19. *Moeson*] Ald. p. 113. nihil variat, nisi quod 21. om. *ut*: quod ab Urs. uncis inclusum est. Non dubito, quin id in schedis fuerit, sed fortasse alia quaedam verba exciderunt. *Maeson* fuisse id nomen, literarum ordine evincitur et aliorum scriptorum testimoniis. Hesychius: *Μαίσων*, *μαγειρεῖον* (rectius *μάγειρος*), *ἄλλοι βόρον ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι*. et: *Τέττιξ*, *ἔξω τοῦ συνήθους ζῴου παρὰ Ἀττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι· οἱ δὲ ἐντόπιοι Μαίσωνες*. et: *Μούσωνες* (corrupte), *οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων καὶ οὐ τεχνῖται*. Diligentissime de Maesonis nomine egerat Aristophanes Byzantius in libro *περὶ προσώπων*, quo Verrium usum esse apparet collatis iis, quae largiori manu inde apposuit Athenaeus XIV. p. 659 a. Hic Maesonem, tradit, comicum fuisse histrionem, Megaris oriundum, Maesonis personae inventorem aliarumque, ut ministri cocique (quibus ex Festo nauta addi potest); hinc Maesonica dici faceta dicteria, quae eiusmodi personis accommodata essent. Ab hoc Maesone etiam proverbiorum genus Maesonicum dictum est, quod ex Diogeniani fragmento eruit, simulque totum illum hominem facetissimum ab oblivione strenue vindicavit Schneidewin. noster in Relat. liter. Gottingens. a. MDCCCXXXVII. f. 85. p. 847 sq. 22. *Maeniana*] Ald. p. 112. habet *Moeniana* et *Moenio*. Glossar. Labb.: *Maenianum*, *ἐξώστρα*. *Menianum*, *ἐξώστης*. *Menianus*, *ἐκθέτης*. Cf. etiam: *Aggrunda* (quae grundae adiecta est), *ἐκθέτης*, *ὁ ἐξώστης*. Exostra intelligitur eo significatu quo ponitur a Cicerone de prov. cons. 6. (videlicet eodem, quo nostrum *Balcon*), qui nuper imperitissime cum scenico vocabuli usu permixtus et confusus est. De Maenianis interpretes apposuerunt Nonium p. 65, 23., Isidorum Origg. XV, 3, 11., Pseudo-Asconium in Cicer. divinat. §. 50. p. 120. ed. Orell., alios. Uberrime de eo structurae genere dixit Salmasius in Spartiani Pescenn. 12. p. 676. 22. *Maenio censore*] de hoc A. Aug.: "In aliquo libro (in Ald. scilicet, e schedis Laeti) est *a Maenio Censore*. Fuit autem C. Maenius P. F. P. N. Censor cum L. Papirio Crasso anno CDXXXV. Hic triumphavit de Antiatibus aliisque priscis Latinis; quamobrem ei columnam datam esse Plin. scribit lib. XXXIV. cap. 5. (s. 11. §. 20.)." Diversa ab hac narratione alia est, cuius testis habetur Pseudo-Asconius l. l.: *Maenius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus* (a. DLXIX.); *ut ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi unius columnae, super quam tectum proiiceret ex provolantibus tabulatis etc.* Cf. Liv. XXXIX, 44. Huius autem rei gravissimus auctor laudatur a Porphyr. in Horat. Serm. I, 3, 23. Lucilius, cuius verba ibi relata: *Maenius columnam cum peteret*, Dousa fragm. inc. 105. sic refingit: *columnam Maenius cum peteret*, vel *cum exciperet*. Quapropter aegre in eam sententiam concesserim, quam nuper Bunsenius Descr. Romae T. III, II. p. 43. de hac columna Maenia proposuit. 25. *Maior Graecia*] cf. Serv. in Virgil. Aen. I, 569. 26. *obtinuerunt*] *detinuerunt* Ald. p. 110. Hinc intelligitur, Verrium Siculos Graecam nationem habuisse. 27. *Maius*] cf. annot. ad Paulum p. 77. v. Iunius. Hunc art. lacunis esse deformatum apparet; quanquam Ald. et Urs. nullas indicant; in vg. post *res divinae* lacunae signa posita sunt. Excidisse videtur 29. post vocc. *qua ex causa — appellatus sit*, *ambigitur* — 31. post vocc. *res divinae — idibus* (v. Paulus p. 101. v. Maiis idibus) — 32. ante *deae — Bonae* — et post *fiebant — ipso mense*, quod additur etiam in Ald. p. 111. et ab Urs. in mg. Posthaec, suspicor, explicatum esse, cur Bona dea pro Maia haberetur, similiter ut a Cornelio Labeone apud Macrob. Sat. I, 12. Scal. veram lectionem hanc fuisse existimat *an a Maia, quod Mercurio filio eius res divina idibus fiat eo mense.*

ANNOT. PAULI. 1. *videlicet*] *scilicet* mg. A. Aug., ut cod. Lipsiensis. 3. *ovillas*] codd., ut videtur, omnes, et Lind. *oviles* vg. *ovillas, vel ovinas* mg. A. Aug. 5. *Maeson*] scripsi. *Meson* boni codd. vg., sed in mg. *Moeson*, e schedis Laeti.

Maesius lingua Osca mensis Maius. Osci enim a regione Campaniae, quae est Oscorum, vocati sunt.

Maiestas a magnitudine dicta.

(98) **Maior** magistratus consul dicitur.

Mas diminutive facit **masculus**.

5 **Matertera** patris et matris mihi **magna matertera** est.

Matertera matris soror, quasi mater altera.

Maior patruus avi et aviae patruus.

Maior avunculus avi et aviae avunculus.

Maior amita avi et aviae amita.

10 **Maior socer** uxoris meae proavus.

Maior socrus uxoris meae proavia.

Maeandrum genus picturae dictum est a similitudine flexus amnis, qui appellatur Maeandrus.

Maecia tribus a quodam castro sic appellatur.

ANNOT. FESTI. Miror, in hoc folio adverso, quod quaternionis VIII. col. 17. et 18. complectitur, nihil a Pomponio Laeto lectum esse, quod inde in schedas referri posset. Verumtamen, nisi ordinem, quo articuli in schedis ab Ursino in publicum editis se excipiunt, ad arbitrium meum immutare voluissem, quod mihi non licere putabam: nihil erat, quod in hac pagella collocari posset. Itaque lemmata tantum articulorum a Paulo excerptorum, quae in eo folio fuisse necesse est, ibidem disposui, annotationemque, ut supra feci, iis lemmatibus subiunxi.

Qu. VIII, 17, 1. *Maesius*] Festus Qu. VIII, 16. p. 168, 14. v. Maius. Apparet Osca et Latina mensium nomina ita inter se cognata fuisse, ut ipsas linguas et nationes. De Oscorum nominis origine quae Festus dixerat, Pauli incuria ita obscurata sunt, ut in lucem retrahi vix possint. 17. *Maior magistratus*] Plenius et rectius M. Messala in libro de auspiciis apud Gellium N. A. XIII, 15, 4. *Patriciorum auspicia in duas sunt potestates divisa: maxima sunt consulum, praetorum, censorum. . . . Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia: ideo illi minores, hi maiores magistratus appellantur.* Cf. Festus Qu. IX, 9. p. 9, 19. v. maximum praetorem.

Qu. VIII, 18, 1. *Maior patruus*] Festum credibile, de magno patruo exposuisse, antequam ad maiorem patruum accederet, ut superius de magna matertera dixerat. De ipsa re maxime Paulus Ictus in Digest. XXXVIII, 10, 10. conferendus est, qui §. 16.: *Patruus maior*, ait, *est proavi frater, patris vel matris patruus magnus.* Idem §. 15.: *Patruus magnus est frater avi*, et: *qui mihi patruus magnus est, is patri meo vel matri meae patruus est.* Itaque maior patruus etiam avi et aviae patruus est; neque ulla caussa est, cur Dac., maiorem patruum proprie avi, non aviae esse patruum, contendat, maiorem autem avunculum aviae, non avi avunculum. Cuius hominis sententiam vix refutassem, nisi largum superesse viderem, propter chartae modulum, annotandi spatium.

16. *Maior socer*] Modestinus in Digest. XXXVIII, 10, 4. §. 6.: *Socer magnus dicitur uxoris meae avus.* Socerum maiorem non peculiari definitione illustravit. 27. *Maeandrum*] fortasse Festus Virgilii versum, Aen. V, 250., explicuit, cum in eodem Meliboea purpura appellata sit, de qua supra p. 93. apud Paulum dictum est. Nonius p. 140, 2.: *Maeander est picturae genus a simili opere labyrinthorum ortum claviculis illigatum.* 33. *Maecia tribus*] addita a. u. c. CCCCXXI. Liv. VIII, 17. Quod ad Maecium castrum, Liv. VI, 2. Maecium locum non procul a Lanuvio memorat. Id enim verum loci nomen, a quo tribus appellatio ducta est. Nam anno CCCCXVIII. Lanuvinis civitas data erat; nec dubium, quin horum potissimum gratia Maecia tribus addita fuerit.

ANNOT. PAULI. 1. *Oscorum*] M., ut videtur, Lind. *Oscor* Gu. edd. vett. *Oscos* vg. A. Aug. in mg. *Oscor Oscorum*) 5. *magna matertera*] boni codd. Lind. *magna mater* vg., sed A. Aug. in mg. *matertera*) correxerat. 7. *aviae patruus*] *aviae proavus* Lind.. merum typothetae vel correctoris sphalma.

Maesius . . . . . .

Maiestas . . . . . .

Maior magistratus . . . . . .

Mas . . . . . .

Matertera . . . . . .

Maior patruus . . . . . .

Maior avunculus . . . . . .

Maior amita . . . . . .

Maior socer . . . . . .

Maior socrus . . . . . .

Macandrum . . . . . .

Maecia tribus . . . . . .

Masucium . . . . . .

Mox . . . . . .

Morbosum . . . . . .

Mortuus . . . . . .

Moracias . . . . . .

Monimentum . . . . . .

||Monstrum, ut Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut monestrum. Item Sinnius Capito, quod monstret futurum, et moneat voluntatem deorum. quod etiam prodigium, velut praedictum et quasi praedictum †, quod praedicat eadem, et portentum, quod portendat et significet. inde dici apparet id quartum, quod mihi visum est adiciendum, praesertim cum ex eadem significatione pendeat, et in promptu sit omnibus, id est ostentum: quod item ab ostendendo dictum est apud auctores:

||*Monitores* qui monent histriones in scaena sed etiam ubi adiciuntur † commentarii.

||Monile dictum est ornatus mulieris: qualem habuisse Eriphylam fabulae ferunt. ex eo etiam equis praependens a collo ornamentum monile appellant.

EMEND. LECT. Qu. VIII, 20, 22. *praedictum*] *praedicium*. *ubi adiciuntur*] *libri dicuntur*. 29. *Monitores*] adde: *appellantur non solum homines*. 30.

Masucium edacem a mandendo scilicet.

Mox paullo post.

Morbosum hominem morbo aliquo affectum.

Mortuus ab emerita vita dictus.

Moracias nuces Titinnius duras esse ait, unde fit diminutivum **moracillum**. 5

Monimentum est, quod et mortui causa aedificatum est et quicquid ob memoriam alicuius factum est, ut fana, porticus, scripta et carmina. Sed monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum.

Monitores dicuntur, et qui in scena monent histriones, et libri commentarii.

Monile et mulierum ornatus dicitur et equorum propendens a collo.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 19, 1. *Masucium*] voc. linguae rusticae, ut opinor. 29. *Moracias nuces*] has a mora dictas esse, fingit Dac., unde qua lege illud vocabulum fingi potuerit, non satis intelligo. *Moraculas* coni. Bothius P. Sc. L. V, II. p. 73. Titinnii fragm. inc. 6., adiectivum existimans licentia ridicula fictum, ut bibaculus, quia durae nuces moram afferant dentibus. Placidus p. 485.: *Moragis, nucibus longis.*

Qu. VIII, 20, 1. *Monimentum*] Varro de L. L. VI. §. 45.: *Sic monimenta quae in sepulcris; et ideo secundum viam, quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis. Ab eo cetera quae scripta et facta memoriae causa, monimenta dicta.* Cf. Cicero epist. II. ad Caesarem apud Nonium p. 32, 16. Non significabant ibi sepultum, quod cenotaphia erant multa monumenta. 18. *Monstrum*] huius articuli excerptum Paulus paulo inferius, ut interdum facit, post v. modo posuit. Ita certe probabilius statui videbatur, quam, quod primum in mentem venerat, vv. monitores et monile a Paulo loco suo mota et hic iam esse occupata, cum post v. monstrum et ante v. molucrum ponenda fuissent. Ita si statuebam, totum folium, quod Qu. VIII, 17. 18. 19. 20. continebat, vacuum relinquebatur, ut si iam ante Pomponium Laetum e libro msto plane sublatum fuisset. Sed quod dixi, Paulus facilius poterat v. monstrum excerptis suis paulo inferius addere, quam monitores et monile in superiorem locum evehere. Accedit, quod ita vocabula origine inter se coniuncta, monimentum, monstrum, monitores, continuo tenore exponuntur, ut mos est Festi, et congruens quaedam harum pagellarum, quae gravissimam ex omnibus cladem passae sunt, forma efficitur. Apud Aldum hic art. est p. 108.; hinc partim in vg. Variant haec: 19. *Sinnius*] *Asinius* Ald. 20. *moneat*] *monet* Ald. 22. *praedictum*] A. Aug. in mg.: *prodictum vel praedicium*). Sed melius corrigitur alterum *praedictum*. Dac. tentat: *velut prodicium et quasi praedicium.* *quasi praedictum*] *quasi praedictium* Ald. Hic *praedicium* aptius erit. 23. *eadem*] i. e. futura, quae monstrum monstrat. Non displicet tamen, quod vir doctissimus Ed. Huschke mecum communicavit a se inventum: *cladem.* Sed loci totius ratio ea est, ut hic significatio eius rei, quae praedicatur, non requiratur. 28. *apud auctores*] om. Ald. vg. Ac possunt haec verba etiam sequenti articulo de monitoribus attribui. Apparet, Festum, quae de ostento dicuntur, ex proprio penu Verrii expositioni adiecisse. Sed etiam Verrius id voc. non omisit, ut intelligitur ipso Festo collato Qu. X, 17. p. 180, 17. v. ostentum. Cf. Qu. XI, 29. p. 37, 14. v. prodigia, Qu. XII, 13. p. 53, 14. v. portenta, Nonius p. 429, 31. et 435, 31. v. monstra. 29. *qui monent*] haec in Pomponii Laeti schedis, nulla lacuna indicata, continuantur verbis *apud auctores*: sed intercidisse lemma *monitores*, Paulo collato iam intellectum est a Dac. Hic verba, quae exciderint, ita supplet: *Monitores dicti sunt qui monent, ut apud auctores, qui monent histr.* etc. Rectius scripsisset: *Monitores appellantur non solum homines, qui monent histr.* Similiter Lind., qui etiam inferiorem versum ita emendat: *libri dicuntur commentarii.* Glossar. Labb.: *Monitor, ὑποβολεύς.* Etiam in titulo, quem Forcellinus indicat, *Secundus monitor* Genium collegii scaenicorum veneratur. Commentarios sive *ὑπομνήματα* monitores dictos esse apparet, quod vice monitorum fungebantur. 31. *Monile*] Verrius fortasse spectabat Ennii Alcmaeonem, vel Accii Alcmaeonem aut Eriphylam. *Eriphylam*] *Eriphylem* vg., male. *praependens*] *perpendens* Ald. p. 113.

ANNOT. PAULI. 1. *Masucium*] boni codd. *Mansucium* vg. Lind. Sed N litera a librariis propter etymon videtur interpolata esse. *Mansucum*, quod A. Aug. in mg. posuit, in nullo cod. est. 8. *et qui*] M. vg. *qui et* Gu. Lind. Hic certe a Gu. codice vocabulis transpositis sensui damnum factum esse manifestum est.

Momar Siculi stultum appellant.

Momine* momento. Lucretius: "Momine si parvo possint impulsa moveri."

Modo quum per correptum O dicitur, significat et tempus, ut modo venit, et ponitur pro tantum, ut tace modo. Quodsi producta posteriore syllaba enuncietur, dativus vel ablativus est casus ab eo, quod est modus.

5 Monstrum dictum velut monestrum, quod moneat, aliquid futurum; prodigium velut praedicium, quod praedicat; portentum, quod portendat; ostentum, quod ostendat.

(99) Molucrum et quo molae verruntur, quod Graeci μυλήκορον dicunt, et tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet. Afranius: "Virgini", inquit, "tam crescit uterus, quam gravidae mulieri. Molucrum vocatur, transit sine doloribus." Molucrum dicitur etiam lignum quoddam quadratum, ubi immolatur.

10 Mola vocatur etiam far tostum et sale sparsum, quod eo molito hostiae asperguntur.

Moles pro magnitudine fere poni solet. Sed moliri et molitiones a movendo certum est dici.

Munus significat officium*, quum dicitur quis munere fungi. Item donum, quod officii causa datur.

Mummiana aedificia a Mummio dicta.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 21, 1. *Momar*] Glossae Isidori: *Momar Siculus, stultus, qui cito movetur ad iram. Plautus: Quid tu, o Momar Sicule homo, praesumis?* (quod Plauti fragmentum non reperio apud Bothium). Eadem in iisdem glossis iterum, sed corrupta leguntur: *Marsiculc* pro *Momar Sicule.* Non puto, etiam *Siculum* dici pro stulto, ut Scal.: sed *Siculum hominem* dici Momarem, quod ea persona in Siculorum comoedia spectabatur. Cf. Paulus p. 36 v. carinantes, cum annot. et Hesychius: *Μῶμαρ, μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος*, cum Interpp. 7. *Momine*] v. Lucret. III, 189. 13. *Modo*] cf. Paulus p. 62. v. ergo. 20. *molae teruntur*] *rotae vertuntur* Ald. p. 113. *al. verruntur al. vertuntur* Urs. in mg. *verruntur*, quod Paulus habet, haud dubie verum est. 21. *μύλικρον*] *μυληκόρον* recte proponitur a Salmasio Exerc. Plin. p. 19. col. 1. f., quem Dac. presse sequitur; *μύλακρον*, quod Scal. commendavit, alienum ab hac re est. Placidus p. 485.: *Molocrum, quem Graeci μύλικρον dicunt.* 22. *incidere solet*] *solet evenire* Ald. 23. *Afranius in Virgine*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 192. fr. 3. *virgini*] *viginti* Ald. 24. *uterus*] *crescit uterus* Ald., quod vereor ne ex Paulo assumptum sit. Omnino schedarum Laeti minor fides quam Pauli: quocirca Pauli lectioni potissimum insistendum, et verba Afranii sic fere in senarios arbitror digerendos: "*Ferme virgini Tam crescit uterus, quam gravidulae mulieri, Molucrum vocatur* etc." Scal. tentabat: *ferme virgini Excrescit uterus, tanquam gravidae mulieri.* Hanc versus formam amplectitur Neukirch. de fabula togata p. 261. Bothius: *ferme virgini Tanquam gravidatae mulieri crescit uterus*, qui numeri non placent. De eadem re Hesychius: *Μύλα* (rectius *Μύλη*), *σάρξ τις ἐπαίρουσα τὴν γαστέρα.* 25. 26. *Cloatius etiam*] post haec verba *et Aelius* excidisse, coni. Urs. in mg. (non *A. et Aelius*, ut Lind. indicat, nam *A* signum supplementi est). Optime, sic enim, cur Aelius paulo inferius *idem Aelius* dicatur, intelligitur, et plurale *aiunt* habent, unde pendeat. Caeterum interpunctione schedarum paululum immutata etiam *in libris sacrorum* coniunxi cum vocc. *molucrum esse.* Sacrorum enim libros indices continuisse utensilium et donorum in templis collocatorum, ostendit Servius in Virg. Aen. III, 287. IX, 408. Ecl. VII, 31. 26. *esse aiunt*] *aiunt esse* Ald. 27. *ligneum*] *lignum* Ald. vg.: recte. *ubi immolatur*] i. e. quod mola salsa conspergitur. *molatur* corr. Scal., contra fidem schedarum et Pauli. 31. *Mola*] cf. Paulus p. 3. v. ador, et p. 81. v. immolare, Festus Qu. IX, 8. p. 8, 28. v. muries, et Varro de L. L. V. §. 104. Glossar. Labb.: *Molae salsae, κριθαὶ πεφρυγμέναι.* 32. *molas avias*] quis dixerit et quo sensu, ex his schedis, e lacero folio negligenter exscriptis, vix quisquam divinabit.

Qu. VIII, 22, 10. *Moles*] a movendo rectissime ducitur. V ante liquidam elisum est, ut in momentum, fomes a fovendo, uligo ab uvore. 20. *Munus*] cf. Festus Qu. IX, 6. p. 6, 4. v. munus, et Varro de L. L. V. §. 179.

ANNOT. PAULI. 2. *Momine momento*] scripsi. *Momen momento* boni codd. *Momen momentum* vg. Lind. Ex lectione codd. illud facilius est refingere, quam hoc. *Lucretius*] ed. vet. vg. *Lucilius* Lind., nescio unde, vitio aperto. *si*] *se* Lind., puto typothetae errore, nam *si* est in ed. vet. et vg. *uti* Lucret. *parvo*] *a parvo* quod A. Aug. in mg. adscripsit, non est nisi in deterioribus codd. et edd. vett. *possint*] boni codd. *possent* vg. *possunt* mg. A. Aug. et Lind. e deterioribus codd. 3. *correptum*] M., ut vg. *correptam* Gu. Lind. Utrumque a Festo, ut apud alios ponitur. V. Qu. XII, 1. p. 41, 27. *gemino r.* Qu. XI, 29. p. 37, 15. *quae nunc o appellatur.* *et tempus*] boni codd. Lind. *et* om. vg. *venit* boni codd. vg. *veni* vg. 5. *Monstrum*] apud Festum Qu. VIII, 20. p. 168, 20. 7. *μιλίκορον*] Lind. *mylikoron* boni codd. 7. 8. *incidere solet*] *solet incidere* M. 9. *dicitur etiam*] M. *etiam dicitur* Gu. Lind. 12. *officium*] recte suppletum est in Ald. vg., sed deest in omnibus codd. et edd. vett.

Momar . . . . . .

Momine . . . . . .

Modo . . . . . .

||Molucrum non solum quo molae teruntur † dicitur, id quod Graeci μύλικρον † appellant, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet: cuius meminit Afranius in Virgine: "Ferme virgini, tanquam † gravidae mulieri uterus, molucrum vocatur, transit sine doloribus." Cloatius, † etiam in libris sacrorum molucrum esse, aiunt, ligneum † quoddam quadratum, ubi immolatur." Idem Aelius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat ubi molatur. ||Mola etiam vocatur far tostum, et sale sparsum: quod eo molito, hostiae aspergantur. molas avias inepte quidam dictas putant. . . . .

Moles . . . . . .

Munus . . . . . .

Mummiana . . . . . .

EMEND. LECTIO. 20. *teruntur*] *vertuntur*. 21. *μύλικρον*] *μυληκόρον*. 24. *tanquam . . . . uterus*] *Tam crescit uterus, quam gravidulae mulieri*. 25. 26. *Cloatius etiam*] interpone: *et Aelius*. 27. *ligneum*] *lignum*.

Mundus . . . . . .

Mundus etiam mulieris . . . . . potest. Accius: "Cum virginali mundo clam patre."

Ennius: "Idem loco navibus celsis munda facie atque etiam aere †.

Cereris qui mundus appellatur qui ter in anno solet patere. III † Kal. Sept. et III Non. Octobr. et III † Id. Novemb. Qui vel omni dictus est quod terra movetur.

Munilio . . . . . .

Muneralis . . . . . .

Munem . . . . . .

||Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones cineremque, cuius meminit Lucilius: "Pistricem valida †, si nummi suppeditabunt, addas empleuron, mamphulas quae sciat omnis." ||Municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio ex servitute se liberavit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. At Servilius † aiebat initio fuisse, qui ea conditione cives Ro. fuissent, ut semper remp. separatim a populo Ro. haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos, qui aeque cives Ro. erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant. ||Mutas quasi † e litteris appellatas quidam putant, quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem. quidam quod parvae, exiguaeque sint vocis, ut quando mutum oratorem, aut tragoedum dicimus. ||Multam Osce dici putant poenam quidam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in l. I. quaestionum Epist. refert. ||Mulleos genus calceorum aiunt esse; quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi. M. Cato originum li. VII.: "Qui magistratum Curulem cepisset, calceos mulleos allutaciniatos †, ceteri perones." Item Titinius in Seriana †: "Iam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatis in calceos †." quos putant a mullando dictos .i. suendo. ||Multifariam dixerunt antiqui, videlicet, quod in multis locis fari poterat.

EMEND. LECTIO. Qu. VIII, 23, 16. supple: *Mundus etiam mulieris ornatus dicitur, quod et hic moveri potest.* 20. 21. *Idem loca navibus pulchris munda facit nautisque mari quaescentibus vitam.* 24. IX. 25. *VI.* Qu. VIII, 24, 4. *validam.* 12. *Servius filius.* 17. *quasdam.* 28. *aluta laciniatos* 29. *Setina.* 30. 31. *tibiatim calceas.*

Mundus appellatur caelum, terra, mare et aer. **Mundus** etiam dicitur ornatus muliebris; quia non alius est quam quod moveri potest. **Mundus** quoque appellatur lautus et purus.

Munitio morsicatio ciborum.

Muneralis lex vocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: "Neque muneralem legem neque lenoniam, rogata fuerit, nec ne, flocci aestimo." 5

Munem significare certum est officiosum, unde e contrario **immunis** dicitur qui nullo fungitur officio.

Mutae dicuntur literae, quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentes, vel quod parvae exiguaeque sint vocis, ut quum mutum oratorem aut tragoedum dicimus.

Multam Osce dici putant poenam.

Mullei calcei regum Albanorum et post patriciorum a mullando, id est suendo, dicti. 10

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 23, 13. *Mundus*] Quae de hoc e schedis prolata sunt, adscripsi, ut leguntur, sed ea e laceris fragmentis male esse consarcinata, manifestum est, primum quod in eam incidunt pagellam, quae igne maximam partem erat absumpta, deinde quod sententiae defectus et Paulus comparatus plures inesse lacunas ostendunt. Has, licet obliteratas in schedis, significavi vacuis spatiis. Praemissa erat ea mundi definitio, quae a Paulo v. 1. servata est, additumque statim, ut puto, veriloquium: *quia haec omnia moventur.* Ita etiam Varro de L. L. VI. §. 3. Isidor. Orr. XIII, 1, 1. Sequitur Accius (ita schedae et Ald., *Ateius* vg. male), qui fortasse de Medea dixerat (Bothe P. Sc. L. V, I. p. 249. inc. 5.). 18. *patre*] scheda *pater* Ald. vg. Postea exciderunt quae apud Paulum v. 2. sunt: *Mundus . . . lautus et purus.* Hunc enim voc. significatum spectat Ennii versus, quem Dac. vidit eundem esse, qui a Festo Qu. XII. p. 68, 13. sic laudatur: *idem loca navibus pulchris munda facit, nautisque mari quaesentibus vitam.* Voc. autem *Cereris* iungendum est cum iis quae secuntur: nam mundum, qui sub terra erat, *Cereris* dictum esse, Romanorum religionibus introspectis valde probabile fit. 22. *Cereris qui m.*] *Cereris. Qui m.* Urs. *Cererisque mundus etiam* Ald. *Quin* coni. Urs. in mg. Post voc. *appellatur* lacunam significavi. 24. *patere*] *videlicet* addit Ald. 25. *III . . . Novembris*] cf. Festus Qu. IX. p. 4, 32. Paulus p. 103.: quibus inter se collatis efficitur veros dies fuisse a. d. IX Kal. Sept., a. d. III Non. Oct., a. d. VI. Id. Nov. Huic enim loco exigua fides. Ceterum cf. Etrusc. rer. III, 4, 9. *vel omni*] Urs. *vel etiam* Ald. *id omne* coni. Urs. in mg. Fuisse puto *vel omnino* post lacunam. 27. *Munitio*] voc. hoc sensu incognitum: nam nihil agit Meursius Exerc. crit. P. I. in Curcul. 1. 29. *Muneralis lex*] de hac notae sunt Savinii, Rudorffii, Franckii disputationes. Klenzius de iure cogn. et affin. p. 55. Verrium distinctius scripsisse opinatur: *ne cui liceret ob causam orandam donum munusve accipere.* *Plautus*] fragm. inc. 19. p. 445. Bothe. 32. *Munem*] cf. Nonius p. 23. v. munes, et Paulus p. 81. v. immunis.

Qu. VIII, 24, 4. *Lucilius*] ap. Dousam p. 5. inc. 13. *Pistricem*] cf. Varro de L. L. V. §. 138. *valida*] *validam* corr. Scal. Urs. in mg. 5. *empleuron*] ἔμπλευρον, bonis lateribus, intelligit Scal. 6. *Municeps*] cf. Paulus p. 105. (supra p. 127.) v. municipium, et quae ibi annotavimus. In hoc art. apparet, duo disputationis Verrianae capita confusa esse, eo quod *item* ante *municipes* male inculcatum est. Nam prior pars condicionem singuli municipis, altera municipiorum statum in universum spectat. *in*] om. Ald. p. 107. 8 9. *qui in municipio . . se liberavit*] *quem municipium . . liberavit* coni. Scal.: sed libertini a municipio manumissi, de quibus Varro de L. L. VIII. §. 83., hic non significantur. 12. *Servilius*] *Ser. filius* Ald. vg. Urs. in mg.: unde *Servilius* factum esse videtur. Servium Sulpicium Rufum, Sulpicii Icti filium, intelligit Niebuhr. H. R. II. p. 66. n. 112. 14. *Cumanos*] *videlicet* addit Ald. 15. *aeque*] *et* additur in mg. A. Aug., quo non opus est. Cf. Varro de L. L. V. §. 179.: *Municipes, qui una munus fungi debent.* 17. *Mutas*] cf. Festus Qu. IX, 2. p. 2, 14. *quasi*] *quoque* Ald. p. 108. *quasdam* corr. Urs. in mg., recte. 18. 19. *obm. cog. loquentem*] *loq. obm. cog.* Ald. 20. *quando*] *cum* Ald. 21. *Multam*] de eo voc. Osco disputavi Etrusc. rer. Intr. I, 11. 22. *quidam*] *quandam* Ald. *M. Varro*] cf. de L. L. V. §. 177. 24. 25. *Mulleos*] etiam de his dictum Etrusc. rer. I, 3, 11. Placidus p. 485.: *Mulleo, calciamenti genus, a colore albo.* 27. *M. Cato*] Origg. VII. p. 28. Lion. 28. *calceos*] Urs. uncis inclusit. 28. 29. *allutaciniatos*] *allucinatos* Ald. *alutacinatos vel lunatos* A. Aug. Urs. in mg.: sed *alutatos* voluit A. Aug. in annot. *alutacinatos* Turneb. Adv. XIX, 24. (ab alutacio). *alii uncinatos* coni. Scal. *aluminatos* Ruben. de re vest. II, 1. Praetulerim: *aluta laciniatos.* *Scriana*] *Setina* Ald. vg. recte. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 68. n. 8. 30. 31. *tibiatis in calceos*] *tibiatim calceas* em. Scal., idque docte commendat. 31. 32. *dictos .i. suendo*] *i. e. suendo dictos* Ald. 33. *videlicet, quod*] *quod videl.* Ald. *fari*] passive, ut alibi. V. Paul. p. prox.

ANNOT. PAULI. 3. *morsicatio*] *morsitatio* M. *mortificatio V. C. mollificatio*) mg. A. Aug. Illud frustra defendunt Meursius, Dac. *morsificatio* coni. Scal. 5. *rogata fuerit . . aestimo*] *roga nec fuerit . . existumo* coni. Scal. *rogato:*) mg. A. Aug. Bonorum codd. lectio sanissima est. 10. *mullando*] M., ut Festus. *millando* Lind. cum Gu.

Multifariam dixerunt antiqui, quod in multis locis fari poterat, id est dici.

Mulciber Vulcanus a molliendo scilicet ferro dictus. Mulcere enim mollire sive lenire est. Pacuvius: "Quid me obtutu terres, mulces laudibus."

(100) **Maximam multam** dixerunt trium millium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus et duabus ovibus quemquam multari, aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.

Maniae turpes deformesque personae.

Mutire loqui. Ennius: "Palam mutire plebeio piaculum est."

Moenia et muri et officia. Plautus: "Prohibentque moenia alia, unde ego fungar mea."

Murrina genus potionis, quae Graece dicitur νέκταρ. Hanc mulieres vocabant **murriolam**; quidam **murratum vinum**; quidam id dici putant ex uvae genere murrinae nomine.

Murgisonem dixerunt a mora et decisione.

Myrmillonica scuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant. Erant siquidem ad hoc ipsum apta.

Myrtea corona Papirius usus est, quod Sardos in campis Myrteis superasset.

Mussare murmurare. Ennius: "In occulto mussabant." Vulgo vero pro tacere dicitur, ut idem Ennius: "Non decet mussare bonos."

Mucia prata trans Tiberim, dicta a Mucio, cui a populo data fuerant pro eo, quod Porsenam, Etruscorum regem, sua constantia ab Urbe dimovit.

Mugionia porta Romae dicta est a Mugio quodam, qui eidem tuendae praefuit.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 25, 1. *Mulciber*] Glossar. Labb.: *Mulciber*, Ἥφαιστος, Ἀμφιγυήεις, Κυλλοποδίων — scilicet ut epitheton epitheto reddatur. Titulus ap. Donat. I, 33, 2. (Orell. 1382.): VOLK. MITI SIVE MULCIBERO, ἐτυμολογικῶς. Pacuvii versus est ap. Both. P. Sc. L. V, I. p. 150. inc. 16. Est senarius, nam *me* non coalescit, ut saepe. 10. *Multam maximam*] ita in Festo fuisse persuasum habeo, ut literae MU continuarentur. Cf. Paulus p. 21. aestimata, cum annotat. 17. *Manius*] Verrius haec sub lemmate: *Multi Mani Ariciae*, posuit: quod vix quisquam divinaret, si Pauli tantum excerpta servata essent. De Maniis Aricinis Persius VI, 55. cum Schol. *Manius Egeri . . .*] schedae ap. Urs. *Manius agrum*, nulla lacuna indicata, Ald. Suppleo: *Manius Egerius lucum Nemorensem Dianae*, ut opus non sit, cum Scal. *Dianae* in *Dianam* mutare. Cf. Praef. I, 1. 20. *Sinnius*] *Asinius* Ald. 21. *enim*] om. Ald. 22. *Maniae*] cf. Qu. VIII, 9. p. 167, 10. 23. *panni*] *pani* Ald., vetustiori scribendi more. *panis* coni. Urs. in mg. et Dac., qui ad voc. *manici* addit *panes*. Mihi probabilius visum, voc. *manici* non esse integrum. *Manii* Urs. in mg. 23. 24. *appelletur*] *appellantur* Ald. *Moene*] singularis numeri unus Festus testis est. *Ennius*] De hoc versu v. Suppl. Ann. 25. *pro*] *per* vg. 26. *Mutire*] cf. Paulus p. 6. v. amussim, et infra v. mussare. Glossar. Labb.: *Mutio* (et *Muttio*), γρύζω. *Muttum*, γρύ. *Ennius in Telepho*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 64. fr. 4., qui *plebeio est piaculum* scribendum putat. 27. *Moenia*] cf. Paulus p. 99. v. munus, Varro de L. L. V. §. 141. Apud Verrium, non dubito, lemma *munia* praefixum fuisse. 28. *cetera*] *alia* Ald. 29. *Hellenibus*] *helenibus* Ald. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 210. fr. 2. Est tetrameter trochaicus. 30. *ob moenia*] cf. Festus Qu. X, 17. p. 180, 11. v. ob. 31. *Plautus in Nervolaria*] Bothe P. Sc. L. II. p. 439. fr. 2. 32. *Prohibentque*] *Pr. quod* Ald. *Pr. quin* coni. Dac. *alia, unde*] *aliunde* coni. Dac. *alicunde* Bothius. Mihi versus sanus esse videtur, nisi quod *fungar* ex Paulo adsciscendum est. 33. *mea*] *in ea* Ald., ubi additur: *quasi munia*, *i. e. officia*. *Murrinam*] cf. Festus Qu. IX. p. 8, 22. v. murrata, et Nonius p. 551, 7. v. murrhina. Placidus p. 485.: *Murrinum, vinum murra conditum*. Inquirit in eam rem Brodaeus Miscell. IV, 20. Quod Graece νέκταρ dicitur, intellige illud nectar, quod ex vino et melle herbisque conficiebatur. V. Athen. II. p. 38. f.

Qu. VIII, 26, 1. *Murgisonem*] Isidori Glossae: *Murgiso*, *callidus*, *murmurator* (*morator* corr. Dac., ad Pauli exemplum). Placidus p. 484. *Murgissor* (corrupte), *irrisor*, *lusor*. Hesych.: Μύρκος, ὁ καθόλου μὴ δυνάμενος λαλεῖν· Συρακούσιοι· ἐνεός, ἄφωνος. 5. *Myrmillonica scuta*] sculptis pictisve monumentis satis cognita. 10. *Myrtea*] cf. Paulus p. 114. v. ovalis. 20. *Mussare*] cf. Varro de L. L. VII. §. 101. Nonius p. 427, 14. *Ennius*] Ann. VI, 1. et X, 29. ap. Merulam. V. Suppl. Ann. 25. *Mucia prata*] cf. Liv. II, 13. 30. *Mugionia*] aliter de eadem porta, quae Mucionis ibi appellatur, Varro de L. L. V. §. 164.

ANN. PAULI. 4. *bobus*] M. vg. *bubus* Gu. Lind. 9. νέκταρ] vg. *nectar* boni codd. 18. *Mugionia*] *Mucionis* cod. Lips.: nimirum ex Varrone.

Mulciber . . . . . .

Multam maximam . . . . . .

||Manius Egeri . . . Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt, et per multos annos fuerunt. unde et proverbium: "Multi Mani Ariciae." Sinnius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia Maniae dicuntur deformes personae. et Ariciae genus panni fieri; quod manici † appelletur. ||Moene singulariter dixit Ennius †: "Apud emporium in campo hostium pro moene." ||Mutire loqui. Ennius in Telepho: "Palam mutire plebeio piaculum est." ||Moenia, muri; et cetera muniendae urbis gratia facta: ut Accius in Hellenibus: "Signa ex templo canere, ac tela ob moenia offerre imperat." Significat etiam officia. Plautus in Nervolaria: "Prohibentque moenia alia, unde ego fungor mea." ||Murrinam genus

Murgisonem . . . . . .

5 *Myrmillonica scuta* . . . . . .

10 *Myrtea corona* . . . . . .

15

20 *Mussare* . . . . . .

25 *Mucia prata* . . . . . .

30 *Mugionia porta* . . . . . .

EMEND. LECTIO. 17. *Manius Egeri . . . .*] supple: *Manius Egerius lucum.* 23. *manici*] corrupte. 24. *Ennius*] *Naevius.* 32. 33. *fungor*] *fungar.*

Muginari . . . . . 5 *Magnum annum* . . . . . .

Mustricula . . . . . 10 *Medius fidius* . . . . . .

Myoparo . . . . . 15 *Mortem obisse* . . . . . .

Minucia porta . . . . . 20 ||Manuos in carminibus saecularibus† Aelius Stilo† significare ait bonos: et† Inferi di Manes pro boni dicuntur† a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut immanes quoque pro valde . . . . . dicuntur. ||Muscerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum. ||Mapalia casae Poenicae appellantur: in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus obici id vocabulum. Cato Originum libro quarto: "Mapalia vocantur ubi habitant: ea quasi cohortes rotundae sunt." ||Metalli† dicuntur in lege militari quasi mercenarii. Accius Annali. XXVII: "Calones famulique metallique† caculaeque." a quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat ductum. Quod est

Martias calendas 25

Mavortem 30

EMEND. LECTIO. 20. *saecularibus*] *saliaribus*. *Aelius Stilo*] adde: *et Aurelius*. 21. *ait*] *aiunt*. *et*] *unde*. 22. *dicuntur*] *dicantur*. 24. *dicuntur*] *non bonis dicuntur*. 30. *Metalli*] *Metelli*. 32. *metallique*] *metellique*.

Muginari est nugari et quasi tarde conari.

Mustricula est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur. Afranius: "Mustriculam in dentes impingam tibi."

Myoparo genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. Nam et **myon** et **paron** per se sunt.

Minucia porta appellata est eo, quod proxima esset sacello Minutii.

Martias calendas matronae celebrabant, quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta erat. 5

Mavortem poetae dicunt Martem.

Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant. (101)

Medius fidius compositum videtur et significare Iovis filius, id est Hercules, quod Iovem Graece *Δία* et nos Iovem, ac fidium pro filio, quod saepe antea pro L litera D utebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per divi fidem; quidam per diurni temporis, id est diei, fidem. 10

Mortem obisse dicimus ea consuetudine, qua dixerunt antiqui **ob Romam legiones ductas**, et **ob Troiam duxit exercitum** pro ad, similiterque **vadimonium obisse**, id est ad vadimonium isse, et **obviam** ad viam.

Manues Aurelius significare ait bonos. Unde **dii manes** pro bonis dicuntur a suppliciter eos venerantibus, propter metum mortis, ut **immanes** quoque pro valde non bonis dicuntur.

Muscerdas prima syllaba producta stercus murium appellant. 15

Mapalia casae Poenicae appellantur, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solute viventibus obici. Sunt enim mapalia quasi cohortes rotundae.

Metalli† dicuntur in re militari quasi mercenarii. Accius in Annalibus: "Calones famulique metallique† caculaeque"; a quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putatur ductum.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 27, 5. *Muginari*] Glossae Isidori: *Muginatur, causatur.* Glossar. Labb.: *Muginor, γογγύζω.* Nonius p. 139, 5.: *Muginari, murmurare.* 10. *Mustricola*] Glossae Isid.: *Mustricula, machina ad stringendos mures.* Afranii versum posuit Bothe P. Sc. L. V, II. p. 197. inc. 3. 15. *Myoparo*] plura Nonius p. 534, 14. Cf. Paulus p. 121. v. parones. 20. *Minucia*] v. Paulus p. 91. v. Minutia. Supra t scriptum, ubi hic c, quam discrepantiam consulto non sustuli. 25. *Martias calendas*] v. Meursius Exerc. crit. in Plauti Mil. 3. Intpp. in Horat. C. III, 7, 1. et Digest. XXIV, 1, 31, 8. (quem locum contulit Goth.) Verrius in Kal. Praenest. ad eundem diem: *feriae Marti, Iunoni Lucinae Exquiliis, quod eo die aedis ei[us coli coep]ta est per matronas, quam voverat Albinus.*

Qu. VIII, 28, 5. *Magnum annum*] cf. praecipue Cicero de N. D. II, 20. Censorin. de die nat. 18, 11. 10. *Medius fidius*] Verrius sequitur Aelii sententiam, v. Varro de L. L. V. §. 66. cf. Paulus p. 56. v. dium. De d litera pro l posita cf. p. 52. v. dacrimas cum annot. 15. *Mortem obisse*] cf. Paulus p. 22. v. abisse, et Festus Qu. IX, 27. p. 27, 19. v. ob. 20. *Manuos*] *Manues* Paulus, cui maiorem fidem deberi arbitror. Alias *manum* dicitur bonum, v. Paulus p. 91. v. matrem, p. 94. v. mane, et p. 104. v. manare. *saecularibus*] *saliaribus* Ald. p. 106. quod sive e schedis fluxit, sive coniectura invectum est, scriptum est a Festo. *Aelius Stilo*] Saliaria carmina explanavit, ut Festus ipse testatur. V. Qu. VIII, 21. p. 169, 10. v. molucrum, et Qu. X, 28. p. 185, 3. v. pescia. Nec tamen Aurelium Opilium a Paulo temere invectum esse, credibile: Aelii et Aurelii sententiae saepius de iisdem rebus referuntur, modo inter se diversae, modo congruentes. V. Paulus p. 51. v. dalivum, Festus Qu. IX, 21. p. 21, 21. v. nusciosum, Qu. XIV, 22. p. 126, 22. v. sanctum. 22. *dicuntur*] *dicantur* Ald. Hinc Festum scripsisse puto: *unde dicantur.* De manibus eadem fere Paulus p. 91. v. matrem, p. 94. v. mane: diversa Festus Qu. VIII, 14. p. 167, 14. v. manias, Qu. IX, 5. p. 5, 32. v. manes. 24. *dicuntur*] *non bonis dic.* suppl. Ald. Urs. in mg.: ex Paulo. *Muscerdas*] de litera S in hoc voc. cf. annot. ad p. 46. v. comperce. Diversa sunt bŭcerda et sŭcerda. V. Festus Qu. XIV, 7. p. 111, 8. Glossar. Labb.: *Muscerda, μυιοχάδον*, (*μυόχοδον* Dac.). Cerda erat Graecum *σκώρ*. 25. *murum*] *murium* Ald. p. 110.: sed illud mutare noli. V. C. L. Schneider. Gramm. II. p. 255. 25. 26. *Mapalia*] cf. Serv. in Virg. Aen. I, 421. et alibi. Gloss. Labb.: *Mappalia, καλύβαι.* 27. *solute viventibus*] huius rei Senecam testem adduxit Scal. 28. *Orig. libro quarto*] *libro IV. Orig.* Ald. Minus recte Serv. l. l. ea verba paululum immutata I. libro tribuit. Lion. Caton. p. 24. 30. *Metalli*] *Metelli* Ald. p. 112. Urs. in mg. Gloss. Labb.: *Metellus, μισθιος.* 31. *Accius*] Krause fragm. histor. Rom. p. 177. Est versus heroicus. *XXVII*] corruptum putat Madvig. Opusc. p. 110. 33. *putat ductum*] *putatur dictum* Ald. *putatur* corr. Lind.: recte, nisi nomen excidit. *Quod est*] om. Ald.

Mulis celebrantur ludi in Circo maximo Consualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum currui vehiculoque adiungi.

Maiis idibus mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurii aedes esset dedicata.

Minusculae Quinquatrus appellabantur idus Iuniae, quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies festus erat Minervae Martio mense.

Muli Mariani dici solent a Mario instituti, cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare assueverant.

Mulus vehiculo lunae habetur, quod tam ea sterilis sit, quam mulus; vel quod, ut mulus non suo genere, sed equis creatur, sic ea solis, non suo fulgore luceat.

Murciae deae sacellum erat sub monte Aventino, qui antea Murcus vocabatur.

Membrum abscidi mortuo dicebatur, quum digitus eius decidebatur, ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore combusto.

(102) Monodus* appellatus est Prusiae filius, qui unum os habuit dentium loco. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum.

Minotauri effigies inter signa militaria est, quod non minus occulta esse debent consilia ducum, quam fuit domicilium eius labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus, quum Pasiphae Minois regis uxor dicitur concubuisse cum tauro. Sed affirmant alii Taurum fuisse nomen adulteri.

Manius praenomen dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit, ut Lucius, qui luce.

ANNOT. PAULI ad p. 147, 2. *Mustricula*] boni codd. A. Aug. in mg. *Mustricola* vg. Lind. Ita etiam postea. 3. *myon*] corr. Scal. *midion* codd. vg. 4. *Minutii*] Lind. *Minuci* vg. 11. *obisse*] Gu. mg. A. Aug. Lind. *obiisse* M. vg. Ita etiam v. 12. 12. *isse*] boni codd. mg. A. Aug. Lind. *iisse* vg. 16. *obici*] boni codd., ut Festus. *obiici* vg. Lind. 17. *rotundae*] *cohortes cortes* addunt boni codd., glossema voc. cohortes. 18. *Metalli*] codd. Lind. *Metelli* vg. Illud Paulum scripsisse manifestum est. 19. *ductum*] *dictum* M.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 29, 2. *Manum et mentum*] v. Suppl. Ann. 4. *Calchantem*] *Chalcantem* Ald. p. 111. 12. *Mulis*] de Consualibus Paulus p. 32.: sed haec res incognita. 17. *Maiis idibus*] cf. Paulus p. 101. v. Maius, cum annot. Mercatorum hunc diem festum memorant Macrob. Sat. I, 12. Kal. Venusin. 22. *Minusculae Quinquatrus*] cf. Varro de L. L. VI. §. 199. Dixi de iis Etrusc. rer. III, 3, 2. T. II. p. 50. IV, 1, 3. p. 201. Haec de mulis, Maiis idibus et Quinquatribus coniuncta esse patet argumenti concordia. Pertinent enim ad alteram lit. M. partem, in qua non secundarum literarum series, sed rerum quaedam cognatio observatur. V. Praef. II, 2. *Idus Iun.*] *iduum* Ald. 25. *Martio*] Ald. addit: *aliter minusculae quinquatrus appellantur idus Iuniae*, ex Paulo. *Muli Mariani*] de iisdem Paulus p. 20. v. aerumnulas. 27. *sunt posita*] *interposita* Ald. Urs. in mg. Ex talibus mendis intelligi videtur, Pauli excerpta a Pomponio Laeto non esse collata, cum schedas suas conficeret. 29. *LIB. XIII. INCIPIT*] v. Praef. II, 2. 30. 31. *Mulus . . . ea*] lacunam supplet Paulus, propter quem eam paulo maiorem significavi, quam Urs. In basi solii, cui Iuppiter Olympius insidebat, a Phidia caelata erat *Σελήνη ἵππον, ἐμοὶ δοκεῖν*, ut Pausanias V, 11, 3. ait, *ἐλαύνουσα· τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένα ἐφ' ἡμιόνου τὴν θεὸν ὀχεῖσθαι, καὶ οὐχ ἵππου, καὶ λόγον γέ τινα ἐπὶ τῷ ἡμιόνῳ λέγουσιν εὑρῆθη.* His allegorica ratio tangi videtur, quae non a Verrio primo tradita esse videtur. 33. *Murtiae*] de Murteae Veneris sacello ad intumum Circum Varro de L. L. V. §. 154. Id a meta Circi versus Austrum fuisse, inde intelligitur, quod sub Aventino monte erat. Cf. Liv. I, 33. Plura de Venere Murtia sive Murcia Scal. De Murco monte etiam Servius in Virg. Aen. VIII, 636.

Qu. VIII, 30, 5. *Membrum abscidi*] cf. Varro de L. L. V. §. 23. (cum corr. annot. p. 299.). 12. *Monodus*] cf. Plin. N. H. VII, 16, 15. §. 69. 20. *Minotauri*] cf. Plin. N. H. X, 4, 5. §. 16.: *Erat et antea* (ante C. Marii secundum consulatum) *prima* (aquila) *cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi aprique singulos ordines anteibant.* Porcos quintum locum obtinuisse, affirmat etiam Festus Qu. XII, 3. p. 43, 31. v. porci. 30. *Manius — Lucius*] Cf. Paulus p. 89. v. Lucius. Eadem de his praenominibus Varro de L. L. IX, 60. et alii. Voc. *initio* a Paulo videri adiectum, observat Urs.: sed translatum potius est a voce. *dictum est.*

ANNOT. PAULI. 1. *Consualibus*] vg. *Consularibus* codd. edd. vett. 4. *appellabantur*] ed. vet. vg. *appellantur* Lind. 6. *Mario*] boni codd. *C.* addit vg. Lind. 8. *habetur*] boni codd. Lind. *adhibetur* vg. 8. 9. *equis creatur*] boni codd. Lind. *equi creetur* vg. *equis oriatur* mg. A. Aug. 11. *abscidi*] codd. Lind. *abscindi* vg. 12. *Monodus*] Ald. *Monodos* codd. vg. Lind., quod quomodo defendi possit, ignoro.

. . . . . .

||Manum et mentum proverbium est ex Graeco ductum, quod est πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου. Calchantem vitis serentem quidam augur vicinus praeteriens, dixit errare: non enim ei fas esse novum vinum . . . . . .

Mulis . . . . . .

Maiis idibus . . . . . .

||Minusculae quinquatrus appellantur Idus Iun., quod is dies festus est tibicinum, qui colunt Minervam, cuius deae proprie festus dies est Quinquatrus mense Martio. ||Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto, cuius milites in furca sunt † posita tabella varicosius onera sua portare assueverant.

SEX. POMPEI FESTI LIBER XIII. INCIPIT.

||Mulus . . . . . .
ea sterilis sit, quam mulus. vel quod ut mulus non suo genere sed equis ortus; sic ea Solis, non suo fulgore luceat. ||Murtiae deae sacellum

. . . . . .

Membrum . . . . . .

Monodos . . . . . .

Minotauri . . . . . .

Manius . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. VIII, 29, 27. *sunt posita*] *interposita*.

30. *Mulus*] supple: *vehiculo lunae adhibetur, quod tam.*

Manliae gentis . . . . . .

Magnificissima . . . . . .

5

Maiores flamines 10

Manceps . . . . . .

15

Millus 20

||Martius mensis initium anni fuit et in Latio, et post Romam conditam, quod eo † gens erat bellicosissima, cuius rei testimonium est, quod posteriores menses, qui annum finiunt, a numero appellati, ultimum habent Decembrem.

||*Masculino* . . . . . .

25

||"Malo cruce", masculino genere cum dixit Gracchus in oratione, quae est in P. Popillium posteriorem †, tam repraesentavit antiquam consuetudinem, quam hunc frontem, atque hunc stirpem idem antiqui dixerunt, et rursus hanc lupum, hanc metum. Item cum idem in Pompilium et matronas ait: "Eo exemplo instituto dignus fuit, qui malo cruce periret" . . . . . .

Moenia 30

. . . . . .

. . . . . .

EMEND. LECTIO. 18. *eo*] *ea*. 25. *posteriorem*] *posteriore*.

Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus necatusque est.

Maiores flamines appellabantur patricii generis, **minores** plebeii.

Millus collare canum venaticorum, factum ex corio confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum: "Vobis," inquit, "reique publicae praesidio erit is, quasi millus cani." 5

Moenia praeter aedificia significant etiam et munia, hoc est officia.

Magnificissima dicebant antiqui pro magnificentissima. Re enim vera magnificens dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci.

Manceps dicitur, qui quid a populo emit conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse: qui idem **praes** dicitur, quia tam debet praestare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo praes factus est. 10

Masculino genere **parentem** appellabant antiqui etiam matrem. Masculino genere dicebant **crucem**, ut est illud Gracchi: "Dignus fuit, qui malo cruce periret." Masculine etiam dicebant et **frontem** et alia multa similiter.

ANNOT. FESTI. Qu. VIII, 31, 1. *Manliae gentis*] cf. Paulus p. 94. v. M. Manlium. Etiam hoc loco Verrius monuerat, id decretum ad patriciam tantum Manliorum gentem spectare. Minus diligenter distinguit Liv. VI, 20. Sed bene Musonius apud Gell. N. A. IX, 2. antiquos Romanos ait censuisse, praenomina quorundam capite damnatorum ne *cui eiusdem gentis patricio* inderentur. 10. *Maiores flamines*] cf. Festus Qu. IX, 4. p. 4, 26. v. Maximae dignationis. 20. *Millus*] idem collare dici *melium* sive *maelium* a Varrone de R. R. II, 9, 15., monuerunt intpp., idque a maele bestia dictum esse, persuadet Gratius Cyneg. 402. coll. 340. Aliter tamen statuunt Schneider. in Varron. l. l. et Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 207. Scipionis Aemiliani locus est apud H. Meyer. Oratorum Roman. fragm. p. 103. 30. *Moenia*] eadem fere apud Festum iam supra Qu. VIII, p. 170, 32. v. moenia legebantur. Ita saepe in priore et altera eorum articulorum, qui ab eadem litera incipiunt, parte simillimae inter se recurrunt observationes. Cuius rei de caussa disputatum est in Praef. II, 2.

Qu. VIII, 32, 1. *Magnificissima*] cf. Festus Qu. IX, 3. p. 3, 32. v. munificior. *Magnificissime* Accius Didascal. ap. Priscian. III. p. 603. P. 10. *Manceps*] idem voc. explicuit Paulus p. 96. Cf. idem p. 122. v. praes. Recte observatur, mancipem ob eam caussam praedem dictum esse, quod populo praestare, quae pollicitus sit, non minus debeat, quam praedes, quos dederit. Nam manceps ipse bona sua populo obligat, quae inde praedia dici constat, nec bona solum, sed, ut puto, etiam caput. Enimvero mancipem, si praedia non sufficerent, ipsum a populo vendi potuisse, supra ad p. 96. observavimus, nec video, cur illa quae Cicero Verrin. II, I, 54. Philipp. II, 31. de praedibus vendendis, proprie intelligi nequeant, etiamsi populum Romanum rarissime eam iuris saevitiam exercuisse facile concesserim. 17. *Martius mensis*] cf. Varro VI. §. 33. Non omnibus Latinis eum primum fuisse constat, nam Albanis, Aricinis, Tusculanis tertium, Faliscis quintum, Hernicis sextum, Laurentibus quintum, Aequis decimum, Sabinis et Pelignis fuisse quartum, docet Ovid. F. III, 87-96. fastis earum nationum inspectis. 18. *quod eo*] *eo quia* Ald. *quod ea* Urs. in mg. 22. *Masculino*] hic lacunam fuisse in cod. statui, quanquam in schedis non significatam, propter Paulum. Parentem matrem dici observat Gaius Digest. L, 16, 51.: sed nihil de genere. 24. *Malo cruce*] eadem verba ex Ennio profert Nonius p 195, 12. 24. 25. *Gracchus . . in P. Popillium*] H. Meyer. Oratorum Rom. fragm. p. 120. 25. *posteriorem*] *posteriore*) A. Aug. in mg. Altera oratio in P. Popillium erat pro rostris, altera circum conciliabula. 26. 27. *hunc frontem*] v. Paulus p. 68. v. frontem, et annot. ad p. 46. v. corius. 27. *hunc stirpem*] v. Festus Qu. XIV, 18. p. 122, 21. v. stirpem. 29. *in Pompilium et matronas*] *in Popillium et matr.* vg. *Mathonem*) in mg. Quod Scal. verba sic a se reficta: *Item cum idem in populum et matronas ait*, pro parte orationis Gracchi habet, non placet. Quidni inter tot orationes, quarum etiam inscriptio periit, quaedam esse poterat in matronarum luxuriem, cuius nescio quis Pompilius vel similiter dictus homo patronus extiterat? 29. *Eo*] *Et* Ald.

ANNOT. PAULI. 5. *Vobis reique publ.*] *Nobis reique*, omisso *publicae*, liber ms. Urs.: sed Lindemanni codd. tuentur vg. *erit is*] mg. A. Aug., quod egregie placet. *eritis* codd. vg. Lind. 6. *Moenia . . . officia*] codd. edd. vett. Lind. om. vg. 10. *qui pro eo*] *pro quo*) mg. A. Aug., quod unice probant Dac. et Cramer Opuscc. min. p. 136., sententia grammatici parum intellecta.

"Matronis aurum redditum" quum legitur, hoc significare videtur, quia matronae contulerunt ornatus sui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberandum, quibus postea est redditum a populo Romano.

Magisterare regere et temperare est.

Municas pro communicas dicebant.

Multifacere dicitur sicut magnifacere et parvifacere. Cato: "Neque fidem, neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit": quod merito ab usu recessit, quia quantitas numero non aestimatur, nec desiderat multitudinem.

Magisteria dicuntur in omnibus rebus, qui magis ceteris possunt, ut magisterium equitum.

Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici.

Mihipte Cato pro mihi ipsi posuit. Mansues pro mansuetus.

Meritavere Cato ait pro meruere.

Magnificius idem ipse pro magnificentius dicit, et non frustra. Nam positivus eius magnifice est.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 1, 1. *mutum*] pars similis sententiae, ut in priore lit. M. parte, Qu. VIII, 24. p. 170, 6. v. mutas. Cf. Praef. II, 2. 2. *Metaphoram*] cf. Quinctilian. VIII, 6. Charis. p. 243. et Diomed. p. 451. P. 5. *proprii*] supplevi Quinctiliano maxime comparato. *significantis* Urs., qui non vidit in fine v. 5. *saepe* addendum esse. 6. *speciosiora*] *speciosiore* corr. Urs. 7-10. *quod . . . abut.*] Lacunas explevi, quas Urs. vacuas reliquit. Dacerii supplementa: *Quod si proprium quam tralatum magis valeret, redit ad sua verbum tralatum, manebitque tunc tantum, cum quo pervenit eo proprium pervenire non possit. Praesertim apud poetas qui alieno perinde ac suo abutuntur*, spatio non congruunt. 10. *Metaplasticos*] cf. Quinctil. I, 8. Charis. p. 248. Verba exesa supplevit, praeeunte Scal., Urs. 15-21. Etiam haec ad figuras troposve pertinebant, velut metathesin (cf. Charis. p. 249. Diomed. p. 437.) vel metabolen aliasve. Ultimos versus ad metalepsin, sine *necessitate* admissam (v. Quinctil. VIII, 6.), spectasse crediderim. Nihil de metandis castris, quae Scal. inesse putavit. 17. *Ennius*] fragm., quod Merula concinnavit, Ann. VIII, 16., nullum est. 21-31. Versus ab Urs. non recte redditos dispescui sicut in cod. leguntur. 23. *superior*] Urs. E cod. *superiore* enotavit Arndts. 25. *tremis*] *tremit* corr. A. Aug. in mg. Urs. Frequens eius versus mentio. V. Ennii Ann. VII, 64. apud Merulam. 29. *vegerat*] *vegebat* corr. Scal. Merula, Ann. VIII, 69. Cf. de eo verbo Non. p. 183, 1. *vehebat* Dac. 30. *persuasit animo vinum, deus*] Interpungebatur *vinum deus, qui.* Alia mutatione non opus est. Cf. Osann. in Symbol. ad Gr. et Lat. literat. I. p. 71. *Persuasit nox, vinum, deus* (Amorem intelligit) Scal. Est tetrameter troch. absumpta prima syllaba. Et exemplum ad tertium metonymiae genus, quod Festus posuit, illustrandum non ineptum est, nam vinum pro Baccho dictum sumpsit, cum antea Vulcanus pro igne fuisset. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 278. Ennii inc. 4. 31. *Masculina*] ita Varronis usum damnasse videtur Verrius, hic enim virilia et muliebria dicit nomina. V. de L. L. X. §. 21. 30.

Qu. IX, 2, 1. *sed ἀρ*] Nunc in cod. nihil amplius legi, testatur Arndts.: nec credibile, Urs. recte omnia haec: *sed . . . θηλυκά*, tanquam in cod. etiamtum conspicua protulisse, praesertim cum etiam vg. *σεινικά* et quae secuntur omittat. *ἀῤῥενικά*] *ἀρσενικά* Urs. 2. *Matronis*] Reddidi Urs. supplementa, nisi quod hic prima verba sic concinnavit: *Matroni-s aurum fuisse redditum Sinnius Capi-to ait.* Sed Festus aperte explicat titulum quendam vel in fastis notationem: MATRONIS AURUM REDDITUM. Post haec nonnulla verba desiderantur; quibus ne spatium deesset, Catonem posui. De hoc auro matronarum v. Liv. V, 25. VI, 4., et propter alteram narrationem V, 50. Festus Qu. XII, 13. p. 53, 4. v. pilentis, Plin. N. H. XXXIII, 5. 8. *Apolloni*] defendit Urs. allato titulo numismatis: APOLLONI SANCTO. Cf. Rasche Lex. num. T. I. p. 953. et aes ap. Lanzium *Saggio* T. II. p. 275. 20. *Mille*] de antiqua scriptura: *mille* et *milia* dictum est ad Varron. de L. L. IX. §. 82. Idem discrimen observatur in *villa* et *vilico*. V. Schneider in Caton. de R. R. c. 2. Aliam sententiam inesse suspicatus est Urs.: *Mille singulariter dicebant antiqui, quod nunc non aliter dicimus, cum mille numum proferimus*, quae e Gellii N. A. I, 16. petita, sed minus commode dicta sunt. Longe diversa habet Scal. de *mina*, quae v. in Suppl. Ann. 22. *item*] *id est* corr. Urs. Placidus in Glossis (a Maio non editis): *Municare, communicare dictum a moeniis id est operibus.* Hinc petitum est Urs. supplementum, quod reddidi. *Mancipatione*] Locum supplevi ut potui; de Urs. supplementis v. Suppl. Ann. 24. *patri*] *patris* em. Urs. 28. *Sulpicius . . . Messalam*] supplevi, collato Quinctil. X, 1, 22. Meyer. Oratt. fragm. p. 175. 30. *M. Cato*] Meyer p. 22. Lion. Catoniana p. 57.

ANNOT. PAULI. 1. *contulerunt*] *contulerant* M. 3. *Magisterare*] M. vg., quod praetuli propter Festum. *Magistrare* Lind. cum reliquis. 6. *multifacit*] *multifacitis*, quod Dac. in annot. habet, et Meyer. p. 22. in *multifacit is* immutat, merum sphalma est. *quod . . . . . multitudinem*] Lind. Catonis verbis attribuit. 7. Festum v. p. 154. 11. *idem ipse*] boni codd. *idem* vg. Cf. v. mediocriculus.

mutum dicimus: aut quod nullius fiant vocis, cum in eas litteras incidant. ||Metaphoram quam Graeci vocant, nos tralationem, id est, domo mutuatum verbum: quo utimur, inquit Verrius, *in oratione*, saepius quidem honesti ac *proprii verbi defectu, saepe* ut speciosiora †, atque *eodem etiam* significan-*tiore* quam proprio vo-*cabulo* rem indicemus: *quod quanquam* redit ad sua-*m domum, si recte est* tralatum, manebit quo pervenit, *praeterquam apud poet*-as alieno perinde ac suo ab-*utentes*. ||Metaplasticos dicitur apud p-*oetas usurpari id*, quod propter necessitatem metri *mutare consueverunt*, quod item] barbaris-*mus dicitur in solu*-ta oratione conscrib-*enda* . . . . . .
||Meta . . . . . ca a cariore . . .
. . . . . perventura . . . .
quod . . . . . dicare ait Ennius . .
id est . . . . . Meta
. . . . . abus ut . . accip . . . . .
gratia . . . . . .
necessitate. ||Metonymia est tropos, cum ab eo quod continet, significatur id, quod continetur, aut superior inferiore, et inferior superiore. Quae continet, quod continetur; ut Ennius, cum ait: "Africa terribili tremis † horrida terra tumultu." ab eo quod continetur id quod continet; ut cum dicitur: "epota amphora vini." a superiore inferior, ut Ennius: "Cum magno strepitu Volcanum ventus vegerat †." ab inferiore superior, ut: "persuasit animo vinum, deus qui multo est maximus. ||Masculina et feminina vocabula dici melius est secundum Graecorum quoque consuetudinem, qui non ἀνδρικὰ et γυναικεῖα ea, sed ἀῤ-ῥενικὰ *dicunt et* θηλυκά.

||"Matroni-*s aurum redditum*" . . . . . *Cato ait: quod videtur hoc significare: matronis fuisse re-stitutum aurum, ex quo P. R. crateram fecerat* et eam A-*pollini Delphos miserat: ut est testimonio in-dex tabella: quod quidem aurum dederant matronae orna-tui demptum suo, ut votum solveretur* Apolloni. qui-*dam dicunt de eo potius esse intelligendum* quod contule-*runt olim matronae ad Capitolium* a Gallis Senoni-*bus liberandum. id eis postea reddi*tum est a pop-*ulo Romano*. ||*Magisterare pro regere et* temperare dic-*ebant antiqui. Sed alias magisterare* quidam *ponunt pro* . . . . . .
||Muta . . . . . .
isi voce . . . . . .
multo . . . . . .
intelle . . . . . .
rem . . . . as dici . . . . . .
ut cui potius con . . . . . .
||M-*ille* singulariter di-*cebant, milia pluraliter, quod nos* non aliter dicimus cum *plurale est et singulare*. ||*Municas* item †, communicas, dicit . . . . *a muniis i. e. operibus* em . . aut potius co . . ||*Mancipatione adoptatur*, ut patri † sui heres e-*sse desinat: sed eius qui adop*tet, tam heres est, qua-*m si ex eo natus esset. Arrogatione, qui* in potestate alie-*na non est, arrogatoris fit filius* et suus heres, ut p-*atet manifeste ex eo, quod ait Ser.* Sulpicius in ea oratio-*ne, quam habuit contra Messalam* pro Aufidia. ||*Multifacere antiqui dicebant sicut* magniface-*re, item et parvifacere. testis est M. Cato* in ea, quam *scripsit contra Q. Minucium Thermum de* X hominibus: "*Neque fidem, neque iusiurandum,* neque pud-*icitiam multifacit.*" . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 1, 6. *speciosiore.* 25. *tremit.* 29. *vegebat.* Qu. IX, 2, 22. *id est.* 24. *patris.*

quod quidem merito ab usu recessit, quia qua-ntitas † *nec desiderat multitudinem nec conti*-netur numero. ||*Magisteria dicuntur in omnibus* rebus, qui magis *ceteris possunt, ut magistros e*-quitum, et *magistros populi, item ludorum Apo*-llinis, dixerunt *antiqui, quae nunc aliter di*-cuntur, velit † *ostendit Cato in oratione quam dix*-it contra orationem . . . . ||Maledictores *dicebant antiqui quos* nos appellamus *maledicos. Cato cum proficisceretur in* Hispania †: "*removendi maledictores.*" ||Mihipte pro mihi *ipsi, Cato posuit cum dixit* . . . "decuit talenta . . . . . versia, atque . . . . . entia item a . . ||*Mansues pro mansueto dixit* Cato in epistola *ad filium* . . . . . mansues ad . . . . . ||Meritavere, saepe meruere *dixit Cato* [illegible]. *Po*-enorum 'IIII' Suffetes *evocaverunt statim om*-nis cohortes, omnis *etiam qui stipendia merit*-averunt. ||Magnificius *pro magnificentius usurp*-avit Cato in ea, quam *scripsit de pascenda musta a*-gna: "quis homo . . . . . pulchrius purgat *aut magnificius.*" *nunc magnifice*-ntius dicimus, cum magnifice *eius positivus sit.* at nepos eius, in ea *quam scripsit* . . . . "*Ta*-men, ait, cum Aedilis *curulis esset, Magnae Ma*-tris ludos magnificentius *quam ali fecit.*" ||Magnificior † quoque *idem deduxisse videtur* a munifice, cum dicamus *nunc munificentior, quam*-vis munificens non sit *apud nos in usu. Cato* in ea, quam scripsit, id . . . . . munificior . . . . . ||Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in † consulatu: Ridibundum magistratum genere † pauculos homines, mediocriculum exercitum obvium duci. ||Mutini Titini sacellum fuit in Velis, adversum mutum † Mustellinum in angi-*portu*, de quo aris sublatis balnearia sunt *f*-acta domus CN. D-*omiti* Calvini, cum mansisset ab urbe condita *ad pri*-ncipatum Augusti *Caesaris inviolatum, religioseque* et sancte cultum *fuisset, ut ex Pontificum libris* manifestum est, *in quibus significatur fuisse ad sacrarium s*-extum et vicensimum, dextra v-*ia iuxta diver*-ticulum . . . . . ubi et colitur *et mulieres sacrificant* in e-*o togis praetextis* ula-*tae* †. ||*Matronae a magistra*-tib. non summove-*bantur, ne pulsari contre*-ctarive viderentur, neve gra-*vidae concuterentur. Ob* quam *etiam ca*-usam ait Verrius *neque earum viros* sedentes cum uxoribus de essequo † escen-*dere coac*-tos a magistratibus, quod communi vehiculo vehitur vir et uxor. ||Minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum Censores lustrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur: privatis autem, cum liberi nati sunt, cum honos in familia † venit, cum parens aut liberi, aut vir, aut frater ab hostes † captus domum redit, cum desponsa est, cum propriore † quis cognatione quam his †, qui lugetur, natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulationi †. ||Maximae dignationis Flamen Dialis est inter quindecim Flamines, et cum cetera † discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet pomis. ||Mundus, ut ait Capito Ateius in L. VII. Pontificali, ter in anno patere solet, diebus his: postridie Volcanali †, et ante diem VI. Id. Nov.: qui quid ita dicatur sic re-

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 3, 1. *qualitas.* 6. *velut.* 10. *Hispaniam.* 28. *Munificior.* Qu. IX, 4, 1. *de.* 2. *genere*] dele. 4. *mutum*] corruptum. 13. *velatae.* 17. *essedo.* 22. *familiam.* 23. *hoste.* 24. *propiore.* 25. *is.* 26. *gratulatione.* 27. *ceteri.* 28. *minimae.* 32. *Volcanalia.* Adde: *et ante diem III. Non. Octobr.*

Munificior a munifico identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quamvis munificens non sit in usu.

Mediocriculus ipse, qui supra, posuit quum ait: "Ridibundum magistratum, pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci."

Mutini Titini* sacellum fuit Romae, cui mulieres velatae togis praetextatis† solebant sacrificare.

Matronae a magistratibus non submovebantur, ne pulsari contrectarive viderentur, neve gravidae concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur. 5

Minuebatur populo luctus aedis dedicatione, quum a censoribus lustrum condebatur, quum votum publice susceptum solvebatur; privatis autem, quum liberi nascerentur, quum bonos in familiam veniret, quum pater aut liberi, aut vir aut frater ab hoste captus domum rediret, quum puella desponsaretur, quum propiore quis cognatione, quam is, qui lugeretur, natus esset, quum in casto Cereris constitissent. 10

Maximae dignationis flamen Dialis est inter quindecim flamines, et quum caeteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet, id est pomis.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 3, 1. *quod quidem merito*] Aliter Urs. p. 2, 33. *quod quidem merito ab* (p. 3, 1.) *usu recessit, quia non aestimatur novo qu-antitas*, (2.) *nec desiderat multitudinem, nec conti-netur nu-* (3.) *mero.* *qua-ntitas*] *qualitas* em. Urs. 5. *ludorum Apo-llinis*] Servavi supplementum Urs., quanquam Xviros sacris Apollinis faciundis magistros dictos esse, ex titulo ap. Fletwood p. 100, 3. Orell. 765. suspectae fidei non efficitur. Scal. ex Varronis de L. L. VI. §. 18. 19. verbis non recte distinctis lacunam supplere studet. 6. *velit*] *velut* corr. Urs. 3. *Magisteria*] Sic Paulus. *Magistri* suppl. Urs. 7. Urs. supplet: *ostendit Cato in oratione quam dixit. it contra o-*] cod. *contra ora-* Urs. 10. *Hispania*] *Hispaniam* em. Urs. De oratione v. Meyer. Oratt. fragm. p. 72. Lion. Caton. p. 52. 12. *ipsi*] *ipse* posuit Urs. 15. *Mansues*] cf. Non. p. 483, 1. Et hoc Catonianum. 16. *filium*] addidi Urs. supplemento. cf. Lion. Caton. p. 49. 18. *IIII Suffetes* miror; alii duos tantum agnoscunt. V. Kluge Arist. de pol. Carth. p. 87. Goettling. Aristot. Pol. p. 482. Sed Cato de suffetibus coloniae cuiusdam Carthaginensium dixisse videtur. V. tabulam ap. Gruter. p. 470, 1. Orell. 3057. cf. Gesenius Script. Phoenic. monum. I. p. 214. 19. 20. Supplem. Ursino praeivit Scal. 20. 21.] Urs. hos versus non recte disposuit, sicut etiam 24 et 25. 22. *de pascenda musta a-*] Haec interposui, cum Urs. Catonis orationem de falsis pugnis contra Thermum significatam putasset. De illa oratione v. Meyer. p. 40. Lion. Caton. p. 69.; Catonis verba quae secuntur, rettulerunt Meyer. p. 86. Lion. p. 80. *Crimina magna* restituendum esse putavit Dac. 24. *ntius*] cod. *tius* Urs. 25. *nepos eius*] de hoc Gell. N. A. XIII, 18. Meyer. p. 115. Lion. Caton. p. 109. 28. *Magnificior*] *Munificior* em. Urs. Cf. Paulus p. 102. v. magnificissima.

Qu. IX, 4, 1. *in consulatu*] *de consulatu* puto scribendum; sic alii. V. Meyer. p. 73. Lion. p. 51. Versum hunc Urs. non recte dispescuit. 2. *genere*] om. Paulus, probante Scal. *gerere* coni. Urs. 4. *Velis*] *Veliis* corr. Urs.: non opus est. *mutum Mustellinum*] *murum* inde facit Scal., sed ne hic quidem placet; facilius *vicum* fuisse ut credam adducar. 10. Hoc additamentum explicatur et defenditur in Suppl. Ann. De sacris Mutini Tertullian. Apol. c. 24. Arnob. adv. gent. IV, 7 et 11. aliique ecclesiae patres. 12. 13. *co*] *ea* Urs. *ulatae*] *velatae* corr. Scal. Urs. 17. *essequo*] *essedo* corr. Urs. 19. *Minuitur . . luctus*] cf. Klenze de cogn. et affin. p. 33. 22. *familia*] *familiam* Paulus. 23. *hostes*] *hoste* Paulus. 24. *desponsa*] *desponsatio* coni. Dac.: quo minime opus est, nam *filia* facile cogitatione additur. *propriore*] *propiore* Paulus, nisi quod et hic Gu. *propriore*. 25. *his*] *is* em. Urs. *Castum Cereris* dies illos initiorum significare, quibus a multis rebus abstinendum erat, nunc allatis testibus demonstrare non opus est. 26. *gratulationi*] *gratulatione* corr. Urs. V. 26-29. sic disiunxi, ut in cod. leguntur, aliter Urs. 27. De quindecim flaminibus v. Suppl. Ann. 27. 28. *cetera*] scr. *ceteri*. *certa* coni. Urs. Notabile autem est, *cetera* etiam in Pauli bonis codd. legi. 28. 29. *minimi*] cod. sicut Paulus, *minimae* Urs., quod sententia commendat. 29. *habetur*] Urs. *habeatur* e cod. enotavit Arndts. Et sic in Paulo M. 30. *Mundus*] cf. supra Qu. VIII, 23. p. 169, 19. 32. *Volcanali*] *Volcanalia* vg. Celebrabantur a. d. X Kal. Sept., ut legitur in Kalendar. Maff. Pincian. Capranicorum. 32. 33. *et ante*] Urs. tanquam e cod., sed in cod. est *e tante*. Exciderunt, propter eorundem verborum repetitionem, verba: *et ante diem III. Non. Octobr.* *Nov.: qui*] *Nov. qui*, Urs.

ANN. PAULI. 2. *Ridibundum*] ed. vet. vg. *rudibundum* Lind., nescio, an e bonis codd. 4. *Mutini Titini*] ex Festo: Pauli codd. vel *Mutinititi* (Gu.) vel *Mutinititiũm* (M.) vel similiter. *Muttuni Tutuni* scribendum putat Salmas. Exerc. Plin. p. 219. col. 2. f. *praetextatis*] rectius Paulus *praetextis* scripsisset. 5. *contrectarive*] M., ut vg. et Festus. *contrectarique* Gu. Lind. 8. *familiam*] M. vg. Lind. *familia* cett.

Mundum gentiles ter in anno patere putabant, diebus his: postridie Vulcanalia, et ante diem tertium Nonas Octobris, et ante diem sextum Idus Novembris. Inferiorem enim eius partem consecratam diis manibus arbitrantes clausam omni tempore, praeter hos dies, qui supra scripti sunt, quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa, quod
(104) his diebus ea, quae occulta et abdita religionis deorum manium essent, in lucem adducerentur, nihil eo tempore in
5 republica geri voluerunt. Itaque per hos dies non cum hoste manus conserebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quidquam in republica, nisi quod ultima necessitas exegisset, administrabatur.

Mos est institutum patrium pertinens maxime ad religiones cerimoniasque antiquorum.

Municipalia sacra vocabantur, quae ante Urbem conditam colebantur.

Manes dii ab auguribus vocabantur, quod eos per omnia manare credebant, eosque deos superos atque inferos dicebant.
10 **Monstra** dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quatuor alis, homo duobus capitibus, iecur, quum distabuit in coquendo.

Muta exta appellabant, ex quibus nil divinationis animadvertebant. **Mensae** in aedibus sacris ararum vicem obtinebant.

ANN. FESTI. Qu. IX, 5, 1. et 2., 3. 4. 5. et 6., et 7. 8. et 9. dispescui, sicut in COD. sunt, nam apud URS. non recte dispositi sunt. 2. *inpositum*] COD. *impositum* URS. 3. *ut*] URS. om. COD. *cognoscere*] *cognosci* corr. GOTH. *potuit*] *potui* em. SCAL. URS. Et in COD. ultima litera nunc vix apparere traditur. 4. *illae*] *illi* em. SCAL. URS. *ille* vg. Post SCAL. recte interpunxit. 6. *habend.*] addidi. 8. *occulte et abdita ea*] *occultae et abditae* em. SCAL. URS. recte, quanquam iam Paulus *occulta et abdita* legerat. 15. *Mos*] Hunc locum laudat Macrobius Sat. III, 8. his verbis: *Mos est institutum patrium pertinens ad religiones caerimoniasque maiorum*, tanquam ex Iulii Festi lib. XIII. de verborum significationibus petitum. Quod XIII. librum dicit, id recte fecit; nomen autem Festi ipse aliis locis (III, 3. 5. de vv. ambarvalis et religiosi) non Iulii sed Pompeii prodidit. 18. *nummorum*] corruptum puto. In COD. videtur esse *nummarum*. 19. *ali*] *alii* corr. URS. In his Varro de L. L. V. §. 106. est, quem Verrius notat non nominatum. *κέγχρον*] *KENXPON* COD. 20. *μελίνην*] *ncminHN* COD. 24. *adfuissent*] *adsuessent* em. A. AUG. in mg. *Minora templa*] cf. Brisson. de form. I, 206. p. 111. 26. *sepiuntur*] COD. *saepiuntur* URS. De templo sepiendo dixi Etrusc. rer. III, 6, 4. T. I. p. 136. 29. *angulus quod affixus*] *angulosque affixos* A. AUG. in mg. em. *Manalis fons*] cf. Paulus p. 95. v. manalem. 31. *spiciendius*] *spiciendus* corr. A. AUG. in mg. De SCAL. opinione v. SUPPL. ANN. 31. 32. et 33. vv. ab URS. non recte diremptos ad COD. normam divisi.

Qu. IX, 6, 1. *terrenaeque*] *terrenaque* corr. A. AUG. in mg. URS. *man*] COD. URS. idem tanquam suppletum. 4. *hominis. Mu*] COD. *hominum* et reliqua tanquam ex supplemento URS. Quae ad *munus* explicandum supplevit URS., pleraque monstrata a SCAL., in iis tantum v. 5. *item* ante *magistratus* et v. 10. *ex fide sua* omisi, et minima quaedam mutavi. 5. *r. p. publi*] COD. *reip.* (*publi* URS., qui *publicae* temere repetitum esse vidit. 11. *at*] *ad* corr. URS. 13. *duobus cap.*] *cum duobus c.* URS., sed Paulus praepositionem non habet. 14-16. *Muta . . . contra*] Paulo aliter URS. cum SCAL. *Muta exta dicuntur, quibus nihil divinationis aut responsi elicitur, ut contra dicuntur.* 16. *responsi*] lacunam, quae in COD. est ante hanc vocem, non indicavit URS. 18. *ab incendio ut caveamus*] cf. Cicero de div. II, 13, 32. 20. 21. *item . . . deminutionem*] *portendunt, aut indicant finium deminutionem* URS. *Minora . . . auspicia*] in horum explicatione restituenda URS., ab A. AUG. monitus, ea imprimis adhibuit, quae ex M. Messalae auguris libro Gellius XIII, 15. affert. Longe diversa Serv. Dan. in Virg. Aen. III, 374. 25. 26. *Mensae*] SCAL. quanquam in explicando h. l. praeclaram ostendit doctrinam, in explendis tamen lacunis cum URS., qui eum presse sequitur, quaedam minus recte instituit. 27. *legibus . . . dedicantur*] sic ius Papirianum ap. Macrob. Sat. III, 11. *at vero mensae arulaeque eodem die, quo aedes ipsae, dedicari solent.* Leges intelligo aedium sacrarum, quibus definiebatur, quo eae iure essent et quid comprehenderent. Cf. Fest. v. opima Qu. X, 5. p. 174, 27.: *huius aedis nulla lex extat, neque, templum habeat necne, scitur*, et v. nesi Qu. IX, 14. p. 14, 26. URS.: *Legibus earum omnium sacrae quoque mensae sunt.* 28. *velut*] corrige *vel*. *vel*] *ut* in COD. esse traditur. Papirianum ius haec habet: *unde mensa hoc ritu dedicata in templo arae usum et religionem obtinet pulvinaris.* 29. *in primis . . . apponunt*] *in privis ipsis locis habere solent* coni. et supplet URS. Equidem profeci ex his Arnobii adv. gent. II, 67. p. 101. Orell. verbis: *Sacras facitis mensas salinorum appositu et simulacris deorum*, iisque quae Plum. ad Pers. II, 24. congessit. 30. 31. *ubi . . possit*] *ubi sacra habituri sint, cuius modi est parentatio non sacrificium* coni. et suppl. URS. 33. *tenebat aram*] Editores conferunt Virgilianum: *arasque tenebat*, et Macrob. III, 2.

ANN. PAULI. 8. *Municipalia sacra*] glossam reposuit LIND. e codd. et ed. pr. Vg. Festi verba hic ponuntur. 12. *nil*] boni codd. *nihil* vg. LIND.

fert Cato in commentariis iuris civilis: "Mundo nomen inpositum est ab eo mundo, qui supra nos est: forma enim eius est, ut ex his qui intravere cognoscere potuit† adsimilis illae† eius inferiorem partem veluti consecratam Dis Manibus clausam omni tempore, nisi his diebus qui supra scripti sunt, maiores c-*ensuerunt habendam*, quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa quod quo tempore ea, quae occulte, et abdita ea† religionis Deorum Manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur, et patefierent, nihil eo tempore in rep. geri voluerunt. itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant: non exercitus scribebatur: non comitia habeba-*ntur: non* aliud quicquam in rep. nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur. ||Mos est *institutum pa*-trium; id est memoria veterum pertinens maxime ad religiones, *caerém*-oniasque antiquorum. ||Milium quidam putant cepisse nomen a maxima nummorum summa, quae est mille, quod ali Graecae stirpis iudicant esse, cum id illi κέγχρον vocent; tam hercules, quam panicum μελίνην. ||Municipalia sacra vocantur, quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam quae observare eos voluerunt Pontifices, et eo more facere, quo adfuissent† antiquitus. ||Minora templa fiunt ab Auguribus cum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. itaque templum est locus ita effatus, aut ita septus, ut ea una parte pateat, angulus quod adfixus† habeat ad terram. ||Manalis fons appellatur ab Auguribus puteus perennis, neque tamen spiciendius† videtur, quia flumen id spiciatur, quod sua sponte in amnem influat. ||Manes Di ab Auguribus invocantur, quod i per omnia aetheria terrenaeque† man-*are credantur. Idem di superi* atque inferi *dicebantur, quos ideo invocabant* Augures, quod hi *existimabantur favere vitae* hominis. ||Mu-*nus, ait Verrius, dicitur administratio* r. p. publi-*cae*†, *magistratus, aut praefecturae*, inperi, *provinciae: quae multitudinis universae* consensu, *atque legitimis in unum convenientis* populi comit-*is alicui mandatur per suffragia*, ut capere eam *possit iussu populi demandatam* certo ve ex *tempore . . . . . et certum usque* at† tempus admi-*nistrare*. ||*Monstra dicuntur naturae* modum e-*gredientia, ut serpens cum pedibus*, avis cum quat-*tuor alis: homo duobus capitibus*, iecur cum dist-*abuit in coquendo*. ||*Muta exta* dicuntur, quibus ni-*l divinationis aut deorum* responsi *inesse animadvertunt, contra adiutoria*, quae *certum aliquid eventurum indicant*, aut ab in-*cendio ut caveamus, aut* a veneno talique *re certum aliquod manifestumque* instare periculum, *item quae r. p. portendunt* finium deminution-*em*. ||*Minora itemque maiora* auspicia quae d-*icantur, docet Messala; nam* maiora Consulum, Pr-*aetorum, Censorum dici ait; reliquorum* minora: cum illi *maiores, hi autem minores* magistratus dic-*i consueverint*. ||*Mensae* in aedibus sacris arar-*rum vicem obtinent, quia* legibus earum omnium s-*imul mensae dedicantur*, ut velut† in ararum vel in *pulvinaris loco sint. privati* quoque in primis *salina et patellas apponunt*, ubi sacras habituri *sint mensas, in quibus* parentatio, non sacrifi-*cium, fieri possit*. . . . . magno cr . . . . . tenebat aram . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 5, 3. *potui*. 4. *illi*. 8. *occultae et abditae*. 24. *adsuessent*. 29. *angulosque affixos*. 31. *spiciendus*. Qu. IX, 6, 1. *terrenaque*. 5. *publicae*] dele. 11. *ad*. 28. *vel*.

Keil p 621

||*Mille urbium protinu*-s stetit pro regno *dixisse ait* . . . . . Veranius in libro *quem inscripsit priscarum vo*-cum, quod ei summae *antiquitatis esse videtur, eique* causam Graecus *sermo dedisse*, χιλιὰς πόλεων, - eo autem non *amplius uti Latinos.* ||*Mutas et sem*-ivocales *antiqui non duplicabant in sc*-ribendo, aut . . . . *et ita primum Ennium scrip*-sisse, in eo . . . . . *a quo litera* . . . duplicata sit *primum.* ||*Manumitti dicitur* ser. sacrorum *causa, cum dominus eius tenens m*-odo caput *modo membrum aliud eiusdem servi ita* edicite†: hunc *hominem liberum esse volo, ac* pro eo auri X *puri, probi, profani, mei solvam, si* usquam digre*diatur a sacris, cum fuerit iuris* sui. dum † his † ser*vum circumagit et e manu homi*-nem liberum mit*tit.* ||*Moscillis Cato* pro parvis qui moribus dixit . . . . . ||Migrare mensa, *quae loco sacro esset d*-isque templi posita, *inauspicatum apud antiquos habeba*-tur, cum sequitur† sua *migrantem poena.* ||*Mensas aiunt q*-uidam fuisse in tri*viis poni solitas, quae sint triv*-iales appellatae. ||*Mente captus dicitur, cum mens* ⊄ hominis potestate *abit, et idem appellatur de*-mens, qui† quod de sua *mente decesserit et* a mente mente† abierit. ||*Manare solem tum so*-litos esse antiquos *dicere ait Verrius*, cum solis orientis radii *splendorem iacere coep*-issent, atque ideo primum *diei tempus mane dictum: quam*-vis magis addicitur† *ut credat, a mano bono ma*-ne, idem a† mature: quod id *bonum est quod maturum est:* unde et Matuta di*cta esse videtur Mater.* ||Mamertini appel*lati sunt ha*-c de causa, cum de† toto Samnio gravis incidisset pestilentia, Sthennius Mettius eius gentis princeps, convocata civium suorum contione, exposuit se vidisse in quiete praecipientem Apollinem, ut si vellent eo malo liberari, Ver sacrum voverent, id est, quaecunque vere proximo nata essent, immolaturos sibi, quo facto levatis post annum vicensimum deinde eiusdem generis incessit pestilentia. rursum itaque consultus Apollo respondit, non esse persolutum ab his votum, quod homines immolati non essent: quos si expulissent, certe fore ut ea clade liberarentur. itaque i iussi patria decedere, cum in parte ea Si-*ciliae* consedissent, quae *nun*-c Tauricana dicitur, forte *labo*-rantibus bello no-*v*-o Messanesibus auxilio venerunt ultro, eosque *ab eo* liberarunt provinciales: quod ob *me*-ritum eorum, ut gratiam referrent, et in suum corpus, communionemque agrorum invitarunt eos, et nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod coniectis in sortem duodecim deorum nominibus, Mamers forte exierat: qui lingua Oscorum Mars significatur. cuius historiae auctor est Alfius libro primo belli Carthaginiensis. ||Murrata potione usos antiquos indicio est, quod etiam nunc Aediles per supplicationes dis addunt ad pulvinaria, et quod XII. tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum L. I. ||Muger dici solet a Castrensium † hominibus quasi muccosus his †, qui talis male ludit. ||Muri † est, quemadmodum Veranius docet, ea quae fit ex sali sordido, in pila pisato, et in ollam fictilem coniecto, ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui Virgines Vestales serra ferrea secto, et in seriam coniecto, quae est intus in aede

Keil 621

quae cumque ib.

hi ib.

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 7, 12. *edicit.* 15. *tum is.* 20. *sequatur.* 24. *qui*] dele. 25. *amente mente*] *amens quod a mente.* 29. *adducitur.* 30. *idem a*] *item.* 33. *de*] *in.* Qu. IX, 8, 27. *castrensibus.* 28. *is Muries.*

Manumitti servus dicebatur, quum dominus eius, aut caput eiusdem servi, aut aliud membrum tenens dicebat: Hunc hominem liberum esse volo, et emittebat eum e manu.

Moscillis Cato pro parvis moribus dixit.

Mentecaptus dicitur, quum mens ex hominis potestate abit, et idem demens, quod de sua mente decesserit, et amens, quod a mente abierit. 5

Manare solem antiqui dicebant, quum solis orientis radii splendorem iacere coepissent, a quo et dictum putabant mane. Alii dictum mane putant ab eo, quod manum bonum dicebant.

Murrata potione usi sunt antiqui; sed postea assuerunt diis suis libare, ideoque XII. tabulis est cautum, ne mortuo inderetur. Muger muccosus.

Muries dicebatur sal in pila tunsum et in ollam fictilem coniectum et in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso 10 Vestales virgines utebantur in sacrificio.

ANN. FESTI. Qu. IX, 7, 1. *Mille urb.*] Supplementa dedi admodum incerta, sed correxi tamen quae Urs. dederat, quae attuli in Suppl. Ann. De structura illa: mille urbium, quae Graeco χιλιὰς cum gen. respondeat, v. Gell. 1, 16. 6. *Mutas et semiv.*] Cf. annot. ad Paulum p. 6. v. anus. Cur Urs. supplementa reiicienda fuerint, apparebit ex Suppl. Quae posui, confirmat ipse Festus Qu. XIII, 29. p. 101, 29. v. solitaurilia, et Qu. XV, 29. p. 161, 4. v. torus. 10. *Manumitti*] haec quomodo explicanda et restituenda essent, monstravit partim Scal.: sed quae invenerat, eo pessumdedit, quod aurum illud solvendum pro vicesima manumissionum lege Manlia constituta habuit. De manumissione sacrorum causa prudenter dixit Savinius de sacris privatis in Sylloge: *Ztschr. f. gesch. RW.* T. II. p. 402. 12. *edicite*] *edicit* corr. Urs. *et dicit* (post *tenet* suppletum) Scal. 13. *X*] *XX* corr. Urs. non recte. 14. *puri, probi*] hanc formulam servavit Festus Qu. XII, 20. p. 60, 18. v. puri. *solvam si*] *solvit ut* Scal. *solvo ut* Urs. *usquam . . a sacris*] ad quae facienda manumittitur, puto. *priusquam digreditur* (*digrediar* Urs.), *efficiatur iuris sui* suppl. Scal. 15. *dum*] *tum* corr. Urs. *his*] scribe *is*. Urs., similiter ac Scal.: *his servum verbis e manu hominem liberum emittebat.* 17. *Moscillis*] *Mosculis* Urs. *qui*] delet Urs. 18. *Migrare mensa*] Plinio N. H. XXVIII, 2, 5. §. 26. teste *Servii Sulpicii principis viri commentatio est, quamobrem mensa linquenda non sit*: sed hic de privatis mensis, Festus, ut videtur, de sacris. 19. *quae . . . . esset*] *quod legibus eius sacra esset* supplet Urs. 20. *sequitur*] puto *sequatur* opus esse. 24. *qui*] dele. *quod* del. Urs. 25. *a mente mente*] *amens quod a mente* recte Dac. Urs. alterum *mente* delet. 27. *orientis*] *orientii* in cod. esse refertur. 29. *addicitur*] *adducitur* (intell. Verrius) puto scribendum esse. *id dicitur* A. Aug. et Urs. in mg. Eadem duo etyma v. mane affert Varro de L. L. VI. §. 4. cf. Macrob. Sat. I, 3. Serv. in Aen. I, 139. II, 268. III, 63. 30. *ut . . . mane*] *quod manum bonum dicebant a mane* suppl. Urs. *idem a*] rectius, puto, *item.* 31. *Matuta*] cf. Paulus p. 91. v. Matrem Matutam. 33. *de*] scribe *in.*

Qu. IX, 8, 1. et 2., 6. et 7., 8. et 9., 11. 12. et 13., 14. 15. 16. et 17. ex cod. aliter dispeseni atque Urs. Etiam v. 16-21. ab Urs. non recte divisos accepi, sed veram distributionem non notatam habeo. 4. *ver sacrum*] cf. Paulus p. 161. v. ver sacrum et similes de Picentibus Hirpinisque narrationes. 13. *Tauricana*] *Tauromenia* corr. Scal. *Taurominitana*) A. Aug. et Urs. in mg. Puto illud servandum esse, cum tractus circa Taurum collem, in quo Tauromenium extructum est (Diodor. XIV, 59.), Tauricanus dici potuerit. 14. *Messanesibus*] cod. ex antiquiore more. *Messanensibus* Urs. 17. *et in suum corpus* etc.] Conspirat in hac narratione cum Festo Strabo VI. p. 268.: nisi quod ex hoc scriptore probabile fit, Mamertinorum nomen ex Italia in Siciliam translatum esse. Nam Mamertium in Bruttiis oppidum erat. Strabo. p. 261. 22. *Murrata*] cf. Qu. VIII, 25. p. 171, 4. v. murrinam, et Mercurialis Var. V, 1. 24. *Aediles*] *ediles* cod. *dis*] cod. *diis* Urs. 25. *XII tabulis*] cf. Cic. de legg. II, 24. Dirksen de XII tabb. p. 675. 27. *Castrensium*] *castrensibus* corr. A. Aug. in mg. 28. *muccosus*] cod. *mucosus* Urs. *his*] *is* corr. Urs. *talis*] *telis* coni. Lipsius Epist. III, II. p. 124.: quod non placet. *Muri*] *Muries* corr. Urs. De eadem murie Varro apud Nonium p. 223. Fabii Pictoris verba affert, quae cum Veranio optime concinunt, nec discrepant ea, quae Servius in Virg. Ecl. VIII, 82. affert. Cf. annot. ad Paulum p. 60. v. exfir. 30. *fictilem*] *fritilem* Dac. ex Nonio proposuit, sed Nonium ex Festo corrigendum esse vidit Urs.

ANN. PAULI. 2. *emittebat*] *mittebat* M., fortasse recte. 3. *Moscillis*] boni codd. Lind. *Mosculis* vg. *Muscillis* et deinde *muribus* corr. temere Salmas. Exerc. Plin. p. 217. col. 26. 4. *abit*] boni codd. *abiit* vg. Lind. 4. 5. *demens quod . . . amens quod*] Gu. Lind. *qui* utrobique M. vg. Ac Festi cod. ipse indicat, incertum fuisse librarium utrum scriberet. 6. *antiqui dicebant*] M. vg. *dic. ant.* Gu. Lind. 9. *inderetur*] vg. *videretur* codd. edd. vett. 10. *misso*] vg. *missum* codd. edd. vett. Lind.

Mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri flaminibus † nefas habebatur, quoniam sua morte exstincta omnia funesta aestimabantur. Me pro mihi dicebant antiqui.

(105) Malevoli Mercurii signum, id est statuam, appellabant ideo, quod in nullius tabernam spectabat.

Malluvium dicitur, quo manus lavantur. Malluviae, quibus manus sunt lautae. Pelluviae, quibus pedes.

5 Maior consul dicitur vel is, penes quem fasces sunt, vel is, qui prior factus est. Praetor autem maior urbanus, minores ceteri. Mendicum dici Verrius putat a mente eius, quam fefellerit fortuna, vel quod precetur quemque, ut vitae suae medeatur cibo.

Mater Matuta, manes, mane, matrimonium, mater familiae, matertera, matrices, materiae dictae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona, qualia scilicet sint, quae sunt matura, vel potius a matre, quae est originis Graecae.

10 Modo quodam, id est ratione, dicuntur ista omnia: a modo fit commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modestia, moderatio, modificatio.

ANN. FESTI. Qu. IX, 9, 2. *addent*] *addunt* corr. A. Aug. in mg. 3. *Mortuae pecudis*] cf. Serv. in Aen. IV, 418.: *Sane Flaminicae non licebat neque calceos, neque soleas morticinas habere: morticinae autem dicuntur, quae de pecudibus sua sponte mortuis fiebant.* V. 5. 6. 7. dispescui ut in cod. sunt: aliter Urs. 6. 7. *Me pro mihi*] Festi exempla non sufficiunt, nam *me fuerit* dictum est, ut: *quidnam se futurum esset*, a Livio XXXII, 27. et similia multa, et *me* accusativo casu regi a voc. *impendet* monuit Dac. V. 10. 11. 12. disposui ut in cod. sunt, a quo discessit Urs. 13. *qui item*] coniicio: *qua iter*, coll. Varrone de L. L. V. §. 47. *in Turdellis*] Romae vicus nobis incognitus. Lacunam supplet Urs. *malevoli etiam cognomine.* Putaverim potius fuisse, literis *M . . . . os* (quorum loco in vg. *Me* est) in *M . . . . is* mutatis: *Mercurii signum propter quadratam speciem* (τετράγωνον ἐργασίαν intelligo). 15. *latum*] corrigo *lacum*, id est vas aliquod maius. *datum* coni. Urs. 16. *in commentarium*] deleo *in commentario* corr. A. Aug. in mg. Urs. *significat*,] comma postposui, quod alii anteposuerant. *qui*] de hoc instrumentali *qui* cf. annot. ad Varron. de L. L. V. §. 21. *quia* coni. Urs. *lavet*] scribe *lavent*. A v. 16. ad penultimum usque codicem una duabusve syllabis ab ea divisione versuum, quam Urs. dedit, ita discedere, ut eam quasi praecurrat, notatum accepi, sed cum diligentior notatio deesset, Ursini versus reddere malui quam alios fingere. 17. *malluviae*] intellige aquas lavando sordidas. 18. *Max. praet.*] *Lex vetusta est, priscis literis verbisque scripta, ut, qui praetor maximus sit, idibus Septembribus clavum pangat*, Liv. VII, 3. Alius plane est maior praetor, de quo infra v. 33. 19. et 20. *ali*] cod. *alii* Urs. 20. *quia*] *qui* corr. A. Aug. in mg. 21. *Salutis augurio*] v. Cic. de div. I, 47. Sueton. Aug. 31. Tac. Ann. XII, 23. Cassius Dio XXXVII, 24. LI, 20. (οἰώνισμα ὑγιείας). 23. *Mortis causa*] v. Digest. XXXIX, 6. 28. *imprecaticie solita uallium*] *in precatione solitaurilium* corr. Turneb. Scal. Urs. 28. 29. *ne Messala*] *nemessalia*, omnia in v. 29., cod. habere traditur.

Qu. IX, 10, 3. *Mater Matuta*] cf. supra p. 7, 31. 8. *Modo* . . . 9. *modo*] *A modo quodam id est ratione dicuntur ista omnia: a modo* scriptum fuisse putat Urs. 13. *Naenia*] cf. Varro de vita P. R. apud Non. p. 145, 28. 14. 15. *Afranius in Materteris*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 179. n. 7. *Naeniam autem inter ex. cant.* supplet, Scal. fere secutus, Urs. Sed ita ne versus quidem efficitur. 17. *credi*] cod. Urs. tantum *cred* e cod. notat. 18. *abi ergo*] *ubi ego* corr. Dac., qui versum ex Pseudolo V, 1, 32. adduci intellexit. 19. *Idem huic hom*] cod. Urs. post voc. *Idem* interposuit *Trucul.*, cum iam A. Aug. versum ex Truculento II, 1, 3. laudari vidisset, et *nom* tanquam in cod. lectum dedit. 21. *esto*] *mesto* corr. Scal. Urs. Versus in Truculento nunc sic solet legi: *Huic homini amanti mea hera apud nos dixit neniam de bonis.* *Quosdam . . . verbum*] *Quosdam dicunt velle ideo dici naeniam* suppl. Urs. 22. *et*] *ei* corr. Scal. Urs. 24. 25. *vocabulo . . . Plautus*] *vocabulo, ad quod probandum testimonio utuntur Plauti* suppl. et corr. Urs. 26. *chedem*] cod. *chaeoem* Urs. *machaera* fuisse vidit Scal., qui locum ex Bacchid. IV, 8, 48 sqq. primus restituit. *ad*] *at* Scal. cum Urs. In secundo Plauti versu scribendo a Scal. et Urs. discessi, ut *ego* post quidem delerem et *tu* adderem, Palatino Plauti cod. obsecundans, quanquam Festi lectio in aliis quibusdam a codd. Plauti discrepat. *Reddam, ubi* non coalescit. 28. 29. *hinc . . . etiam*] *sive quod extremam flendo efferimus eam vocem querendoque, nam* suppl. Urs., qui etiam in seqq. verba alio ordine ponit. 30. *dic*] cod. Urs., qui id neglexit, *extremum dicunt* supplet. 32. *neni*] cod. ut videtur. Etiam hoc omisit Urs.

ANN. PAULI. 1. *flaminibus*] *flaminicis* Festus. Sed ipse Paulus errasse videtur. 4. *lautae*] M. *lotae* cett. Lind. 6. *quam*] boni codd., ut A. Aug. coniecerat. *quem* vg. Lind. cum deteriori cod. Post *mendicum* art. *municipium* legitur, quem in superiorem locum p. 127. reieci. 10. *Modo . . . a modo fit*] ita M., nisi quod hic om. *a* post *omnia*. Hinc reliquorum librorum lectio orta est. *Modo quodam, id est ratione dicuntur omnia ista* Gr., quem Lind. sequitur.

Vestae in penu exteriore, aquam iugem, vel quamlibet praeterquam quae per fistulas venit, addent†, atque ea demum in sacrificiis utuntur. ||Mortuae pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flaminicis nefas habetur.. sed aut occisae alioqui, aut immolatae, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt. ||Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius, cum ait L. II. "Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis." et Lucilius: "Nunc ad te redeo, ut quae res me impendet, agatur." ||Minorum pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit: item minimus, qui novissimus. ||Malevoli Mercurii signum erat proxime Ianum; qui item † erat in Turdellis M..os, ... appellabatur: Malevoli autem, quod in nullius tabernam spectabat. ||Malluvium latum † in † commentarium sacrorum significat, manus qui lavet†, a quo malluviae dicuntur, quibus manus sunt lautae perinde, ut quibus pedes, pelluviae. ||Maximum Praetorem dici putant ali eum, qui maximi imperi sit; ali, quia † aetatis maximae. pro collegio quidem Augurum decretum est, quod in Salutis augurio Praetores maiores et minores appellantur, non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere. ||Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quae ita fit, ut morte promissoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cuius stipulationis mors fuit causa. ||Marspedis, sive sine r littera maspedis, inprecaticie solita uallium † quid significet, ne Messala quidem Augur in explanatione auguriorum reperire se potuisse ait. ||Maiorem consulem L. Caesar putat dici, vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit. Praetorem autem maiorem, Urbanum: minores ceteros. ||Mend-*icum dici Verrius putat a mente* eius, quam fef-*ellerit fortuna, vel quod precetur quemque* ut vitae su-*ae medeatur cibo.* ||*Mater Matuta* manis, *mane, matrimonium, mater familiae,* matertera, *matrices, materiae dictae videntur,* ut ait Ve-*rrius, quia sint bona, qualia scilicet* sint, quae *sunt matura, vel potius a matre,* quae est ori-*ginis Graecae* μήτηρ. ||*Modo* quodam, id *est ratione, dicuntur ista omnia: a modo* fit commodi-*tas, commodus, commodat, accommodat,* modi-*ce, modestia, moderatio, modificatio.*

||Naenia est *carmen, quod in funere laudandi* gratia can-*tatur ad tibiam, quod vocabulum Afranius* in Ma-*terteris posuit:* " . . . . . *exequias* canti-*tabant." Sunt qui eo verbo finem significari* credi-*derunt, ut ait Plautus in Pseudolo:* "abi ergo † *circumvortor, cado: id fuit naenia ludo."* Idem: "Huic hom-*ini amanti mea hera* dixit domi, et ap-*ud nos de bonis naeniam* esto †." Quosdam *constat inde ducere verbum* quod et † voci sim-*ilior querimonia flentium* sit. quidam aiunt nae-*niae ductum nomen ab extremi* intestini voca-*bulo,* . . . . . nio utitur Plautus *in Bacchidibus:* "*si tibi est machedem* †: ad † nob-*is veruina est domi, qua quidem* te reddam, u-*bi tu me irritaveris, confossiorem* soricina *naenia"; hinc quod extremam flendo* efferim-*us eam vocem, dictam naeniam; atque etiam* Graeci *νέατον* dic-*unt extremum: sive quod chordarum* ultima - *νήτη dicitur, vocem extremam* cantionis neni-*am appellarunt.* ||*Naeniae deae* sacellum ultra portam *Viminalem fuerat*

EMEND. LECT. Qu. IX, 9, 2. *addunt.* 13. *qua iter.* 15. *lacum.* 16. *in*] dele. *lavent.* / 20. *qui.* 27. *in precatione solitaurilium.* Qu. IX, 10, 18. *ubi ego.* 21. *maesto.* 22. *ei.* 26. *machaera.* 27. *at.*

dedicatum: . . . . . aediculam. ||*Navali corona solet donari, qui pri*-mus in hostium *navem armatus transilierit, cuiusve* opera, *manuve navis hostium capta fuerit. adeptus* est eam M. *Terentius Varro, bello Piratico donante* CN. Pompeio *Magno. Item ali, inter quos M. A*-tillus † bello, *quod gestum est contra Poenos, ut scrip*-tum est in carmine *Saturnio, quod quidem duces ipsi sunt co*-nsueti *in tabellis publice ponere, in quo no*-minabantur *navali corona donati.* ||*Neunquam ponitur* pro nulla *tenus et pro non ita.* ||*Neceunt non eun*-t, ut nec *pro non.* ||*Nefrendes dictos asserit Q. Muci*-us Scaevola *arietes, quod dentibus frendere non pos*-sint. Ateius *Capito infantes esse nondum fre*-ndentes, id est, *frangentes. Livius* . . . . . ri: "Quem ego ne-
frendem alui lacteam immulgen-s opem. et . . . . . Pro nefrendibus *alii nefrundines intelligunt, quos* usus recens *dicit vel renes vel testicul*-os, quos Lanu-*vini appellant nebrundines,* Graeci *νεφρο-ύς, Praenestini nefrones.* ||Necerim, nec eum. ||*Nemora significant silv*-as amoenas: va-*let enim id quod Graece νέμος, cuius voc*-abuli auctor Homerus, *cum dicit in Iliade:* "*ἐν νέμεϊ σκιε-ρῷ ἐπί τε λῖν ἔμβαλε δαί-μων,* dubium non *est quin eum designet locu*-m qui campos et pascua *habeat: νέμος enim a Graecis διὰ-τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐ-τῷ appellatur.* ||*Ne*-mut, nisi etiam vel *nempe usus est Cato de pot. tr*-ibunici †, cum ait: "nemut . . . . . aerumnas." ||Neminis *genitivo casu Cato usus est* . . . "et quis diceret cum sit *neminis." Idem de aedilibus* vitio creatis: "neminisque . . . . . *Ennius* Erechtheo: "lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis." ||Nemo compositum videtur ex ne, et homo: quod confirmatur magis, quia in persona semper ponitur, nec pluraliter formari solet, quia intelligitur pro nullo. ||Neci datus proprie dicitur, qui sine volnere interfectus est, ut veneno, aut fame. ||Necessarium ait esse Opillus † Aurelius, in quo non sit cessandum, aut sine quo vivi non possit: aut sine quo non bene vivatur: aut quod non possit prohiberi, quin fiat. ||Necessari sunt, ut Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut adfines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter ceteros. ||Neclegens dictus est, non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat, omissa ratione officii sui. ||Nec coniunctionem Grammatici fere dicunt esse disiunctivam, ut nec legit, nec scribit, cum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit, eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII. est: "ast ei custos nec escit." item: "si adorat furto, quod nec manifestum erit." et apud Plautum in Fasmate: "nec recte si illi dixeris." et Turpilium in Demetrio: "nec recte dici mihi, quod iam dudum audio." ||Nec unquem, necunquam quemquam. ||Nequalia, detrimenta. ||Nequinont, pro nequeunt, ut solinunt, ferinunt, pro solent, et feriunt dicebant antiqui. Livius in Odissia: "partim errant, neque nunc † Graeciam redire." ||Nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut Pacuius cum ait: "Sed cum contendi nequitum ut † clam tendenda est plaga." Plautus in Satyrione: "retrahi nequitum, quoquo progressa est semel." et Cato Originum L. I.: "Fana in eo loco compluria fuere: ea exauguravit, praeterquam quod Termino fanum fuit; id nequitum exaugurari." ||Nequiquam significare

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 11, 6. *Atilius.* 29. *tribunicia.* Qu. IX, 12, 6. *Opilius.* 26. *nequinont.* 28. *vi: clam.*

LIBER XII.

Naenia est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt, qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt naeniam ideo dici, quod voci similior querimonia flentium sit. Quidam aiunt naeniae ductum nomen
(106) ab extremi intestini vocabulo; Graeci enim *νέατον* extremum dicunt; sive quod chordarum ultima *νήτη* dicitur, extremam cantionis vocem naeniam appellarunt. 5

Naeniae deae sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum.

Navali corona solet donari, qui primus in hostium navem armatus transilierit.

Nefrendes arietes dixerunt, quod dentibus frendere non possint. Alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Livius: "Quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem." Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuvini appellant **nebrundines**, Graeci *νεφρούς*, Praenestini **nefrones**. 10

Neceunt* non eunt. **Necerim** nec eum. **Nemora** significant silvas amoenas. **Nemut** nisi etiam, vel nempe.

Neminis genitivo casu Cato usus est, quum dixit: "Sunt multi corde quos non miseret neminis."

Nemo, nec homo. **Neci** datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame.

Necessarium, in quo non sit cessandum.

Necessarii dicuntur cognati aut affines, in quos necessaria officia conferuntur. 15

Neclegens non legens, neque electum habens, quid debeat facere.

Nec coniunctio disiunctiva est, ut nec legit, nec scribit. Ponitur et pro non. Turpilius: "Nec recte dici mihi iamdudum audio." **Necunquem**, nec unquam quemquam. **Nequalia** detrimenta. **Nequinont** nequeunt.

Nequitum et **nequitur** pro non posse dixerunt. **Nequiquam** frustra.

ANN. FESTI. Qu. IX, 11, 1. *nunc habet tantum aed.* suppl. Urs., quae omisi. De Naenia dea August. de C. D. VI, 9. e Varrone, Arnob. adv. gent. IV, 7. 4. 5. *M. Ter. Varro*] hunc intelligi vidit A. Aug., collato Plin. N. H. VII, 30, 31. §. 115. XVI, 4, 3. §. 7. 6. *Atillus*] *Atilius* corr. Scal. Urs.: quorum de additamentis v. Suppl. Ann. 10. *Neunquam*] Placidus p. 487. ap. Maium: *Neunquam et non significat et non ita et non adeo.* 11. *Neceunt n. e.*] supplevi ne Paulo auctor suus deesset, quoniam post *nefrendes* nihil eiusmodi interponi posset. Cf. Praef. II, 3. 12. *Nefr. . . . arietes*] concinunt Varro de R. R. II, 4. Terent. Scaurus de orthogr. p. 2251 P., nisi quod de porcis locuntur. *nefrendes sues* pro porcis castratis habet Fulgentius p. 559. 14. *infantes*] haec Placidus p. 486. reddidit. 15. *Livius*] de Scal. et Urs. sententia v. Suppl. Ann. 17-19. *Pro nefr. . . . testiculos*] aliter Urs. v. Suppl. Ann. Cf. Festus v. rienes Qu. XIII, 13. p. 85. 19. *os*] cod., quod neglexit Urs. 21. *Necerim*] *cerim* nunc in cod. exstat: de hoc voc. v. Suppl. Ann. 22. *as*] *a* addidi e cod. 23. *abuli*] item. 22. 23. De Urs. sententia v. Suppl. Ann. 24. *cum*] *qui* suppl. Urs. Iliad. *A*, 480. intelligi vidit Scal. 25. Post *δαίμων* sustuli punctum. 26. *m*] addidi e cod. 27. *νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ*] *OMAΣ . . . ENAY* nunc in cod. legitur. 29. *tribunici*] *tribunicia* corr. Urs. Oratio alias non cognita. *nemut*] om. Urs.: addidi e cod. 30. *Neminis*] exemplum e Plauti Capt. III, 5, 106. addidit Dac. Cf. Non. p. 143, 17. Usum singulorum casuum voce. *nemo* et *nullus* nuper eximie illustravit Stuerenberg in Cicer. de off. p. 173 sq. 32. *de aedil. vitio creatis*] nota oratio e Gell. XIII, 16, 1. cf. Meyer Orr. fragm. p. 41. Lion. Caton. p. 70. *de magistratibus v. cr.* suppl. Scal. Urs. 33. *Enn. Erechtheo*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 41. fr. 3.

Qu. IX, 12. Per totam fere paginam versus aliter diremi quam Urs., cum hic v. 3. 4. 5. 6. 7. syllabas quasdam non recte in seqq. vv. reiecerit, v. autem 11. 12. 13. 16. usque ad 33, exc. v. 22, syllabam primam (interdum duas) proximo superiori addiderit. 6. *Opillus*] *Opilius* corr. A. Aug. in mg. 9. *Necessari*] haec illustrat Klenzius de cogn. et affin. p. 13. 10. *aut ad.*] *aut* in cod. bis extare accepi. 17. *intellegi*] cod. *intelligi* Urs. 18. *ast ei custos*] cf. Dirksen de XII tabb. p. 369. 19. *nec escit*] v. Suppl. Ann. *si adorat*] Dirksen p. 585. Sed de huius V. D. annot. critica v. Praef. I, 1. De voc. adorare Paulus p. 16. 20. *Fasmate*] Mostell. I, 3, 83. cf. etiam Bacch. I, II, 11. ed. Ritschl. 21. *Turp. in Demetrio*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 81. fr. 14. 22. *Nec unquem*] v. Suppl. Ann. 24. Inter *sol.* et *ferinunt* Urs. habet *et*, quod cod. om. Cf. Paulus p. 52. v. danunt. 26. *Odissia*] fort. fuit *Odussia*. *neque nunc*] *nequinont* corr. Urs. *nequinunt* Scal. V. Suppl. Ann. 27. *Pacuius*] Bothe P. Sc. V, II. p. 150. inc. 17. 28. *ut*] *vi* corr. Scal. *tum* Urs. Quamquam diaeresis tetrametri huic favet, illi obsequor. 29. *Plautus in Satyr.*] Bothe p. 440. fr. 2. 30. *Cato Orig.*] A. Krause fragm. histor. p. 106. cf. Liv. I, 55. 31. *compluria*] cod. *complura* Urs. 33. *Nequiquam*] v. Suppl. Ann. *significare*] Urs. *significari* vg. et sic e cod. relatum habeo.

ANN. PAULI. 4. *νέατον*] A. Aug. in mg. Lind. *nematon* M. *neaton* Gu. *νέτον* vg. *νήτη*] *neten* M. Gu. *νεάτη* A. Aug. in mg. Lind. *νέτη* vg. 5. *appellarunt*] *appellaverunt* Gu. Lind. 10. *nebrundines*] *nefrundines*) mg. A. Aug. *nefrones*] ed. vet. Ald. vg. *nefrenes* Lind.: sphalma typothetae. 11. *Neceunt*] *nequeunt* boni codd. v. Suppl. Ann. 12. *Cato*] *Ennius*. Sed haec est ipsius Pauli socordia. 16. *neclegens*] M. *neglegens* Gu. Lind. *negligens* vg.

Nectere ligare. Nectar Graece significat deorum potionem.

(107) "Nequam aurum est, auris quodvis vehementius ambit." Hoc versu Lucilius significare videtur, nequam esse aurum, quod aures laedat pondere inaurium, quum auris inciditur; vel etiam cupiditatem pecuniae voluit significare.

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes vel etiam cervices impediuntur. Negumate negate.

5 Nebulo dictus est, qui non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici possit, qualis sit.

Negibundum pro negante dixerunt. Neutiquam pro nullo modo.

Nepotes luxuriosae vitae homines appellati, quod non magis his rei suae familiaris cura est, quam his, quibus pater avusque vivunt. Nepos compositum ab eo, quod natus post sit patri, quam filius.

Nefasti dies N litera notantur.

10 Nepa Afrorum lingua sidus, quod cancer appellatur, vel, ut quidam volunt, scorpios. Plautus: "Dabo me ad parietem, imitabor nepam." Nepus non purus.

Nautea herba granis nigris, qua coriarii utuntur: a nave ductum nomen, quia nauseam facit permutatione T et S.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 13, 1. *quod*] ed. Rom. *pro* Santand. Lind. 2-5.] Urs. codicem una duabusve syllabis ita superat, ut eas priori cuique versui addat. 5. *ex stramentis*] *extramentis* cod. *naturas*] *napurâs* corr. A. Aug. in mg. Urs. coll. Festo p. 17, 22. 7. *Vergil.*] Aen. I, 437. 8. *Lucret.*] II, 847. 9. *nardi . . . nectar*] *narde . . . nectare* cod. *floribus*] *naribus* Lucretius. 11. *quod vis*] coniunge in unum vocabulum. Cf. Suppl. Ann. 12. *ambit*] Urs. *ambiat* e cod. enotatur. *significari*] Urs. *significare* cod. 15. *intellegi*] cod. *intelligi* Urs. 19. 20. Horum vv. primae syllabae ab Urs. in superiores reiiciuntur. 20. *pro*] *propere* corr. Urs. Comparati sunt iucundissimi versus Catulli 65, 19. *Nexum*] cf. imprimis Varro de L. L. VII, 105. Cic. de Orat. III, 40. 23. *factio, nexi*] Urs. *factione. XI* cod. *dando*] *datio* corr. A. Aug. in mg. *liber.*] *liberatio* corr. idem. *Nervum*] *Nervium* e cod. notatur. 24. 25. 30. 31. 32. 33. Horum vv., ut superiorum, initium Urs. truncavit, 26. et 27. autem finem. 25. *inpediuntur*] cod., sed literae *ur* in hoc deesse dicuntur. *impediuntur* Urs. Scal. comparat illud e XII tab.: *vincito aut nervo aut compedibus* ex Gellio XX, 1. et alia. 26. *eo epol*] *edepol* corr. Scal. Urs. *nervo*] cod. vg. *nemo* Urs. Bothe p. 445. inc. 20. *probat*] *probas* scr. Scal. 28. 29. *Cn. Marci*] de Marciis vatibus Liv. XXV, 11. Cic. de div. I, 40. 50. Macrob. Sat. I, 17. 30. *moventium*] vv. dd. conamina v. in Suppl. Ann. 30. 31. *auguris*] cod. *auguriis* Urs. Negritu est nec-ritu. 33. *quam*] *qui* Paulus, vg. Similiter Nonius p. 18, 27.

Qu. IX, 14, 5. *Sed mihi neut.*] hunc versum reposuit Urs. ex Cicer. Acad. prior. II, 17. 6. 7. Ciceronis de univ. 11. locus, quem Urs. in h. l. intulit, hac una re commendatur, quod spatio non disconvenit. 8. *Tuscis*] cf. Etrusc. rer. I, 3, 12. T. I. p. 277. Glossar. Labb.: *Nepos καταφαγάς* (*καταφαγᾶς*). Placidus p. 486.: *Nepos, luxuriosus.* *vel*] *nam* suppl. Urs., sed illud sententia postulat. 12. 13. *Aristarchus*] Ita Urs., quem in his resarciendis maxime secutus sum. Inter Aristarchum et Callimachum dubius haerebat A. Aug. 14. *νεπόδεσσιν ἑτοίμη*] *ΠΟΔΕΣΣΙΝ* solum est in cod., ut in vg. Reliqua Graeca Urs. addidit. Cf. Suppl. Ann. Aristarchus eam glossam adhibuisse videtur in explicando Od. IV. v. 404. cf. Eustath. p. 1502. R. 14. *Nefasti*] *Nephasti* h. l. et seqq. Urs. 15. *notantur*] *notabantur* suppl. Urs., sed nota haec in Kalendariis etiamtum in usu erat. 16. *aput*] *apud* corr. Urs. *do, dico, addico*] cf. imprimis Varro de L. L. VI, 30., ex quo Festi verba restituenda esse vidit A. Aug. 17. *nep.*] scr. NP., nam aliter in Kalendariis haec nota non extat. Quae ad explicandam eam notam cum Urs. posui, ex solis Festi verborum reliquiis colliguntur. Quae mutavi pauca, explicui in Suppl. Ann. 19. 20. *scribuntur*] *unt.* e cod. notatur. 22. *Nepa*] de nepa caelesti v. Ennius Iphig. ap. Cicer. de R. P. I, 18. Cicero in Arateis scorpium intelligit. Glossar. Labb.: *Nepa σκορπίος, γήινος σκορπίος.* Absurde Placidus p. 488. 24. *Casina*] II, 8, 7. Eundem locum adhibet Non. p. 145. 14. 26. *Nesi*] locum suppl. Scal., nisi quod Urs. ad spatium explendum *dedicationis* adiecit. Cf. de legibus aedium sacrarum supra ad p. 6, 27. annotata. Dianae Aventinensis legem celeberrimam fuisse, intelligitur ex lege arae Augusti numini a plebe Narbonensium dedicatae ap. Gruter. p. 229, 1. Orell. 2489.: *ceterae leges huic arae titulisque eaedem sunto quae sunt arae Dianae in Aventino.* 29. *coriari*] cod. *coriarii* Urs. *nave*] supplevi ex Paulo. *nausea* Urs. Cf. Non. p. 8, 6. 30. *intermediarum*] *intermedia* suppl. Urs. Etiam illud non plane satisfacit. 32. *Plautus in Art.*] V. Bothe p. 433. fr. 2.

ANN. PAULI. 6. *Negibundum*] M. vg. *negabundum* Gu. Lind. 10. *scorpios*] M. *scorphius* Gu. *scorpius* cett. 12. *qua coriarii*] *qua* om. M. *ductum*] M. vg. *dictum* Gu. Lind. *permutatione*] M. vg. *per mutationem* Gu. Lind.

idem quod frustra, plurimis auctorum exemplis manifestum est. ||Nectere ligare significat, et est apud plurimos auctores frequens, quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo: "Pontifex minor ex stramentis naturas † nectito", id est funiculos facito, quibus sues adnectantur. ||Nectar Graece significat deorum potionem. Unde Vergilius ait: "Stipant et dulci distendunt nectare cellas"; item Lucretius L. II.: "Et nardi florem, nectar qui floribus † halet." ||Non pridem, aeque, et recte, et frequenter dicitur, ac iampridem, quampridem. || "Nequam aurum est, auris quod vis † vehementius ambit" hoc versu Lucili significari ait Sinnius Capito, nequam esse aurum quod auris laedat; vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur; vel ex auro intellegi pecuniam, cuius respectu, et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci. ||Nec mulieri, nec gremio credi oportere: proverbium est, quod et illa incerti et levis animi est, et plerumque in gremio posita, cum in oblivionem venerunt pro † exsurgentium, procidunt. ||Nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcunque per aes et libram geritur. idque necti dicitur. quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi dando †, nexi liberanto †. ||Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur. quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait: "perfidiose captus eo epol † nervo cervices probat." ||Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur. ||Negumate in carmine Cn. Marci vatis significat, negate, cum ait: "quamvis moventium † duonum negumate." ||Negritu in auguris significat aegritudo. ||Nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est, quam nebula, aut quam † nõ facile perspici possit, qualis sit, nequ., nugator.

||Negibundum a-*ntiqui pro negante dixerunt. Cato in* ea, quam scrips[illegible] . . . . . negibundus . . . . . ||Neutiquam *pro nullo modo dici, testis est* . . . cum ait: "Sed *mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspect-u." Cic. "Indissolubiles qudē ēē nō potestis* neutiquam *tamen dissolvemini."* ||*Nepos luxuriosus a* Tuscis dicitur: *vel nepotes sunt luxuriosae vitae* homines *appellati, quod non magis his res* sua famil-*iaris curae est, quam is, quibus pater avusque* vivunt. qu-*od nomen ductum ab eo, quod natus post patri* sit, quam fil-*ius. quidam, inter quos Aristar*chus inter-*pres Homeri, Graecum putant, qui: "τεοῖσι νε-πόδεσσιν - ἑτοίμη" afferunt ex Apollonio.* ||*Nefas*ti dies not-*antur N litera, quod iis nefas est praetori* aput quem *lege agitur, fari tria verba: do, dico,* addico. ||Nep.† *nota designari solent qui nefasti poste*riores sunt, q-*uorum pars anterior fas: his servi* liberati sunt, *delectus habentur, exercitus scrib*untur, et in provin-*cias ire licet: sacra quoque* instituta fiunt, *et vota nuncupata solvi* et aedes sacrari so-*lent.* ||*Nepa Afrorum lingua* sidus, quod dicitur a nostris c-*ancer, vel ut quidam* scorpios. Plautus in *Casina: "Recessim dabo me* ad parietem, imita-*bor nepam.* ||*Nepus non purus.* ||Nesi pro sine positum *est in lege dedicationis arae* Dianae Aventinen-*sis.* ||*Nauteam ait Opi*lius Aurelius, herb-*ae genus esse granis nigris,* qua coriari utuntur, *cuius videri a nave duc*tum nomen, quia nauseam fa-*cit, permutatione T. et* S. literarum interme-*diarum antiquis consueta.* Plautus in Artemone: "*Unguentum, quod naribus mu*lionum nauteam fecisset . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 13, 5. *napuras.* 9. *naribus.* 11. *quodvis.* 20. *properc.* 23. *datio. liberatio.* 26. *edepol.* 30. *moventium*] corrupte. 33. *qui.* Qu. IX, 14, 17. *NP.*

. . . . . lem atque aromatum. *Idem Curculione: "Nam odor u*-nguentum omnium *prae tuo nautea est." In Casina "Ei pr*-o scorto supponetur *hircus unctus nautea."* *Labeo* in commentario *iuris pontifici ait, nauteam rubi*-dum quiddam *esse, quo pontificum vestimenta quaedam* colorant. ||*Natio in eadem terra hominum genu*-s natum. Cincius *genus hominum, qui non aliunde vener*-unt, sed ibi *nati sunt, significari ait. idemque n*-ationem ait *non tantum universim de om*-nibus, set etiam *de singularibus hominib*-us seiunctim *dici solere. Sinnius autem Capi*-to, omnia fere *genera hominum per nationes dividi, ut Picent*-es Sabinos *esse gente, natione Picentes. in pecoribus* quoque bonus *proventus feturae bona natio dicitur.* ||Nautiorum familia *a Troianis dicitur oriunda. Fuit enim* eorum princeps *Nautes, qui Romam detulit simulacrum* aeneum Minervae, *cui postea Nautii sacri*-ficare soliti *sunt. unde ipsa quoque dea Nautia vo*-cabatur *hac de cau*-*sa.* . . . . . conductique a B *rutti*s . . . . . *Mess*-anam oppugna- . . . . . missus L. Caecilius *Metellus* . . . . . fectus esset, missi . . . . . *expostulat*-um de foedere violato . . . . . us, P. Veturius, qui . . . . . refectionem corporis . . . . . *co*-nsedissent, Brutti, ... Romanis erat, bello . . . . . fecit: inde a principe *Naute familia Nautia* appellata est. ||Nati*natio dicebatur negoti*-atio: et Natinatores *ex eo seditiosa negotia* gerentes. M. Cato in *Orig. l. V. scripsit: "Audito tu*-multu Macedoniae, Etruriam, Samnites, Lucanos, inter se natinari, atque factiones esse." ||Naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint, id quod est nullius preti. Idem sentit et Cincius. quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana, nacae † dicantur a Graecis. ||Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius, quod in oleae nucis quod † intus sit. Aelius Stilo omnium rerum putamen. Glossematorum autem scriptores, fabae grani quod haereat in fabulo. Quidam ex Graeco, quod sit ναὶ καὶ οὐχὶ, levem hominem significari. Quidam nucis iuglandis, quam Verrius iugulandam † vocat, medium velut dissepimentum. Plautus in Parasito pigro: "ambo magna laude lauti, postremo ambo sumus non nauci." item in Mostellaria: "Quod id esse dicam verbum nauci, nescio." et in Truculento: "Amas hominem non nauci." et Naevius et †, in Tunicularia: "Eius noctem nauco ducere." Sed † Ennius: "illuc † est nugator nihili, non nauci homo." ||Nares appellari putant, quod per ea nasi foramina odoris cuiusque nari flamus †. ||Narica † est genus piscis minuti. Plautus: "Muriaticam autem video in vasis stagneis, naricam † bonam et canutam et taguma quinas † fartas, conchas piscinarias." ||Nancitor † in XII. nactus erit, praeno erit †. Item in foedere Latino: "pecuniam quis nancitor, habeto:" et: "si quid pignoris nasciscitur †, sibi habeto." ||Nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut avis. Ennius L. VII.: "alter nare cupit, alter pugnare paratust." Plautus in Aulularia: "Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis." natare igitur est, saepius nare, ut dictitare, factitare. ||Navus, celer, ac strenuus, a navium velocitate videtur dictus. En-

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 16, 5. νάκη. 7. *quod oleae nucisque.* 11. 12. *iuglandam.* 17. *et*] dele. 18. *Sed*] adde *et. illic.* 20. *fiamus. Narita* 22. *Et naritam.* 22, 23. *cornutam et trygona, squillasque.* 24. *Nanxitor. praenderit.* 26. *nanxsitor?* 28. *navis.*

Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus feturae bona natio dicitur. **Nautiorum** familia a Troianis dicitur oriunda.

Natinatio dicebatur negotiatio, et **natinatores** ex eo seditiosi.

Naccae appellantur fullones, quod nauci non sint, id est nullius pretii. Omnia fere opera ex lana nacae dicuntur a Graecis.

Naucus pro nugis ponitur, alias pro oleae aut nucis nucleo. Alii omnium rerum putamen ita appellari volunt. Quidam ex Graeco, quod sit *ναὶ καὶ οὐχί*, levem hominem significare volentes. Quidam volunt sic appellari membranulam, quae in nucis iuglandis est medio. 5

Narita* genus piscis minuti. **Nancitor** nactus erit. **Nare** a nave ductum, quod aqua feratur natans, ut navis.

Natare est saepius nare, ut dictitare, factitare. **Navus** celer ac strenuus a navium velocitate dictus. (108)

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 15, 2. *Curculione*] huius fabulae v. I, 2, 5. afferri vidit A. Aug. 3. *Casina*] Grex 7., ut indicavit A. Aug. 4. Labeoni quae supposuit Urs., bene quidem inventa, sed valde incerta sunt. 7. *Natio . . . natum*] *Nationem, item apud antiquos natum* Urs et similiter Scal. Sed natum pro natione dictum nusquam repperi. 10. 11. *set e-tiam*] *set* (quod mutat in *sed*) *e-t* Urs. *se te* vg. 11. *de singul.*] ut dicitur: *natione Syrus.* Sic intellige Urs. supplem. 13. 14. *ut . . . Picentes*] tentavi pro supplem. Urs.: *ut Cures, Sabinos, Hernicos, Aequos, item Volscos.* De gentis et nationis discrimine quaedam Boetticher. Lex. Tacit. p. 218. 14. *pecoribus*] *bus* est in cod., quod Urs. neglexit. 15. *feturae*] *futurae* Santand., ex errore typogr., quem repetiit Lind. 15. De Nautiorum sacris Minervalibus cf. Virgil. Aen. V, 704. cum Servio, Dionys. VI, 69. Hinc v. 15-19. suppl. Scal. et Urs. Sed quae iidem in v. 20-30. tentaverunt, paucis verbis exceptis, reiecci in Suppl. Ann. 27. *Brutti*] cod. i. e. Bruttii. *Brutii* Urs. 29. *fecit*] vel *ficit* in cod. agnoscitur. *unt* posuit Urs. et suppl. *desciver-unt.* 30. *Natin.*] Gloss. Isid.: *Natinari, negotiari.* 32. *seditiosa*] *seditiosi*, suppl. Urs. 33. *Orig. . . . audito*] haec supplevi. Catonis Origg. l. V., Corn. Nepote Cat. 3. teste, bellum Punicum sec. continebat. Macedonicus autem hic tumultus Philippi regis foedus cum Hannibale initum, a. u. c. 539, spectare videtur. 33. 1. *Et-ruriam*] cod. *E-truriam* Urs.

Qu. IX, 16, 3. 6. 8. Initia horum vv. Urs. in priores vv. reiecit. Sic etiam 11. 15. 19. 20. 21. 24. et seqq. omnium usque ad ult. Vv. autem 9 et 12. ultimis syllabis spoliavit. 5. *nacae*] scr. *νάκη*. Dac. coni.: *nacae dicantur a Graecis νάκη.* 7. *quod in olea nucis quod*] scr. *quod oleae nucisque. quod in olea nucique* A. Aug. *quod in oleae nuce* vel *in olea et nuce quod* Dac. 8. *glossematorum*] Urs. *glosematorum* cod. 9. *fabulo*] *fabae hilo* corr. A. Aug. in mg. Urs., sed *fabulus* sive *fabulum* Catonis et Plauti et Gellii usu defenditur. V. Schneider. Ind. script. rust. p. 189. Ex nostro loco intelligitur fabulos valvulas significare, quibus singula grana inhaerent, naucosque esse parvos illos pedunculos, quibus fabae in valvulis fixae sunt. 10. *quod sit*] cod. om. Urs. 10. 11. *significari*] Urs. *significare* cod. 11. 12. *iugulandam*] *iuglandam* corr. Urs., ut vg. 12. 13. *Plautus in Paras. pigro*] Bothe p. 440. fr. 2. 14. *Mostell.*] V, 1, 2. 15. *Trucul.*] II, 7, 50. 16. 17. *Naevius . . in Tunic.*] Bothe P. Sc. L. V, II, p. 2. fr. 3. 17. *et*] transponendum esse in v. 18. post voc. *Sed*, notavit A. Aug. in mg. *nauco*] *nauci* coni. Bothius. Nihil muto. 18. *Ennius*] Bothe p. 8. inc. 10. *illuc*] *illic* corr. Urs., ut vg. *nihili*] Urs. *nihil* in cod. esse traditur. 20. *flamus*] *fiamus* corr. A. Aug. in mg. Sic nares a naritate derivantur a Donato in Terent. Adelph. III, 3, 43. *Narica*] *Narita* corr. Scal. *Ναριτᾶν*, ostreorum generis, antiqua est celebritas. V. Ibyci versus fragm. 32. Schneidew. 22. *stagneis*] *stanneis* corr. Urs., sed stagneum dictum esse, quod e stanno factum stannove inductum sit, multa sunt quae demonstrent a Forcellinio h. v. composita. 23. *fartas*] cod. *factas* Urs. De Plauti vv., quos ita refingo: *Et naritam bonam et cornutam et trygona,| squillasque fartas, conchas piscinarias*, v. Suppl. Ann. 24. *praeno erit*] scr. *praehenderit*, monstratum a Cuiacio Observv. X, 11., vel contracta forma *praenderit. prenderit* Huschk. in Richteri Ann. iurispr. 1837. fasc. X. p. 900. *praedatus erit* vg. Cf. Festus v. renancitur, Qu. XIII, 14. p. 86, 29. *Nancitor* autem quomodo futurum exactum esse possit, non intelligo nisi correcta una litera. Ab antiquo verbo **nancio** fut. ex. fit **nanxo**, sicut a capio capso; idque translatum in passivam formam efficit **nanxitur** vel **nanxitor**, ut a turbasso fit turbassitur. Itaque *nanxitor* a Festo scriptum puto, quanquam iam Paulus *nancitor* legit. 25. *in foed. Lat.*] in illo, de quo Liv. II, 33. Dionys. Hal. VI, 95., a. u. c. 261. facto. *quis*] *qui* corr. A. Aug. in mg., sed *quis* pro *qui* ἀρχαικῶς dici observat Scal. 26. *nasciscitur*] *nancitor* corr. A. Aug. in mg. Fuit fort. NANXSITOR. 28. *avis*] *navis* corr. Urs., ut vg. *Enn. l. VII*] Ann. VII, 56. Mer. 29. *Aulularia*] Urs. *Alularias* cod. Est IV, 1, 9. 30. *pueri*] *pueris* coni. Urs., sed Plauti locus dativum non desiderat, et cf. Festus Qu. XV, 4. p. 140, 12.

ANNOT. PAULI. 2. *a Troianis*] Gu. vg. *a* om. M. et alii. 6. *ναὶ καὶ οὐχί*] vg. NE CE VHI M., cett. codd. etiam corruptius. 8. *Narita*] *Narica* codd. vg. Lind.

Nassiterna genus vasis aquarii ansati et patentis.

Nassa est piscatorii* vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus: "Nunquam ex ista nassa hodie ego escam petam." **Napurae** funiculi. **Naustibulum** alveum ad navis similitudinem factum.

Navia lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti solent.

5 **Nauscit**, quum granum fabae se nascendi gratia aperit, quod sit non dissimile navis formae.

Naevia silva dicta iuxta Urbem, quod Naevi cuiusdam fuerit.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 17, 1. 2. *Ennius*] Ann. VI, 4. et XVI, 33. Mer. 3. *insuper.*] *induperantum* corr. Scal. Merula. *Plautus in Frivol.*] Bothe p. 438. fr. 4. 4. *ductarier*] i. e. non pati ut lente ducaris. *ductarie* Scal., navem funibus tractam intelligens. *Navalis scriba*] Homericum φόρτου μνήμων ex Od. VIII, 163. comparat Scal., sed hunc a mercatore, navis domino, non differre nunc statuunt recte. V. Nitsch. comment. Od. l. l. De navalibus scribis Barth. Adv. L, 1. 7. *esse*] *esset* corr. Urs., ut vg. *Plautus*] Bothe p. 445. inc. 22. 8. *columbari*] *columbar* corr. Scal. *inpudens*] cod. *impudens* Urs. *columbaria in nave*] cf. Isidor. Origg. XIX, 2. Ita etiam ὀπαὶ tignorum columbaria dicuntur, Vitruv. IV, 2. In eadem voce ludit Plautus Rudent. III, 6, 50. 9. 10. *rem geminent*] *remi eminent* corr. Turneb. Adv. X, 15., Scal. Urs., qui etiam: *remi emicant* proposuit: *e quibus remigant* coni. Dac. 11. *Nassiterna*] *Nasiterna* voluit Scal., quod vas tres nasos haberet: veriloquium minime probabile. Nonius p. 546, 6. Fulgent. p. 563, 29. perperam a Gothofredo eius testes advocantur. Placidus p. 486.: *Nasiterna, vas aquarium.* *vasi*] cod. *vasis* Urs. *Vasum* Catoni, Plauto, aliis antiquioribus usitatum fuisse constat. 13. *Plautus in Bacchid.*] in sc. deperd. *haec quis*] *ecquis* corr. Urs. 14. 15. *Nervol.*] locus legitur in Sticho II, 2, 27. 16. *sine suffragio*] Mirum, quod Festus haec vocc. cum superioribus coniunxit, cum Plautus ea alii interlocutori tribuerit. 16. 17. *Cato ... in Q. Sulpic.*] Meyer. Orr. fragm. p. 77. Lion. Caton. p. 65. 17. *Quotiens*] cod. *Quoties* Urs. *truilos*] *trulleos* corr. Scal. Sed truleum neutrius generis est ap. Varron. de L. L. V. §. 118. Fulgent. p. 547. cf. Cato de R. R. 10. 11. Praefero *trullas*, ut Meyerus. 18. *perfusos*] *pertusos* corr. A. Aug. in mg. 19. *piscatoria*] *piscatorii* corr. Urs., ut vg. *vasi*] *vasis* corr. Urs.: sed v. supra 11. 20. *Plautus*] Mil. glor. II, 6, 98. 22. *cum dixit Pontifex*] *pontifici minori*, v. p. 13, 4. 24. *videlicet a*] supplevi, cum cod. *vid. a* cum lacuna plurium literarum habeat. Urs. *vide a* tanquam e cod. et *videlicet* e coni. 25. *est*] *ex* corr. Scal., qui etiam: *est unum lignum exsculptum*, tentaverat. *exculpto*] praefero *exculpta*. 26. *quo ut. alveo*] alii lintres dicunt, v. Tibull. I, 5, 23. cf. Voss. in Virgil. G. I, 262. 26. 27. *ficus ... Navia*] de hac alii scriptores nihil, nisi quod Dionys. Hal. III, 70. Navii aeneam statuam in foro ante curiam esse dicit πλησίον τῆς ἱερᾶς οἰκῆς. De cote autem et novacula et puteali superimposito v. Cic. de div. I, 17, 33. Liv. I, 36. Dionys. III, 70. Plin. N. H. XXXIV, 5. Val. Max. 1, 4. cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 801. Plinius autem N. H. XV, 18, 20. §. 77. aliam famam secutus Ruminalem ficum narrat Atto Navio auctore translatam esse in comitium: cuius verba post Turnebi, Scaligeri, Salmasii et novissimas Bunsenii in Ann. Inst. Arch. T. VIII. p. 248. curas sic fere legenda sunt: *Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio, ante Romam nata, sacra fulguribus ibi conditis, Ruminalisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli ac Remi, conditorum Urbis, appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumen (ita vocabant mammam): Navia autem miraculo ex aere iuxta dicato, tanquam in comitium sponte transisset Atti Navi augurio, quae cum arescit, rursus cura sacerdotum seritur.* Cf. Qu. XIII, 7. p. 79, 21. v. ruminalis ficus. 29. *deterrereturque*] e cod. invenio notatum: *deterretur quod. Atto*] cod. *Attio* Urs. Hinc etiam v. 27. *Atto* restituendum erit. 32. *illo*] *ille* corr. Urs.

Qu. IX, 18, 1-18. De Scaligeri et Ursini supplem. v. Suppl. Ann. 12. *dei*] cod. *de* Urs. reliqua supplens. 19. *nauscit*] ab rad. NAUC, sicut *disco* ab rad. DIC (Graece ΔΑΧ). *Naucit* coni. Meurs. Exc. crit. II, I, 8. 20. *sit non*] cod. *non sit* Urs. 23. 24. *Cato . . proficise.*] Meyer. Orr. fragm. p. 72. Lion. Caton. p. 52. Catonis sententiam, non ipsa verba, reddunt Plin. N. H. XIV, 13. Frontin. Strateg. IV, 3, 1. 25. *eodem*] *tantum eo* suppl. Scal. Urs. 25. *Naev. silvam*] cf. Varro de L. L. V. §. 163. 26. *ad mil. quartum*] suppl. Urs., dubito an non recte, cum Varro significet, Naevia nemora proxime ipsam portam fuisse. 27. *Naevi*] ut puto cod., ex quo *Natui* enotatum habeo, *Naevii* Urs. *quam*] *a quo* suppl. Scal. Urs. 30. *ads*] cod. *ad* Urs. reliqua tanquam sua addens. 31. 32. *M. Cato ... appell.*] Meyer. Orr. fragm. p. 71. Lion. Caton p. 62. 32. 33. Urs. supplementa abieci, quippe plane falsa et inepta: *Orsus iter eram a porta Naevia atque exinde in nemora Naevia a domo procul Naevia.* Si hariolandum esset, haec fere ponerem: *Vise silvam proximam a porta Naevia atque ex-plora, qui in ea homines consistant: invenies Caelium.*

ANN. PAULI. 1. *Nassiterna*] vg. *Nasiterna* codd. Lind. 2. *piscatorii*] vg. *piscatoria* boni codd. cf. Praef. I, 3. 3. *alveum*] v. annot. ad Paulum p. 7. v. alveolum. 4. *ut navis*] ed. vet. Ald. vg. om. Lind. 5. *sit*] Berolinensis cod. A. Aug. in mg. *fit* Lind. cum cett. codd. 6. *Naevi*] boni codd. *Naevii* vg.

nius L. VI.: "Navus repertus homo Graio patre Graius homo rex." et L. XVI.: "Navorum imperium servare est insuperantum †." Plautus in Frivolaria: "Nave agere oportet, quod agas, non ductarier." ||Navalis scriba, qui in nave apparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esse† obiectum. Plautus: "non ego te novi, navalis scriba, columbari† inpudens." sive quod columbaria in nave appellantur ea, quibus rem geminent†, sive quod columbariorum quaestus temerarius incertusque. ||Nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus: "haec quis† evocat cum nassiterna, et cum aqua istum impurissimum?" et in Nervolaria: "Ecquis huc effert nassiternam cum aqua sine suffragio?" et Cato in ea oratione, quam composuit in Q. Sulpicium: "Quotiens vidi truilos † nassiternas perfusos † aqualis matellas sine ansis." ||Nassa est piscatoria † vasi genus, quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus: "Numquam hercule ex ista nassa hodie ego escam petam." ||Napuras nectito, cum dixit Pontifex, funiculi ex stramentis fiunt. ||Naustibulum vocabant antiqui vas alvei simile vide-*licet* a navis similitudine. ||Navia est † uno ligno exculpto †, ut navis, quo utuntur alveo in vindemia. ficus quoque in comitio appellatur Navia ab Attio † Navio augure. Nam cum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet, deterrereturque ab Atto per augurium, ut eluderet eius prudentiam, interrogavit eum, an fieri possit id, quod animo proposuisset suo; cui illo † permittente augurio cum respondisset effici posse; iussit Rex cotem ac novaculam pro-*ferri, quibus prolatis interrogatus augur*, an cos illa *posset praecidi, cum respondisset posse, novaculam* subito *praecidit: quapropter Naevius, cum monitus* ex eo, Tarqui-*nius nihil amplius auderet contra facere*, nova-*culam illam et cotem sub locum consecratum* defo-*di iussit, et ficum, praedixit, proventuram* esse intra i-*d spatium loci, qui contentus fine* sacro sit: e-*amque, si quando arescere contigisset*, subseri, sum-*ptis ex ipsa surculis, iussit. quo facto*, tantos i-*ntra temporis tractus, cum aliae in eo* loco complu-*res ficus enatae essent atque eae* evulsae dei-*nde de sacro illo loco radicitus removeren-tur: unam ex omnibus tradunt, quae ibi* erant, ficum *repullulasse et celeri auctu crevisse*; adm-*onentibus sic deis, quod etiam responso haruspicum* et divin-*is ostentis confirmabatur, quamdiu illa ficus* viveret, lib-*ertatem populi Romani incolumem mansuram*; ideoque *illa ficus religiose coli coepta est.* ||Nauscit cum gran-*um fabae se aperit nascendi* gratia, quod sit non diss-*imile navis formae.* ||*Navitas* secundum incorr-*uptam consuetudinem dictos*, quos nunc n-*autas dicimus, testis est* Cato in ea, quam scr-*ipsit cum in Hispaniam proficisceretur*, cum ait: "navitae *quod secum portaverant* vinum atque oleum, u-*sus eodem sum.*" ||*Naeviam silvam* vocitatam extra *urbem ad miliarium quartum*, quod Naevi cu-*iusdam ibi domus fuerit: quam* nemora Naevia ap-*pellata etiam fuisse Verrius* ait: quam obprobri loc*i obici ab antiquis solere*, quod in ea morari ads-*uessent perditi ac nequam homines*, testis est M. Ca-*to in ea, quam composuit in* M. Caelium si se appella-*visset*: . . . . . .
a porta Naevia atque ex . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 17, 3. *induperantum.* 7. *esset.* 8. *columbar.* 9. 10. *remi eminent.* 13. *ecquis.* 17. *trullas.* 18. *pertusos.* 19. *piscatorii.* 25. *ex exculpta.* 27. *Atto.* 32. *illo.*

. . . . . *Unde dic*-unt proverbi-
um natum esse: e nemoribus Naeviis, quod refertur a Ver-
rio. ||*Nudius tertius videtur compo*-situm ex nunc
et die tertio. ||*N* . . . . *dicuntur* in agro
quos . . . . . *alio nomine appell*-ant, a par-
te totum significantes quasi inde appell-ati sint
. . . . . dicantur pa-
. . . . . *dici*-tur caelum cau-
um . . . . . dicatur dam-
. . ||*Nuptam uxorem a nubendo (ut mu*-lieres quibus
in nuptiis utuntur pronubae ab eadem causa
hoc est a nubendo dicuntur) ali-qui appellatam
esse volunt: nec defuerunt tamen qui dice-
rent, sic appellatam ab eo quod νέαν - νύμφην
Graeci novam nuptam vocant; alii quod ap-pellat uxo-
rem νυὸν Homerus, antiqua quadam consuetudi-
ne loquendi, cum in Iliad. l. III ait: "*ἐξ ἀπί-*
ης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμ-ητάων. ||Numero
antiqui cum pro nimium diceba-nt, videntur esse
. . . . . num numero fu-
. . . . . eo ordine usur-
pa . . . . . *consu*-etudine loquen-
di . . . . . eiusmodi: sive
. . . . . *nim*-ium, quemadmodum
. . . . . usus Pompeius Sex-
tus . . . . . *extre*-ma syllaba voca-
tivi . . . . . casus eadem cor-
repta . . . . . e, temporis praesentis,
. . . . . antiquos, nimium
. . . . . Sinnius Capito; esse enim
. . . . . um: vos estis minime
. . . . . *num*-ero perbiterint, nisi cito
. . . . . *ni*-mium si isso, qui exeam nume-
ro estis mortui, hoc exemplo, ut pingeretis, id est,
cur cito mortui estis?" Item in Nelei: "Nunquam nume-
ro matri faciemus volui†." Idem† est, nunquam nimium
faciemus. Apud Naevium: "Neminem vidi, qui numero
sciret, quique scit, i.e. opus†", i.e. nimium sciret. An† Pa-
nurgus Antonius haec ait numero nimium ci-
to, celeriter nimium: ut Plautus in Casina: "Ere mi?
quid vis mea ancilla? nimium saepius† numero di-
cis", nimium cito. Attius in Oenomao: "Ego ut essem
adfinis tibi, non ut te extinguerem, tuam pe-
ti gnatam, numero te expurgat† timor." Afra-
nius in Suspecta: "per falsum, et abs te creditum nu-
mero nimis." celeriter. Caecilius in Aethione†: "Ei† pe-
ri: quid ita? numero venit: fuce† domum." Afra-
nius in Simulante: "e† misera numero, ac ne-
quicquam egi gratias." ||Numera Senatum ait quivis
Senator Consuli, cum impedimento vult esse quo
minus faciat S. C., postulatque, ut aut res, quae
adferuntur†, dividantur; aut singuli consulantur;
aut si tot non sint Senatores, quo numero lice-
at praescribi† S. C. ||Nupta verba dicebantur ab anti-
quis, quae virginem dicere non licebat, ut Plau-
tus in Dyscolo: "Virgo sum; nondum didici nupta ver-
ba dicere." ||Nuptias dictas esse ait Santra ab eo,
quod nymphaea† dixerunt Graeci antiqui *γάμον*, inde
novam nuptam *νέαν νύμφην.* Cornificius, quod
nova petantur coniugia. Curiatius, quod nova ratio
fiat. Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis
obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarint: ob quam
causam legem quoque parenstam† iubere caput
eius obnubere, qui parentem necavisset, quod est
obvolvere. ||Numerius praenomen numquam ante fu-
isse in patricia familia dicitur, quamvis† Fabius, qui

EMEND. LECT. Qu. IX, 20, 3. *volup.* *id.* 5. *quod scito'st opus.* *At.* 8. *saevis* Plautus. 11. *expugnat.* 13. *Aethrione.* 13. 14. *Hei peri* (i. e. *perii*). 14. *fuge.* 15. *ei* i. e. *hei.* 19. *referuntur.* 21. *perscribi.* 25. *νυμφεῖα.* 30. *parenstam*] corrupte. 33. *quam is.*

Nudiustertius compositum ex nunc et die tertio.

Nuptam a Graeco dictam. Illi enim nuptam appellant *νέαν νύμφην*.

Numero dicebant pro nimium.

Nupta verba dicebantur ab antiquis, quae virginem dicere non licebat. Plautus: "Virgo sum, nondum didici nupta verba dicere." 5

Numerius praenomen tractum ab avo.

Nusciciosus, qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt vesperi, quam meridie.

Nundinas feriarum diem esse voluerunt, quo mercandi gratia Urbem rustici convenirent.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 19, 1. *unt*] COD. *nt* tantum URS. e COD. dedit. 2. *e nemoribus Naeviis*] *a domo Naevia* suppl. URS. Illud posui ut ostenderem, quale esse potuerit hoc proverbium, non quale fuerit. 3. *situm*] e COD. est. *tum* URS. 8. *cau*] *ca* URS. Eo probabilius supplevit URS. *cavum*. Cf. Varro de L. L. V. §. 19. 9. *dicatur*] COD. *d* URS. ut ex suppl. 10. *uxorem a nubendo*] *novam sponsam* suppl. URS. Scaligerum secutus, qui hic aliena miscet, sed quae secuntur pleraque egregie expedivit. Cf. Varro de L. L. V. §. 72. 14. *νύμφην*] vg. Nunc *YMΦHN* tantum in COD. legitur. URS. *νέαν* ante *νύμφην* ex Paulo, tanquam e Festi libro, addidit. 16. 17. *antiqua . . . ait*] *loquendi quadam consuetudine, quae est antiqua Graecorum, cum ait* suppl. URS. 17. *ait*] COD.: URS. idem tanquam ex suppl. 18. *Numero*] h. l. quibus machinis SCAL. et URS. resarcire tentaverint, v. in SUPPL. ANN. Mihi omnia tenebris obscuriora visa sunt: nisi quod intelligo, p. 19, 18-33. et 20, 1-5., ea allata esse, quapropter numero nimium significare videatur, p. 20, 6-16. quae faverent interpretationi cito. Hanc explicationem Nonius p. 352. pluribus testimoniis confirmat. Cf. etiam Varro de R. R. III, 16. Placidus p. 486.: *Numero, prope (propere,) velociter.* 32. *si isso*] *cito* corr. URS. 33. *qui excam*] *qui exea* e COD. notatum habeo. Incipit his verbis locus ex Poenulo Plauti V, 4, 101. 102., qui nunc sic legitur: *o Apella, o Zeuxi pictor, cur numero estis mortui, hinc exemplum ut pingeretis.* Sed quo modo initium versus et fabulae nomen Festo restitui possit, non divino.

Qu. IX, 20, 2. *in Nelei*] i. e. carmine, v. SUPPL. ANN. 3. *volui*] *volup* corr. URS. SCAL. *Idem*] *id* corr. A. AUG. in mg. 4. *Naevium*] v. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 92. inc. 4. 5. *id est opus*] *id* cum lineola transversa per *d* ducta COD. Haec cum proximis verba sic refingit SCAL.: *quod scito est opus*, comparato simili versu Turpilii apud Nonium l. l., satis probabiliter. Sic efficitur tetrameter trochaicus. *qui scitod opust* coni. Bothe. *An*] corr. *At*. Nam Antonius Panurgus haud dubie grammaticus habendus est, qui contrariam opinionem, *numero* esse *cito*, defendit, et inde quod *numero nimium* coniungeretur, numero non esse posse *nimium* demonstravit. 7. *cito*] post h. v. interrogandi signum sustuli. *in Casina. Ere mi*] Haec COD. sic coniungit: *in Casinae remi.* In Casin. III, 5, 21. locus hunc ad modum legitur: *Pa. Ere mi? St. quid vis mea ancilla? Pa. nimium saevis. St. numero dicis.* Sed Panurgus ille, miro sane errore, *nimium* cum *numero* coniunxit. 9. *Attius in Oenomao*] v. Bothe p. 226. fr. 3. Ita Pelops loquebatur. Sunt duo iambici senarii, sicut sequentes comicorum versus omnes. 10. 11. *peti*] *petii* trisyllabum metrum postulat. 11. *gnatam*] URS. *gnata* COD. *expurgat*] ita etiam in Nonio l. l. nunc scribitur. Nihilominus corrigendum puto: *expugnat.* 11. 12. *Afranius in Suspecta*] Bothe. V, II. p. 191. fr. 9. 13. *Aethione*] COD. *Aethinne* URS., qui recte corr. *Aethrione.* Bothe p. 128. fr. 2. Spengel. Caecilii Statii fragm. p. 10. 13. 14. *ei peri*] i. e. *Hei perii.* 14. *fuce*] *fuge* corr. A. AUG. in mg. Ante hoc voc. interpunxi: ante *venit* URS. 14. 15. *Afranius in Simulante*] Bothe p. 189. fr. 9. 15. *e*] *ei* (i. e. *hei*) corr. A. AUG. in mg. 16. *Numera senatum*] Interpretes conferunt Cic. ad famil. VIII, 11. ad Att. V, 4. Dionys. Hal. XI, 16. 19. *adferuntur*] *referuntur* corr. A. AUG. in mg. *referantur* em. URS. 21. *praescribi*] *perscribi* corr. URS. In fine cogitatione supplendum est: ut numeretur senatus. 23. *Plautus in Dyscolo*] Bothe p. 437. 25. *nymphaea*] *νυμφεῖα* recte SCAL., nam *νυμφαῖα* ab hac re aliena sunt. *γάμον*] URS., e COD. notatum habeo *gamon.* 26. Cf. Gloss. Labb.: *Nova nupta, νεόνυμφος, νεόγαμος.* 27. *Curiatius*] URS. *Curiatus* COD. *ratio*] *pactio* corr. A. AUG. in mg. *pacio* DAC. ad v. pacionem (Qu. XII, 20. p. 60, 23.). Sed *ratio* pro ratione domestica computanda accipienda est. 29. *obnubere*] cf. Paulus p. 112. v. obnubit. *vocarint*] *vocarunt* vg. et ita corr. URS. sine necessitate. 30. *parenstam*] *Parens ta. III* voluit SCAL. i. e. legem, cuius principium parens, in tabula III., mirifico invento. *funestam* coni. URS. *paricam* coni. A. AUG. in mg., aliique, propter Paulum p. 121. v. parrici. At v. annot. ad id voc. Pompeia de parricidiis lex (v. Digest. XLVIII, 2, 12. §. 4. 9, 1. §. 3. Institut. IV, 18. §. 6.) lata a. U. c. DCCI. mihi ab hac re aliena esse videtur: huius verba grammaticorum aequalium interpretatione eguisse non crediderim. De capite civis in supplicio obnupto v. Liv. I, 26. cum interpp. *caput*] URS. *capud* COD. 33. *quamvis*] *quam is* corr. A. AUG. in mg.

ANN. PAULI. 2. *dictam*] boni codd. LIND. *dictum* vg.

Nuculas Praenestinos appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarent, vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur. **Nummus** ex Graeco nomismate dicitur.

Nuncius et res ipsa et persona dicitur. **Nuper** quasi noviter, tanquam dicimus novissime.

Numen quasi nutus dei ac potestas. **Numella** genus vinculi, quo quadrupedes deligantur.

5 **Numidas** dicimus, quos Graeci Nomadas, sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur. **Nuces** flagitantur nuptis et iaciuntur pueris, ut novae nuptae intranti domum novi mariti secundum fiat auspicium. **Numae Pompilii** in Ianiculo est sepulcrum.

Nonuncium et **teruncium** dicitur, quod novem unciarum sit sive trium.

(109) **Nomen** dictum quasi novimen, quod notitiam facit.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 21, 2. *inductis*] *inductus* corr. Urs., ut vg. 3. *Otac. Malev.*] eadem plane narrantur in Epit. de nom. rat. §. 24.: sed fidem eorum imminuunt, quae Madvig. de iure colon., Opusec. p. 274., observat. *ut tum diceb.*] nam postea Beneventani dicti sunt. Dac. ineptit. 4. *filiam*] Urs. *filia* cod. 5. *Non omn. dormio*] Similia de Maecenate et Galba eius scurra narrat Plutarch. Erot. 16. p. 1352 Fr. cf. Iuvenal. I, 56. 6. *videtur*] cod. vg. om. Urs. *Cipio*] De Cipia gente A. Aug., qui Ciceronem, observavit, in ep. ad fam. VII, 24. eandem rem tangere: *Cipius* (sic ex Festo scribitur, *Citius*, *Capius* Cicer. codd.), *opinor, olim*: *Non omnibus dormio.* 7. *Pararhenchon*] cod. *Pararhencon* Urs. 8. *impunitius*] Urs. *impunitus* cod. 9. *Nucup.*] *Nuncupata* corr. Urs., ut vg. Cf. Varro de L. L. VI. §. 60. 10. *nomina*] *nominata* corr. Urs. cf. infra v. 18. 11. *pronuntiata*] cod. *pronunciata* Urs. *cum nexum*] Verba esse XII tabb., intelligitur clarissime ex Ciceron. de off. III, 16. de orat. I, 57. cf. Dirksen de XII tabb. p. 397. 12. *nuncupasset*] scr. *nuncupassit* cum plerisque VV. DD., qui XII. tabularum fragmenta recensuerunt. Urs. *nuncupasit.* *ita*] *id est* corr. Urs. 18. *de recto*] scribe: *directo*, Ita etiam Huschkius. 19. 20. *recep-ta, quod*] cod. *re-ceptaque* (alia vocabuli distributione) Urs. 21. *Nusciciosum*] cod. vg. *Nusciosum* Urs. Illud etiam Paulus. Rectius scriberetur *nuscitiosus*, cum nuscitio nomen verbale sit, quod conditionem nuscientis s. luscientis (quod verbum fingimus propter etymologicam rationem) significat. Cf. supra Paulus p. 90. v. luscitio. 23. *At*] Urs. *Ad* cod. *Popil.*] *Opilius* corr. Urs. *P. Opilius*) A. Aug. in mg. *nusciciones*] scribe: *nuscitiones.* 24. *qui*] Urs., cuius siglam *quod* interpretatur Lind. Cum Aelio conspirat Fulgentius in explicando v. luscitiosos p. 561. 29. *u litt.*] Hi igitur NOVNAS scribi voluerunt. 30. *Nundinas*] cf. Granius Licinianus ap. Macr. Sat. I, 16. Plura de ea re dixi Etrusc. rer. IV, 7, 3. T. II. p. 324. *feriarum*] *feriatum* corr. Dac. Sic Varro ap. Serv. in Virg. G. 1, 275. nundinas *feriatis diebus* habitas esse scribit. Paulum quaere p. 171.

Qu. IX, 22, 1. *Aulul.*] II, 4, 45. ubi legitur: *Cocus ille nundinalis est, in nonum diem Solet ire coctum.* 2. *dinale*] cod. *d in ille* Urs., qui suppl. *nundinalis ille.* Sed h. l. solum erat *nundinalis.* 2-5. *hic . . coqueret*] Urs. suppl. v. in Suppl. Ann. 5. *Nuculas Praen.*] De hac obsidione fameque nucibus tolerata narrare Liv. XXIII, 19., monuit A. Aug. 7. *vel*] Urs. *ut* e cod. notatum habeo. 8. *pascitur*] *nascitur* corr. Urs. De Praenestinis nucibus Cato de R. R. 8, 2. et Varro ap. Macr. Sat. II, 14. Qui ab hoc versus afferuntur Naevii in Ariolo, in iis interpretandis Dac. mirifice fallitur. 9. *istimant*] cod. Urs. tantum *stimant* e cod. affert. De numo cf. maxime Varro de L. L. V. §. 173. Boeckh. metrolog. quaest. p. 310. Urs. supplem. v. in Suppl. Ann. 13. In lacuna, quam reliqui, Urs. posuit verba *C. Caesar*, idemque suppl. v. 14. *fecisse videtur.* 13. 14. *commentaris*] cod. *commentariis* Urs. *noviter*] v. Paul. *noviper* suppl. Urs. 17. *nu*] cod. *ni* Urs. Fuisse videtur: *in causa erant qui nuper . . . Numen*] cf. Varro de L. L. VII. §. 85. 18. *dei*] Urs. *di* cum lineola supraposita cod. *Numella*] Placidus p. 486.: *Numellatus, numella ligatus, i. e. vinculo, quo quadrupedes alligantur.* 19. *deligantur*] sumpsi ex Paulo. *alligantur* suppl. Urs. 23. *nuptis*] ex Paulo, i. e. *nuptiis*, cuius ablativi idem usus reperitur in Varr. de L. L. V. §. 34. *dicitur nuptiis camillus* (e cod. Flor.). De eo ritu nuptiarum cf. Varro ap. Servium in Virg. Ecl. VIII, 30. et Intpp. Maii. 24. *novae*] Urs. *nonae* cod. 25. *auspici*] cod. Urs. tantum *auspi* e cod. affert. 25. 26. *solist.*] Plin. N. H. XV, 22, 24. §. 86. idem auspicium sonivium appellat. 27. *Ianic. in m. situm esse*] haec supplevi collatis Livio XL, 29. Plin. N. H. XIII, 13, 26. Plutarch. Num. 22., etiam Paulo. Urs., Scaligerum secutus, non recte suppl.: *Ianiculum montem habitavisse.* 30. *Nonuncium*] alia suppl. Urs. v. Suppl. Ann. 32. *sex*] corrige: *sesc-uncia.* Idem voluisse videtur Urs. 33. *sive*] addidi supplemento Urs.

ANNOT. PAULI. 2. *dicitur*] M. *nascitur* cett. codd. vg. Lind., quod aperte fluxit ex artic. superiore. 3. *noviter*] M. vg. *noviper* Gu. mg. A. Aug. Lind., quod Festum fluxisse vix adducor ut credam. *dicimus*] boni codd. *dicamus* vg. 6. *nuptis*] *nuptiis* Guelferbytanus alter, ad sensum recte. *nuptiis vel a nuptis* mg. A. Aug.

unus post sex et trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductis † magnitudine divitiarum, uxorem duxit Otacili Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea condicione, ut qui primus natus esset, praenomine avi materni, Numerius appellaretur. ||Non omnibus dormio: proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor eius moecharetur; eius meminit Lucilius. ||Nucupata † pecunia est, ut ait Cincius in L. II. de officio iurisconsulti, nomina †, certa, nominibus propriis pronuntiata: "cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupasset †, ita ius esto": ita † uti nominarit, locutusve erit, ita ius esto. vota nuncupata dicuntur, quae Consules, Praetores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt: ea in tabulas praesentibus multis referuntur. At Santra L. II. de verborum antiquitate, satis multis nuncupata, conligit, non de recto † nominata significare, sed promissa, et quasi testificata, circumscripta, recepta, quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius. ||Nusciciosum Ateius Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At Popilius † Aurelius nusciciones † esse caecitudines nocturnas. Aelius Stilo, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset. ||Nonas quidam a nova Luna, quod in eas concurreret principium Lunae: alii, quod semper ante diem Iduum nonum essent, scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta u. littera. ||Nundinas feriarum † diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi, vendendique causa, eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. ||Nundinalem cocum Plau-*tus dixit in Aulularia: "Cocus ille nundinale* † est, *in nonum diem solet ire coctum"; hic ab alis* novendial-*is appellatur et cocum viliorem significat, quem tenuiores educebant, ut in nonum diem coqueret.* ||Nucu-*las Praenestinos antiqui appellabant,* quod inclusi *a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverunt:* vel quod *in eorum regione plurima nux minuta* pascitur †. ||*Nummum ex Graeco nomismate existimant* d-*ictum, idemque nobis, quod νοῦμμον illis,* valere: quia *pecuniae nomina a Siculis accepimus, quorum* hoc proprium est. ||*Nuntius et res ipsa et persona dicitur;* in persona dicitur, *ut nuntius advenit, in re, ut nuntius* allatus est: qu-*am differentiam . . . . . in Commentaris* fec-*isse dicitur.* ||*Nuper quasi noviter,* tamquam dica-*mus novissime, estque praeteriti temporis,* id autem . . . . . sa erant, qui nu-*per* . . . . ||*Numen quasi* nutus dei ac pote-*stas dicitur.* ||*Numella genus vinculi,* quo quadrupe-*des deligantur, solet autem ea fieri* nervo, aut co-*rio crudo bovis, ut plurimum.* ||*Numidas* dicimus quos Gr-*aeci* Νομάδας, *sive quod id genus* hominum pecoribus n-*egotiatur, sive quod herbis ut pecora* aluntur. ||Nuces *flagitantur nuptis et iaciuntur* pueris, ut novae *nuptae intranti domum* novi mariti auspici-*um fiat secundum et solistimum.*

||Numam Pompilium Ianicu-*lo in monte situm esse* ferunt, in quo arcam eius in-*ventam, cum libris Numae* nominis, a Terentio *quodam scriba repastinante* agrum. ||Nonuncium *et sescunciam quod magistri* ludi appellant, signif-*icat dodrantem et dimidium teruncium,* quod singula sex-*uncia* † *uncia et dimidium* sit. ||Nomen sive ex Graeco - *ὄνομα dictum est, sive*

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 21, 2. *inductus.* 9. *Nuncupata.* 10. *nominata.* 12. *nuncupassit.* *id est.* 18. *directo.* 23. *Opilius.* *nuscitiones.* 30. *feriatum.* Qu. IX, 22, 2. *nundinalis.* 8. *nascitur.* 32. *sesc-uncia.*

quasi novimen quod notitiam faciat. Neq-ve familiae est, *sed gentis. ponitur etiam pro debito, ut ex*-actum dicimus *nomen, cum a debitore exacta* pecunia sit. ||*Noctua videtur dicta a noctis tem*-pore eo, quo *canere solet aut volare. ab ea* γλαυ-κῶπις appellatur *Minerva a Graecis, quod ea, ut noctua, ocu*-lis est caesis. ||*Noneolas vocant papillas, quae e faucibus ca*prarum sup*pendent.* ||*Noctilugam*† *cum dixit Lucilius* L.II. obscae*num significat* . . . . . medica. ||*Noverca dicitur, quam quis, liberis subla*-tis, novam *uxorem ducit arcendae familiae* gratia, idest, coer*cendae. prima autem memoratur apud* veterannia†. ||*Nova via structa esse dicitur regnante* Ser. Tullio, *cum ex Velabro olim in ripam ibi e*-scenderetur, *infra eum locum, ubi rex Aven*-tinus in Aven*tino monte situs esse fertur.* ||*Novalem a*-grum Aelius *Stilo et . . . . Graecum vocabulum* aiunt esse, *cum Graeci eum* νειὸν *dixerint. in qua re Ho*-mero quoque *teste utuntur, qui dixit:* "ν-ειοῖο βαθείης πέ-λσον † ἱκέσθαι." . . *sed C*-incius eum esse, ubi *terra sine cultura ad novam* sementem sit relic*ta.* ||*Novem trib. mil. in exercitu* T. Sicini, Volsci *cum rebellassent et atrox proelium* inissent adversus *Romanos, in eo occisi et in Cir*-co combusti feruntur *ibidemque sepulti in crepidi*-ne, quae est proxime Cir*cum, qui locus postea est la*-pide albo constratus: *qui tum pro R. P. occubuerunt, fuere* Opiter Verginius *Tricostus. M. Valerius* Laevinus. Postumus Co*minius Auruncus* . . . . . llius Tolerinus. P. Ve*turius Geminus. A. Sempr*-onius Atratinus. Ver*ginius Tricostus. Mu*-tius Scaevola. Sex. Fusi*us Medullinus.* ||*Noxia*, ut Ser. Sulpicius Ru*fus ait, damnum significat*, apud poetas autem, et oratores ponitur pro culpa. ad† noxa peccatum, aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo: "Tete esse huic noxae obnoxium." Item, cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo chaerestato†: "Nam ista quidem noxa muliebrem et†, magis quam viri." ||Novae curiae proximae compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ube is populum, et sacra in partis triginta distribuerat, ut in is ea sacra curarent, quae cum ex veteribus in novas evocarentur, septem † curiarum per religiones evocari non potuerunt. itaque Foriensis, Raptae, Vellensis†, Velitiae res divinae fiunt in veteribus curis. ||Nothum Graeci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius qui Romae regnavit, natus est ex concubina Spurius † Tulli tributis †, nisi forte malumus cedere†, Oclisiam corniculam captivam† eum susceptum matre servientem †. ||Nota alias significat signum; ut in pecoribus, tabulis, libris, litterae singulae, aut binae. alias ignominiam. ||Nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c.† litteram, ut Plautus in Pseudolo: "Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis." et, "oculis meis obviam ignobilis obiicitur." Accius in Diomede: "Ergo me Argos referam, nam hic sum nobilis." Livius in Virgo: "ornamentum incendunt nobili ignobiles†. ||Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura; quidam candidum ac perlucidum, quasi a navo†, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Livius ait in Odyssia: "Simul ac lacrimas de ore noegeo detersit", idest candido. ||Nixi di appellantur tria

EMEND. LECT. Qu. IX, 23, 8. *Noctipugam.* 12. *veteres Annia.* 19. 20. *τέλοον.* Qu. IX, 24, 1. *at.* 5. *Chaerestrato.* 6. *muliebri' st.* 11. *quatuor.* 13. *Veliensis.* 17. *Spuri. Tiburtis.* 18. *credere.* 18. 19. *Oerisia Corniculana captiva.* 19. *servicnte.* 23. *g.* 27. 28. *ornamento incedunt gnobiles ignobili.* 30. *nauco.*

Noctua a tempore noctis dicta, quo canit vel volat.

Noneolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent.

Noctilugam Lucilius quum dixit, obscenum significat.

Nihili, qui nec hili quidem est.

Noverca dicitur, quam quis liberis sublatis novam uxorem ducit arcendae familiae gratia.

Novalis ager novae relictus sementi.

Noxia apud antiquos damnum significabat, sed a poetis ponitur pro culpa: **noxa** ponitur pro peccato aut peccati poena, quum lex iubet noxae dedere pro peccato. 5

Nothum Graeci natum ex uxore non legitima dicunt; qui apud nos spurio patre natus dicitur.

Nota nunc significat signum, ut in pecoribus; nunc literas singulas aut binas; nunc ignominiam.

Nobilem antiqui pro noto ponebant. Plautus: "Peregrina facies atque ignobilis."

Noegeum amiculi genus. **Noegeum** candidum. Livius: "Lacrimas de ore noegeo detersit," id est candido. 10

Nixi dii appellabantur, quos putabant praesidere parientium nixibus.

ANN. FESTI. Qu. IX, 23, 1. 2. *neque . . gentis*] *sive familiae est, ut Terentius* suppl. Urs. *idque familiae est* Scal. Proxima Scal. optime explevit, quem cum Urs. secutus sum. 4. *Noctua*] simillima Varro de L. L. V. §. 76. 5. *γλαυκῶπις*] quae eius v. pars in cod. extet, non notatum inveni; puto *κῶπις* tantum. 6. *ea ut noctua*] supplevi. Urs. tantum *noctua*. 7. *Noneolas*] Isid. Gloss.: *Nomicolae* (corrupte), *tubercula, quae sub mento caprae sunt.* Schneider. in Varron. de R. R. II, 3. p. 418. 8. *Noctilugam*] sic Paulus. *Noctilucam* Urs.: sed in hoc v. vix quicquam obscaeni. Cf. Varr. de L. L. V. §. 68. *Noctipugam* probabilius Salmas. Exerc. Plin. p. 70. col. 2. d., adductis etiam glossis Palatinis, quas apud se habere affirmat: *noctipugam obscaenum quod quasi noctibus compungat.* Scal. noctilugam intellexerat avem mali ominis noctu lugentem, Coni. Varr. p. 26, 8. (44.). 12. *veterannia*] Urs. *uettrania* e cod. notatum invenio, lineolis positis supra alterum t et a. *veteres Annia* coni. Urs., cuius supplem. reddidi, quanquam incertissimum. 13. *Nova via*] quae hic posui, defendi in Suppl. Ann. *Tullio*] Urs. *tullo* cod. 15. *rex Aventinus*] cf. Paulus supra p. 16. v. Aventinus, cum annot. 16. *Novalem*] additamentum Urs., quod in nonnullis immutavi, v. in Suppl. Ann. 19. *πε*] *τέ-λοον* corr. Scal. Urs. Iliados versus est XVIII, 547. 22. *Novem trib. mil.*] in hoc memorabili Romanae historiae documento restituendo, cur aliquantulum ab A. Aug., Scal., Urs., longius a Niebuhrio discesserim, monstravi in Suppl. Ann. 32. *Noxia*] Paulus. Urs. suppl. *Noxa.* Sed v. Serv. in Virg. Aen. I, 41.: *Noxam pro noxiam. Et hoc interest inter noxam et noxiam, quod noxia culpa est (id est peccatum): noxa autem poena. (Quidam noxa quae nocuit, noxia id quod nocitum, accipiunt.)* De noxa plura Dac. et Goth. Cf. Suppl. Ann.

Qu. IX, 24, 1. *ad*] *at* corr. Urs. 2. *poenam*] *poena* corr. Urs. Sed accusativus pendet a superiore *significat.* *Melanippo*] cod. *Melanippa* habet Urs. et corr. *Menalippo*, non recte. Accium puto Melanippum, Ennium Melanippam scripsisse: nam Varronis locus, de L. L. VII. §. 65., lacunosus est. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 218. fr. I. 5. *chaerestato*] cod. *cherestato* Urs., qui cum Scal. corr. *Chaerestrato.* Bothe P. Sc. L. V, II. p. 138. Caecilii fragm. ed. Spengel. p. 27. 5. 6. *muliebrem et*] *muliebre est* Bothius, probante Lind. *muliebris est* corr. Urs. Cf. Suppl. Ann. 6. *Novae cur.*] cf. Varro L. L. V, §. 155. 6. 7. *proximae*] *proxime* corr. A. Aug. in mg.: quo vix opus est. 8. *ube*] *ubi* corr. Urs., ut vg., quo fortasse non opus est. 10. *is*] cod. *iis* Urs. 11. *septem*] *quatuor* scribendum esse, errore ex notis numerorum nato, probabiliter statuerunt A. Aug. in mg. Scal. Urs. 12. *Foriensis*] *Forensis* corr. Scal.: de cuius opinione v. Suppl. Ann. 13. *Vellensis*] *Veliensis* corr. A. Aug. in mg., a Velia Palatinae tribus. 14. *curis*] *curiis* corr. Urs. 15. *spurio patre*] Hanc consuetudinem loquendi comprobant tituli, in quibus SPURI F. pro spurio dicitur, v. Maffei Mus. Veron. 143, 4. Orell. 2692 sqq. Itaque recte Scal. in Plutarch. Quaest. Rom. 103.: *διὰ τί τοὺς ἀπάτορας Σπορίου υἱοὺς καλοῦσι*, correxisse videtur. 17. *Spurius*] corrige *Spuri. Sp.* Urs. *tributis*] *Tr.* (*Tribuni*) vel *Tiburtis* corr. A. Aug. in mg. Hanc fabulam alii scriptores ignorant. 18. *cedere*] *credere* corr. Urs. 18. 19. *Oclis. . . . cap-tivam*] sic, ut verba disposui cod., cum Urs. *ca-ptiva* dederit. Hic cum A. Aug. corr.: *Oclisia corniculana captiva.* Si Dionysium IV, 1. sequimur, scribendum erit: *Ocrisia Corniculana captiva.* 19. *servientem*] *serviente* corr. Urs. Niebuhr. H. R. T. I. p. 376. Festi testimonium in hac re neglexit. 23. c] *g* corr. Urs., ut vg. *litteram*] Urs. ut vg. *littera* cod. *Pseud.*] IV, 2, 9. 23. 24. *Pere-grina*] cod. *Pe-regrina* divisit Urs. 24. *ignobilis*] *gnobilis* corr. Urs., ut vg.: male, cum hic v. non aliam ab caussam appositus sit, nisi ut intelligeretur, ignobilem esse qui non noscatur. 25. *oc. meis*] Pseud. II, 1, 18. Nunc ibi legitur: *qui oculis meis obviam ignorabilis obiicitur.* Iterum *gnobilis* vg. et Urs. 26. *Acc. in Diom.*] Bothe V, I. p. 197. fr. 5. Diomedes ita loqui videtur, Agrii filiis in Aetolia occisis. 27. *sum nobilis*] *fuam gnobilis* corr. A. Aug. in mg. e Nonio p. 351, 29. (sed Mercerus Nonium ex Festo correxit). Est senarius iambicus. *Ergó me Argos réferam; nam hic fuam gnóbilis*, cum hiatu post *me.* *Livius*] Urs. vg. *leuius* cod. *Virgo*] *Virgine* corr. A. Aug. in mg. Bothe V, II. p. 5. 27. 28. *ornam. . . . ignob.*] scr. *ornamento incedunt gnobiles ignobili*, ita ut tetrametro prima syllaba desit. *Ornamento incedunt gnobili*, ultimo v. omisso, voluit Scal. *ornatu incedunt gnobili ignobiles* Urs. *gnobilid ignobiles* Both. 30. *nauo*] *nauco* vg., recte: cf. supra p. 16, 6. 32. *lacr.*] Livium *dacrumas* scripsisse constat. *noegeo*] cum *detersit* coniungendum esse contra Festi opinionem observavit Dac. Od. VIII, 88. comparavit Scal. Placidus p. 486.: *Nageum* (scr. *Noegeum*), *nigrum pallium tenue.* Hariolatur Meurs. Exerc. crit. II, I, 8.

ANNOT. PAULI. 2. *dependent*] *dependunt* M. 3. *Nihili*] haec Paulus e superiore loco p. 75. v. hilum huc transtulisse videtur: in Festo ea neque spatium tolerat neque ordo literarum.

Nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari. Dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: "Hunc tremulis palpebris percutere nictu."

Nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leviter ganniens. Ennius: "Nare sagaci sensit, voce sua nictit ululatque;" unde et gannitio. **Ningulus** nullus. Marcius vates: "Ne ningulus mederi queat."

5 **Nequam**, qui ne tanti quidem est, quam quod habetur minimi. **Nanum** Graeci vas aquarium dicunt humile et concavum, quod vulgo vocant situlum barbatum, unde nani pumiliones appellantur.

Necem a Graeco dici certum est. *Νέκυν* enim mortuum dicunt Graeci.

Nivem interpretantur novum ex Graeco, quod illi *νέον* dicunt.

(110) **Nequinates** Narnienses. **Negotium**, quod non sit otium.

10 **Navos** a navis celeritate dicimus. **Novendiales** feriae a numero dierum sunt dictae.

ANN. FESTI. Qu. IX, 25, 2. *parient. nixibus*] v. Ovid. M. IX, 293. Non. p. 57, 19. Gloss. Labb.: *Nixae*, *ὠδῖνες*. Docte de ea re Siebold. hist. art. obstetric. I. p. 120. *sua*] *signa* corr. Urs., ut vg. 4. *M*] *Manium*) A. Aug. in mg. *Accillum*] *Acilium* corr. Urs. 5. *etiam qui*] *etiamque* corr. A. Aug. in mg. Urs., non recte. Dicit, etiam esse qui Corintho advecta tradiderint. Sic Scal. 7. *mensae*] ita ut tria illa signa genibus nixa mensae essent pro pedibus. *Nictare*] cf. Paulus p. 24. v. adnictat. 9. *Lucr. in L. IV.*] corr. *in L. VI.* Est VI, 837. *nexari*] *nictari* e Lucretio corr. Urs. 10. *Caecil. in Hymn.*] Bothe V, II. p. 136. n. 4. Spengel. Caecil. fragm. p. 24. fr. 4. 10. 11. *Garr. . . . iactent*] *Garruli sine dentes iactent* egregie Scal. *Grallis sedentes iactent* Dac. 12. *Macchoco pone*] scr. *Macco copone. Copone* iam em. A. Aug. in mg. Bothe p. 48. *scribere*] Urs. *scrib* cum lineola transversa per *b* cod. *scibis* corr. Scal: *scribes* coni. Urs. 13. *nectabere*] *nictabere* vg. 14. *in pugilem*] *in pugile* corr. A. Aug. in mg. Bothe p. 46. Spengel. Caecil. p. 49. *laudandum*] *ludendum* coni. V. D. in Stephani collect. 15. *nictum*] *nictu* Paulus. *nictio* Dac., qui etiam plura movet. 16. *Nictit*] Isid. Gloss.: *Nictit canis, quum acute gannit.* 17. *vestigis*] cod. *vestigiis* Urs. 17. 18. *Ennius*] Ann. X, 14. apud Merulam. 18. *si*] delendum. *quando* pro aliquando est. 19. *venenox*] scr. *velox*. *forte*] hic excidisse puto *feras*. *ex*] scr. *ea*. 20. *nictu*] *nictit* Paulus, recte. *acuta et*] scr. *acute*. *acuta est* coni. Urs. De Turnebi, Scaligeri aliorumque lectione v. Suppl. Ann. 21. *unde*] *inde* corr. A. Aug. in mg. Urs., sine necessitate. Post h. v. Urs. habet *et*, quod cod. om. *gannitio*] cf. Paulus p. 74. v. gannitio. *Ni quis scivit*] Verrium plenius nomen posuisse: *N. q. se.*: *sciscito in hac*, ostendunt quae secuntur. Similiter Huschke de Servio p. 225. 22. *Ser. Tullio*] *sertullio* cod. *Servio Tullio* Urs. 24. *civis*] Urs. *civi* in cod. est. 25. *scisscito*] scr. *sciscito*. *scisco* corr. Urs. idemque postea *dico* et *fero*. 27. *quicquam*] *quisquam* corr. A. Aug. in mg. Illud defendere studet Huschk. de Serv. p. 226. 29. *nequis*] *ni quis* corr. Urs. 30. *Ennius*] Ann. II, 22. apud Merulam. 31. *ninculus*] *ningulus* corr. Urs., ut vg. De lacuna post h. voc. v. Suppl. Ann. 33. *ali*] *alii* corr. Urs.

Qu. IX, 26, 1. 2. *Faustulum*] huius sepulcrum pro rostris sub lapideo leone duobusve leonibus esse ferebatur. V. Dion. Hal. I, 87. Acro in Horat. Epod. XVI, 12. a Scal. adducti. 2. 3. *Quinctil.*] de Quinctiliis Romuli sociis Ovid. F. II, 378.; ab his Luperci Quinctiliani repetuntur. Sed quae Festus hic narravit, eorum nullum alium testem habemus. 3. *ti*] *ti* vel *tu* in cod. est. 5. *Nanum*] cf. Varro de L. L. V. §. 119. 6. *humilem*] *humile* Urs. ex Paulo. 7. *pumilionemve*] *p* in cod. est, quanquam Urs. *u* indicavit, qui e Paulo haec suppl.: *unde nani pumiliones appellantur.* 9. 10. *neci da*] suppl. Urs., recte puto. Videtur ita in antiquis legibus scriptum fuisse. Cf. supra p. 12, 4. 11. *et ninguere νίφειν*] addidi ad supplem. Urs., ut Verrii sententia intelligi posset. 11. 12. *N . . . . significat*] *Nequam*, quod Paulus l. l. explicat, nulla arte videtur in Festum inferri posse. *Nequin.*] Nequinum Umbriae oppidum, in quod bello captum Romani Narniam coloniam deduxerunt. Liv. X, 9. Plin. III, 14. 13. *Narnensis*] *Narnienses* corr. Urs. 15. *versus X*] Urs. em.: *in ea ad Thermum de X hominibus.* Si scribitur, ut Festus alibi, *in Q. Therm. de X h.*, erroris caussa facilius intelligitur. Meyer. Oratt. fragm. p. 22. Lion. Caton. p. 58. 20. *Nuces*] de missilibus, quae populo spargebantur, hic dictum esse intellexit Scal.: eamque rem Urs. allato titulo, qui post crustulum et mulsum municipibus dari iubet *nucum sparsionem mod. XXX.*, comprobavit. 22. *vellimus*] cod. *velimus* corr. Scal. Urs. 26. *prae flamma*] fricturae genus significari monet Scal. *sunt*] cod., ut vg. *sint* Urs. 27. *Novend. feriae*] v. Suppl. Ann. 28. *Hostillo*] *Hostilio* corr. Urs. *mon*] cod. Urs. *m* tantum codici tribuit. 30. *more*] *monte* corr. Urs. 33. *missa crate a*] *amissa civitate ac* corr. Urs. De Turno crate iniecta necato (Liv. 1, 51.) noli cogitare.

ANNOT. PAULI. 3. *leviter*] Gu. Lind. *leniter* M. vg. 10. *navis celeritate*] M. *celeritate navis* Gu. Lind.

signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus, quae sua † sunt qui memoriae prodiderint, Antiocho rege Syriae superato, M. Accillum † subtracta a Populo R. adportasse, atque ubi sunt, posuisse. etiam qui capta Corintho advecta huc, quae ibi subvecta fuerint mensae. || Nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari, dictum est ab antiquis, ut Lucretius in L. IIII †: "Hic ubi nexari nequeunt insistereque alis." Caecilius in Hymnide: "garrulis medentes † iactent; sine nictentur perticis." Novius in Macchoco pone †: "actutum scribere †, cum in nervo nectabere †." unde quidam nictationem; quidam nictum, ut Caecilius in pugilem †: "tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutere nictum †: hic gaudere, et mirarier." || Nictit canis in odorandis ferarum vestigis leviter ganniens, ut Ennius in L. X: "veluti si † quando vinclis venatica venenox † apta solet, si forte ex † nare sagaci sensit, voce sua nictu † ululatque ibi acuta et †." unde ipsa gannitio. || "Niquis scivit" centuria est, quae dicitur a Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua, nequis civis suffragii iure privaretur, nam scisscito † significat sententiam dicito, ac suffragium ferto, unde scita plebis. sed in ea centuria, neque censetur quicquam †, neque centurio praeficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est eius centuriae. est autem nequis † scivit, nisi quis scivit. || Ningulus, nullus, ut Ennius L. II: "qui ferro minitere, atque inte ninculus † † mederi queat." || Niger lapis in Comitio locum funestum significat, ut ali, Romuli morti destinatum, sed non usu obv-*enit*, *ut ibi sepeliretur*, *sed Faustulum* nutri-*cium eius ibi sepultum fuisse*, *et Quinctilium* avum ti . . . . *qui Romuli partes sequebatur*, cuius familia *dicta Quinctilia*, *iuxta appellationem* eius. || *Nanum Graeci vas aquarium dicunt*, humilem † et *concavum*, *quod vulgo vocant situlum* barbatum, p-*umilionemve*, *nam ita nani dicuntur*. || Necem suspica-*tur Verrius a Graeco duci*, *nam illi* necyn mor-*tuum dicunt*. *Inde nos dicimus "neci da."* || Nivem *Verrius interpretatur novum ex* Graeco, qui id ne-*on et ninguere νέφειν dicunt*. || *N . . . significat* da . . . . . || *Nequinates dicti sunt* Narnensis †, *qui e Nequino oppido eiectis colonis* veteri-*bus ibi habitarunt*. *Cato in Q. T* versus † X *hominibus*: . . . . . || Negotium, quod n-*on sit otium*. || *Navos a navis celeritate*, quae ve-*locissima est*, *dicimus*. || *Numidae dicuntur* Noma-*des*, *qui diutius vivere dicuntur*, unde Cato in . . . . . *Numidas vivaces*, *quod* multam vivunt *aetatem*, *dixit*. || *Nuces mitti in* Cerialibus Capito S-*innius solitum esse dici* ait, cum vellimus † sig-*nificare*, *missilia Cerealibus* in Circo mitti, *quod cum mitti nuces mos esset*, plane volumus *a parte totum designare*, quia adeo diligantur *supra omnia alia missilia*, prae flamma cum sunt u-*stae quae sparguntur nuces*. || Novendiales feriae *dicuntur institutae a Tullo* Hostillo † rege, ex mon-*itu haruspicum* . . . . . is nono die in feri-*is* . . . . . *sive quod in* more † Albano lapi-*dibus pluisset*, *sive quod vox esset* exaudita, ut Albani *suo ritu facerent*, *quae omissa erant* sacra. nam ab his *eadem sacra fieri di voluerunt*, quae missa crate a † poe-*ne funditus deleta*

EMEND. LECT. Qu. IX, 25, 2. *signa*. 4. *M'. Acilium*. 9. *VI. nixari*. 10. 11. *Garruli sine dentes*. 12. *Macco copone. scibis*. 13. *nictabere*. 14. *Pugile* 15. *nictu*. 18. *si*] dele. 19. *velox*. *forte feras ea*. 20. *nictit. acute*. 25. *scisciito*. 27. *quisquam*. 29. *ni quis*. 31. *ningulus*. Post haec plura verba exciderunt. Qu. IX, 26, 6. *humile*. 13. 14. *Narnienses*. 15. *Thermum de*. 22. *velimus*. 28. *Hostilio*. 30. *monte*. 33. *Amissa civitate ac*.

negligere temporibus insequen-tibus coepissent: ||*N . . . . dicuntur inventae a Marcel*-lo cos. operae, *quibus admotis Syracusae facilius* expugnari possent. ||*Navalis porta, item navalis* regio, videtur *utraque a vicinia navalium it*-a appellata esse. ||*Nonarum dies, item Id*-uum, Kalendarum nuptis alieni habentur, *quia no*-vae nuptae sic diem postridie nuptias creditur *a*-trum inluciscere, *quoniam decreto Pontificum atri hi di*-es esse iudicati sunt, *quod quotienscunque Romani du*-ces belli gerendi causa his diebus supplicavere, *mal*-e remp. gessere. ***SEXTI POMPEI FES*-TI DE VERBOR. SIGN. LIB. XIII. INCIP-IT. FELICITER L. XIV.** ||***OB PRAEPOSITIO ALIAS* PONITUR** *pro circum, ut cum dicimus urbem* obsideri, ob*vallari, obsignari. alias ponitur* in vicem praepositionis, *quae est propter, ut ob merita,* ob superatos *hostes. unde obsides, qui ob fidem pat*-riae praestandam *dantur. alias pro ad ponitur, ut Ennius: "Ob* Romam noctu legiones ducere coepit", *et alibi:* "ob Troiam duxit." ||*Oculissimum carissimum. Oculissi*-mum ostium amicae *Plautus in Curculione,* item *oculissi*-me dixit, significatque carissime. *Idem in Pseu*-dolo osculatum† pro praesenti ponit cum dixit: "*Emi*-to die caeca hercule olivum, *id vendito oculata die.*" *Id*-em alibi oculatum Argum, *quod toto corpore oculos habet.* Idem: "pluris est oculatus testis unus, *quam auriti decem*", i.e., qui se vidisse dicat. *ductam autem ait Verrius hanc* formam ab oculi apparitione. ||*Oculitus dicitur, ut fun*-ditus, penitus, significatque tam carum, *quam ocu*-lum, vel instar oculi esse. ||*Odefacit dicebant* antiqui ab odore, *pro olfacit, vetere quadam* consuetudine inmutandi *literas, quae sunt,* ut saepe alias, tum in hoc quoque libro contentae. quae vox, ut quibusdam videtur, ex Graeca ὀσμῇ tracta est. ||Octaviae porticus duae appellantur, quarum alteram, theatro Marcelli propiorem, Octavia soror Augusti fecit; alteram theatro Pomp. proximam CN. Octavius CN. filius, qui fuit Aed. cur. Pr. Cos. decemvirum sacris faciendis, triumphavitque de rege Perse† navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Caesar Augustus. ||Ogygia moenia Accius in Diomede appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur. ||Occasio, opportunitas temporis casu quodam provenientis est. ||Occasus, interitus, vel Solis, cum decidit a superis infra terras: quo vocabulo Ennius pro occasione est usus in lib. II.: "hic occasus datus est, at Oratius inclutus saltu." item in L. V.: "inicit inritatus, tenet occasus, iuvat res." Item in L. VIII.: "aut occasus ubi, tempusve audere repressit." ||Occisum a necato distingui quidam, quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. itaque in Numae Pompili regis legibus scriptum esse: "si hominem fulminibus† occisit, ne supra genua tollito†." Et alibi: "homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet." ||October equus appellatur, qui in campo Martio mense Oct. immolatur quod annis† Marti, bigarum victricum dexterior. de cuius capite non levis contentio solebat esse inter Suburaneses, et Sacravienses, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; eiusdemque coda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandae rei divinae gratia. quem hostiae loco quidam Marti bellico deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 27, 23. *oculatum.* Qu. IX, 28, 7. *Perseo.* 21. *fulmen Iovis* 22. *tollitor.* 25. *quotannis.*

Navalis porta a vicinia navalium dicta.

Nonarum, iduum, calendarum dies nuptis alieni habentur, quoniam hi dies decreto pontificum atri iudicati sunt, quod quotiescunque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicaverunt, male rempublicam gessere.

LIBER XIII.

Ob praepositio alias ponitur pro circum, ut quum dicimus urbem obsideri, obsignari, obvallari, alias in vicem praepositionis, quae est propter, ut ob merita, ob superatos hostes, unde obsides pro obfides, qui ob fidem patriae praestandam dantur; alias pro ad, ut Ennius: "Ob Romam noctu legiones ducere coepit." 5

Oculissimum carissimum. Plautus: "Oculissimum ostium amicae."

Oculatum pro praesenti posuit Plautus, quum dixit: "Oculata die." Item ipse: "Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem," id est qui se vidisse dicat. 10

Oculitus quoque dicitur, ut funditus, penitus, quo significatur tam carum esse, quam oculum.

Odefacit dicebant pro olfacit, quae vox a Graeco ὀσμή tracta est.

Ogygia moenia Thebana ab Ogyge conditore dicta. Occasio opportunitas temporis casu proveniens.

Occasus interitus vel solis in oceanum mersio.

Occisum a necato distinguitur. Nam occisum a caedendo dictum, necatum sine ictu. 15

October equus appellabatur, qui in campo Martio mense Octobri Marti immolabatur. De cuius capite magna erat (111) contentio inter Suburanenses et Sacravienses, ut hi in regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent. Cuius cauda, ut ex ea sanguis in focum destillaret, magna celeritate perferebatur in regiam.

ANNOT. FESTI. Qu. IX, 27, 2. 3. Supplem. ab Urs. ingeniose inventum reddidi, quanquam nomen earum machinarum etiamnunc ignoratur. 6. *Non. dies*] v. Suppl. Ann. 8. *a-trum*] *trum* cod. *at-rum* Urs. *inlucisce-*] cod. *inlucescere* Urs. 11. *mal-e*] e tantum in cod. conspicuum est. *male* Urs., ut e cod. 12. *TI*] in cod. est. Urs. id supplem. tribuit. 13. *LIB. XIII.*] aliter Urs. V. Praef. II, 2. 18. *unde obsides*] *pro obfides* addit Urs. ex Paulo, quod spatio vix admittitur. 19. *Enn.*] Ann. VIII, 70. apud Merulam. Versus est etiam Qu. X, 8. p. 175, 22. v. oboritur. *Ob*] quod Urs. ut e cod. ponit, nunc non legitur in eo. 20. *ob Tr. duxit*] haec addas I. Ann. 1. fragm. 21. *Plautus*] Curc. I, 1, 15. v. Suppl. Ann. 22. *Curcul.*] I, 2, 28., de quo loco dixit Lind. 23. *carissime*] *qui clare aspicit* suppl. Urs.: at id Plauto non convenit. *Pseud.*] I, 3, 66. *osculatum*] *oculatum* Paulus. Placid. p. 249.: *Oculati, praesentis.* 24. *Emito*] *to* in cod. est, quod Urs. non notavit. V. Suppl. Ann. 25. *Id-em*] *em* cod. *Idem* e cod. affert Urs. *alibi*] respici videtur Aulul. III, 6, 19. ubi nunc quidem *oculeus* legitur, sed *oculatus* metro non respuitur. 26. *pluris est*] Trucul. II, 6, 8. 28. 29. *apparit.*] *appellatione* suppl. Urs. 29. *Oculitus*] cf. Non. 147, 27. Spectat Festus ad dictionem *oculitus amari.* 31. *odef.*] cf. Paul. p. 52. v. lacrima, cum annot.

Qu. IX, 28. 2. ὀσμῇ] OCMHI cod. ὀσμὴ Urs. 2. 3. *Octav. port. duae*] de his v. Praef. II, 1. 5. *Pomp.*] Cn. Pompeii Magni. 5. 6. *Cn. Octav. . . . cos.*] a. 588. a. u. c. *decemvirum*] *decemvir* corr. Urs., sed genitivus non incommodus est. 7. *Perse*] scr. *Perseo.* Triumphavit a. 586. a. u. c. 8. *reficiend.*] ante h. v. cod. literas RE habet. 9. *Acc. in Diomede*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 198. 10. *Ogygus*] *Ogyges* corr. Urs., sed etiam illa forma non raro reperitur. 12. 13. *Solis*] *mersio* addit Scal. ex Paulo, sed vix opus est, cum *occasus* ex ipsa voce explicanda repeti possit. 14. *Ennius*] Ann. II, 19. apud Merul. Cf. Suppl. Ann. 15. *in L. V.*] V, 13. apud Merul. Interpunctionem, quae apud Urs. post *tenet* est, correxi. 16. *inicit*] *iniicit*, metro postulatur. 17. *in L. VIII*] VIII, 57. ap. Merul. 20. *sine ictu*] cf. Qu. IX, 12. p. 12, 4. 21. *esse*] cod., videl. *ee* cum lineola supraducta. *est* Urs. *fulminibus*] *fulmen Iovis* corr. Scal. 22. *tollito*] praefero *tollitor.* Plura de utraque lege v. in Suppl. Ann. 24. 25. *mense Oct.*] cf. Paulus p. 61. v. equus cum annot. 25. *quod annis*] *quotannis* corr. Urs., ut vg. 26. *victricum*] Urs., sed ex cod. refertur *victrigum*, quod fortasse *victricium* est. 27. *Suburaneses*] cod. antiquo more. *Suburanenses* Urs. 28. *hi in reg. par.*] Sacravienses intellige. V. annot. ad Paulum p. 96. v. Mamilia. 29. *coda tanta*] Urs.: in cod. est *quod atanta.* Caviares hostiae ap. Paul. p. 44. ab hoc Octobri equo plane differunt.

ANN. PAULI. 2. *dies*] *posteri* praeponitur vg.: sed om. Gu. Lind.: recte. *nuptis*] Gu. Ita pro *nuptiis* Paulus ex ipso Festo. *nuptiis* vg. Lind. 5. *obsignari*] M. vg. *obsignare* Gu. Lind. 13. *Ogyge*] codd. Lind. *Ogygio* edd. vett. *Ogygo* vg. 17. *turrim*] M. vg. *turrem* Gu. Lind.

Occidamus Plautus posuit pro contra cedamus.

Occentare dicebant pro convicium facere, quum id clare et cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri potuisset, quod turpe habebatur; quia non sine causa fieri putatur, inde cantilenam dici, quia illam non cantus iucunditatem puto.

Ocrem montem confragosum dicebant antiqui. Hinc **ocreae** dictae inaequaliter tuberatae.

5 **Occare** et **occator** ab occaedendo dictum, quod grandes terrae caedat globos.

Ocius et **ocissime** positivum Latinum non habent, sed ab eo veniunt, quod est in Graeco ὠκέως.

Ocimum Graecum et a celeritate nascendi est dictum.

Occupaticius ager dicitur, qui desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur.

Orchitis genus oleae ex Graeco dictum, quod magnitudine sit instar testiculorum. **Orchestra** locus in scena.

10 **Orca** genus marinae beluae maximum, ad cuius similitudinem vasa ficaria orcae dicuntur; sunt enim teretes atque uniformi specie.

ANN. FESTI. Qu. IX, 29, 2. *ita effigie in equi*] scribendum puto: *lignea effigie equi.* 4. *Laced.*] *lacaedemoni* COD. *Lacedaemonii* URS. *Taygeto*] in Taleto, Taygeti vertice, PAUSAN. III, 20, 5.: sed hic tamen non ventis, sed Soli eos equos mactari narrat. 7. *Menzanae*] obscurum Iovis cognomen. SCAL. suspicatur legendum esse *Meni Zanae, Μηνὶ Ζανῇ.* *vivos*] *vivus* corr. URS., non recte. Cf. PRAEF. IV, 3. 7. 8. *conicitur*] URS. *conlicitur* e COD. notatum habeo. 8. *et Rhodi*] URS. i. e. *et Rhodii. et trodi* e COD. affertur. *quod annis*] *quotannis* corr. URS. 8. 9. *soli*] COD. *so-li* URS. Cf. M. G. Heffter. de sacris Rhodiis III. p. 8. 10. *Occidamus*] id voc. DAC. censet Pseudol. I, 3, 20. restituendum, LIND. apud utrumque, et Plautum et Festum, *occedamus* scribendum. At potest occīdere a cēdo fieri, ut perbītere a bētere, delīnire a lēnire. 12. 13. *Occentassint*] videtur illam XII tabb. legem respicere: *Si quis occentassit* etc., quanquam nescio cur plurale verbum posuerit. De illa v. SCAL. in h. l. Dirksen p. 507 sqq. Isid. Glossae: *Occentare, male ominari.* 13. 14. *fecerint*] URS. *fecerit* e COD. affertur. 15. *turpe*] URS. *turpi* COD. 16. 17. *quia illam*] *querellam* corr. Gabr. Faernus ap. A. AUG. 17. *cantus*] URS. *candus* COD. *Ocrem*] id v. Sabinum esse intelligitur ex nomine Interocrii inter iuga Apennini montis, idemque Umbricum ex aliis locorum nominibus. Sed idem etiam in Graeca lingua reperitur. 20. *Livium*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 14. 15. fr. 2-5. 21. *putria*] *petrita* corr. SCAL. *patria* em. URS.: neutrum placet. Virgil. saepe: *putris campus, gleba* et talia. G. I, 44. 215. II, 204. Aen. VIII, 596. Metri caussa, quod Saturnium esse videtur, fortasse: *celsósque ocris et árva pútria ét mare mágnum,* scribendum erit. Post *magnum* adde *et.* 23. *ocriae*] *ocreae* corr. URS., ut vg. Aliud etymon, non melius, affert Varro de L. L. V. §. 116. 26. *Cicero*] de senect. 15. Idem etymon, quod nescio venustius an futilius dicam, Serenus ap. Non. p. 61, 31. commendat: *occatio occaecatio est.* 28. *collationis*] quam nos dicimus gradum comparationis. Ita etiam Varro de L. L. VIII, §. 78. 29. *dictas nostros*] COD. *dictas nostras* URS. Idem corr. *non dicta. s.* (voluit *c*) *nostro, sed,* probabiliter. SCAL.: *dictitant nostras, alii.* DAC. proponit: *dicta a nostris, alii.* 32. *consolationis*] *collationis* corr. URS., ut vg. *maiora*] *rariora* corr. URS. 33. *Plautus in Nervol.*] Bothe p. 439. fr. 3.

Qu. IX, 30, 2. *occisi*] scr. *ocissi-* cum supplem. *ocissime.* 7. *Ocimum*] cf. Varro de L. L. V. §. 103. Non. p. 550, 32. Gloss. Labb.: *Ocimum*, ὤκιμον τὸ λάχανον. 8. *dicitur*] URS. suppl. *dicebatur ab antiquis.* Cf. PRAEF. II, 3. *Occupaticius ager*] idem dici videtur, quem Aggenus Urbicus p. 48. ed. Goes. occupatorium sive arcifinium dicit. Huius exemplum Festus ex secundi Punici belli historia proposuit, sed quale illud fuerit, non divino. Ursini periculum v. in SUPPL. ANN. 18. *Orchitin*] cf. Virg. G. II, 86. cum Servio. Lex. rustic. v. orch. 18. 19. *Ateius Philol.*] quod URS. addit *in collectaneis,* delevi; hic liber erat Ateii Capitonis, teste Nonio p. 54, 30. Ab Ursino se decipi passus est I. N. Madvig., vir diligentissimus, Opusc. p. 98. 20. ὄρ-χις] Quae huius v. pars in COD. extet, non indicatum habeo. 22. *grandior. Orc*] COD. *grandiore* URS. Hinc lacunam supplevi, cum URS. haec tantum posuisset: *itaque vocari ex eo orchitin* . . . . . *Orchestra*] a Festo eo sensu intelligitur, quo id v. neque in antiquo Graeco, neque in Romano theatro instructum erat, sed in scenicis ludis senescentis Graeciae, apud Alexandrinos, puto, et Antiochenos. In his proscenio additum erat pulpitum inferius, ab aliis thymele, ab aliis orchestra dictum, in quo musici artifices, saltatores, mimi committerentur. V. praecipue Suid. et Etymol. M. s. v. σκηνή et cf. Vitruv. V, 8. Phrynich. p. 163 Lob. Lucian. de saltat. 76. Isidor. Origg. XVIII, 43. 44. 47. De planipedibus Diomedes III, p. 487 P. Hinc verba quae deerant restituere conatus sum, mutatis SCAL. et URS. supplementis, quae in SUPPL. ANN. attuli. 28. *ducerent*] URS. *duceret* COD. 30. *ficaria*] *faecaria* SCAL., coll. Varr. de R. R. 1, 13.: sed ad illud defendendum Colum. XII, 15. Plin. N. H. XV, 19. iam adduxit DAC. 31. *informi*] *uniformi* Paulus.

ANN. PAULI. 3. *quia illam*] v. PRAEF. I, 3. 10. *uniformi*] verius puto *informi*, quod Festi COD. habet.

de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, et Troiani ita effigie in equi† sint capti. Multis autem gentibus equum hostiarum numero haberi testimonio sunt Lacedaemoni, qui in monte Taygeto equum ventis immolant, ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis eius per finis quam latissime differatur. Et Sallentini, apud quos Menzanae Iovi dicatus vivos conicitur in ignem, et Rhodi, qui quod annis† quadrigas soli consecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum. || Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus. cum plurimae aliae praepositiones familiariores huic verbo sint. || Occentassint antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint, dicimus, quod id clare, et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit. quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. inde cantilenam dici, quia illam† non cantus iucunditatem puto. || Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut aput Livium: "Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim?" et: "celsosque ocris, arvaque putria, et mare magnum†." "Namque Taenari celsos ocris." et: "haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri." unde fortasse etiam ocriae† sint dictae inaequaliter tuberatae. || Occare, et occatorem Verrius putat dictum ab occaedendo, quod caedat grandis globos terrae: cum Cicero venustissime dicat ab occaecando fruges satas. || Ocius secundae collationis, et deinde tertiae occissime frequentata sunt. Alii dictas nostros†, tracta ex Graeco, id est ὠκέως, cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est, tertiae vero consolationis†, cuius maiora† exempla sunt, auctor est Plautus in Nervolaria: "ocissime nos liberi possimus fier-*i*." . . . . . "quicquam occissi-*me* †" . . . . . *Coelius historiarum libro* . . . . . "*concitantur occissime* †" . . . . . *Aelius*

5 Lamia apud . . . . . .
Lamiam oport-*et* . . . . . .
|| Ocimum, Graecum *et a celeritate nascendi est dictum.*
|| Occupaticius *ager dicitur* . . . . . *qui desitus*
a cultoribus fre-*quentari propriis ab aliis est occupa-*
10 ri coeptus. quod in . . . . . .
Nam cum Hanni-*bal* . . . . . .
bene meri-*ti* . . . . . .
atque eorum agr-*i* . . . . . .
tamquam ex ho-*ste* . . . . . .
15 nandos pub-*lice* . . . . . *au-*
diret commu-*nem* . . . . . .
est a privatis, ...
accepissent, ... || *Orchitin Ateius*
Philologus in . . . . . *ait esse genus oleae*
20 ductum ex Graeco ὄρ-χεις, *quod testiculorum sit magni-*
tudinis, itaque v-*ocari ex eo orchitin, quod sit genere consue-*
to grandior. || Orc-*hestra locus in scaena, in quo*
antea, qui nunc pla-*nipedes dicuntur, agebant, in quem*
non admittebantur *histriones, nisi tantum inte-*
25 rim dum fabulae ex-*plicarentur, quae sine ipsis ex-*
plicari non potera-*nt. planipedes autem soccos non por-*
tabant, quo aequiore *habitu prodirent: quo factum ut inde*
nomen ducerent. || *Orca genus marinae beluae*
maximum dicitur, a-*d cuius similitudinem*
30 vasa quoque ficar-*ia orcae dicuntur. sunt enim te-*
retia, atque infor-*mi specie* . . . . . .
male et ante . . . . . .
quantae ne . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. IX, 29, 2. *lignea effigie equi.* 8. *quotannis.* 16. 17. *querellam.* 21. *magnum*] adde: *et.* 23. *ocreae.* 29. *non dicta e nostro, sed.* 32. *collationis.* *rariora.* Qu. IX, 30, 2. et 4. *ocissime.*

|| *Oriri nasci vel surgere.* || *O*-rba apud poetas *significatur privata aliqua* persona cara: apud *oratores quae patrem amisit aut* matr.†, ut Ser. *Sulpicius ait, quae liberos quasi oc*-ulos. orba est
. . . . . tris est ante
. . . . . *Gal*-lus Aelius
. . . . . O
. . . . . stantior
. . . . . in eo libro
. . . . . pontificatu
. . . . . puella sine
. . . . . sacrae
. . . . . a: nupta
. . . . . *ali*-cui fuisset
. . . . . Cornificius in
. . . . . on Yginus
. . . . . interserunt
. . . . . nactos
. . . . . sse. || Ortygia *dicta est insula, quae voci*-tatur nunc Delos. || *Orbius clivus videtur appella*-tus esse ab orbibus. *Huius per flexuosos orbes Tulli*-a, filia Ser. *Tulli regis, et cum ea L. Tarqui*-nius Superbus *gener, rege in Curia interfecto, propera*-verat† tendentes *in regiae domus in Exquilis po*-ssessionem. coeperat *autem hunc clivum rex Tullio*-s, quod pronus *erat ascensus, per orbes in monte*-m ducere, unde *Orbius ab ipsis his orbibus* appellatus est. || *Oratores ex Graeco* ἀρητῆρ-ες dictos existimant, *quod ad reges et* gentes, qui missi *erant pro republica no*-stra a populo R. *ii conceptis verbis solerent deos* - ἀρᾶσθαι, *id est testari* . . . . . qui . . cit eos nostri alii† pro legatis appellant, ut Cato in ea quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum. "M. Fulvio consuli legatus sum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia conplures venerant: Aetolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos." et in Originum L. I.: "propter id bellum coepit Coelius† PR. Albanus. oratores misit Romam cum . . ." alias pro decretoribus†, ut Terentius: "orator venio, facite exorator sim." Item et Afranius in Emancipato: "sic est orator, si qui oritur . . . . ." alias pro disertis et eloquentibus, ab eo quod antiqui orare dicebant pro agere: ob quam causam orationes quoque eorum vocantur. || Orata genus piscis appellatur a colore auri, quod rusticiorum dicebant, ut auriculas, oriculas. itaque Sergium quoque quendam praedivitem, quod et duobus anulis aureis, et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum. || Orae extremae partes terrarum, idest maritimae dicuntur, unde est vestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei, cum ait: "oram reperire nullam quam† expediam, queo." || Oreae, freni quod ori inferuntur†. Titinius in Setina: "et si tacebit, tamen gaudebit sibi promiti oreae†." et Naevius in Hariolo: "Deprandi autem leonis† obdas oreas." Cato originum L. III. "equos respondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum." Coelius pro se apud populum: "equusque mihi sub feminibus occisus erat, oreas detraho inspectante L. Stertinio." || Oreos Liber pater, et Oreades Nymphae appellantur, quod in montibus frequenter apparent. || Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram

EMEND. LECTIO. Qu. IX, 31, 3. *matrem.* 24. *properaverant.* Qu. IX, 32, 1. *antiqui.* 7. *Cloelius.* 8. *deprecatoribus.* 22. *qua me.* 23. *inseruntur.* 25. *promitti oreas.* 26. *leoni si.*

Oriri nasci vel surgere.

Orba apud poetas significat privata aliqua persona cara.

Orba est, quae patrem aut filios quasi lumen amisit.

Ortygia Delos insula.

Oratores ex Graeco ἀρητῆρες dicti, quod missi ad reges nationesque deos solerent ἀρᾶσθαι, id est testari. Hi modo appellantur legati. 5

Orata genus piscis a colore auri dicta, quod rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas.

Oreae freni, quod ore inseruntur, dicti.

Oreus Liber pater et **Oreades** nymphae a montibus appellantur.

Ordinarius homo scurra et improbus, qui assidue in litibus moratur, ob eamque causam in ordine stat praetorem adeuntium, sive dictus per contrarietatem, quia minime ordine vivit. 10

ANN. FESTI. Qu. IX, 31, 2. *privata*] Urs. suppl. ita immutavi, ut, quid Paulum in errorem induxerit, patefacerem. 3. *matr.*] *matrem* corr. Urs. 11. *puella*] cod. Urs. tantum *ella* e cod. affert. 13. *a nupta*] cod. *a* om. Urs. 16. *Yginus*] cod. *Uginus* Urs. Intelligitur *Hyginus*. 18. *nactos*] Urs., sed in cod. esse *ad notros* vel *ad nocros* affirmatur. 19. 20. *Ortygia*] cf. impr. Dissen. in Pindari N. I, 1. 21. *Orb. clivus*] hunc constat, supra Ciprium vicum in declivi parte Oppii montis, qui pars erat Exquiliarum, fuisse. Cf. Sachse Hist. Urb. T. I. p. 247. Urbius dicitur a Livio I, 48. et Solino 1, 25., Ὄρβιος a Dionys. Hal. IV, 39. (ex lect. Vat. cod. unice vera). De hoc dixisse Festum, intellexit Urs., cuius restitutum contextum cur aliquantulum immutaverim, dixi in Suppl. Ann. Cf. etiam Fest. Qu. XV, 6. p. 142, 32. v. sceleratus vicus. 22. *Tulli-a*] *a* in cod. est, quanquam Urs. om. 24. *propera-verat*] *propera-verant* corr. Urs. 26. *rex Tullius*] hic enim primus Exquilias urbis moenibus comprehendisse dicitur, ut credibile non sit ante eum Orbium clivum munitum esse. V. Liv. I, 44. 29. *Oratores*] cf. Paulus p. 16. v. adorare, et Festus Qu. X, 16. p. 179, 28. v. orare. Eadem Serv. in Virg. Aen. XI, 100.

Qu. IX, 32, 1. *alii*] *alias* corr. Urs. Malo: *antiqui*. Scal. haec cum proximis sic em.: *alias P. Ro. legatos appellant*. 1. 2. *Cato . . . . c. Thermum*] Meyer. Oratt. fragm. p. 64. Lion. Caton. p. 56. 3. *Fulvio*] Urs. *fululo* cod. 4. *conplures*] cod. *complures* Urs. *venerant*] post h. v. cum Scal. interpunxi, ut orationem indirectam sequi pateret. 6. *Originum L. I.*] Krause fragm. hist. p. 105. Lion. Caton. p. 19. *propter*] *propterea* corr. Urs., sed *id* cum praepositione coniungendum est. 7. *Coelius*] *Cloelius* corr. Popma in Catonianis et intelligit Cluilium, Tulli Hostilii adversarium. PR., quod *praetor* est, Dac. interpretabatur *Populo Romano*. 8. *cum . . alias*] haec vv. nunc vix legi possunt. *alias* deest in vg. *decretoribus*] *deprecatoribus* corr. Scal. Urs. 8. 9. *Terent.*] Hecyr. prol. II, 1. *Orator ad vos venio ornatu prologi, sinite exorator sim*. 9. *exorator*] Urs. *exoratorum* (r lineola adiecta) cod. 9. 10. *Afran. in Emanc.*] neglexit Bothe P. Sc. L. V, II. p. 166 sq. *sic est orator, si qui*] in cod. clare agnoscitur, nisi quod *si* etiam *fa* esse potest. *si . . tum, si quod* Urs. 11. *disertis et eloquent.*] *disertis elocutoribus* coni. Scal. 13. *orationes*] post h. v. Scal. infert *edissertationes*. Dubito, an nihil exciderit. *Orata*] v. Varro de R. R. III, 3. Colum. VIII, 16. Plures affert A. Aug. 15. 16. *Sergium*] De hoc Sergio Orata v. Orellii et Baiteri Onomast. Tull. p. 538. 21. *in Aethrione*] *in Aechrione* vg.: hinc vitio aucto factum *Aeschrione*, ut Bothe V, II. p. 129. versum e Caecilii Aeschrione retulerit. Rectius Spengel. Caecil. fragm. p. 10. 22. *quam*] *qua me* corr. Urs. et Carrio Ant. lect. I, 13. Sic non iamb. senarius, sed tetrametr. troch. efficitur, prima syllaba minor: *me* non coalescit. 23. *Oreae*] cf. Paulus v. aureax p. 8. et v. aurea p. 22. Hinc aureax et auriga. *inferuntur*] *inseruntur* Paulus. 24. *Setina*] Urs. *Saetina* cod. V. Bothe p. 69. fr. 9. 25. *promiti*] scr. *promitti*. *permitti* corr. Urs. *oreae*] *oreas* corr. A. Aug. in mg. Urs. *Naev. in Hariolo*] Bothe p. 16. fr. 1. 26. *leonis*] *leoni si* corr. Urs. Scal. *leonis* ita retinuerat, ut *deprandi* genitivo casu a nom. *deprandius* duceret, sed multo probabilius est, nominandi casum fuisse *deprandis*. Dac. aliique *obdas* in *subdas* mutant, non bene. *oreas*] Urs. *oreat* in cod. est. 26. 27. *Cato Orig. L. III*] Krause p. 109. Lion. Caton. p. 23. Fabulam ibi narratam esse eandem, qua Stesichorus Himerenses monuisse fertur, ne Phalaridi se committerent (v. Aristot. Rhetor. II, 20.), apparet: puto in originibus Himerae urbis, cum tertio libro Cato Siciliae civitates silentio transmittere vix potuerit. 27. *equos*] *equus*) A. Aug. in mg.: male. 28. *Coelius*] Meyer. Oratt. fragm. p. 194. 28. 29. *equusque*] *equus qui* Scal. *equo qui* Urs.: neutro opus est. 30. *L.*] cod. *Lucio* Urs.

Qu. X, 16, 2. *eius*] om. Ald. vg. Post *esse* addit *eius* A. Aug. in mg. 3. *F.*] *Fabii* Ald. vg. *filius* A. Aug. in mg. *Volusuinae gentis*] *Volusi nepotis* corr. A. Aug. in mg. De ipsa re cf. Liv. II, 18. 4. *a populo*] *populi* corr. Urs. et Perizon. Animadv. histor. p. 24., recte. Niebuhrium falli puto, cum ex his potissimum verbis dictatorem a populo (patricios intelligit) creatum esse putat, H. R. I. p. 591. ann. 1176. ed. sec. Creabatur enim dictator a consulibus, aut ex auctoritate Senatus aut iussu populi. *propter*] *post* corr. A. Aug. in mg. 5. 6. *dicta*] rectius *data* Ald. vg. Intelligitur lex Valeria Horatia. V. Liv. III, 55. 6. *adici*] *dici* Ald. vg. *adiici* mg. A. Aug. 8. *Magistrorum*] *magistratuum* vg.; male. *Originum libros*] cf. Krause fragm. histor. p. 91. 11. *Optio*] cf. Paulus p. 112. v. optio. Paulo aliter nominis originem explicat Varro de Vita P. R. apud Nonium p. 68, 1. 12. *his*] *is* Ald. vg., recte. 13. *Militum, qui*] *militemque* corr. Lipsius in Tacit. Ann. XIV, 54. p. 258. ed. Antverp.: nec tamen hac mutatione difficultas loci tollitur. Evanescet autem statim, cum post *ex eo tempore* addideris *quo*, et membra ita distinxeris, ut feci. Priores ante *qui* comma, post *optare* v. 15. punctum posuerant. Locum recte explicuit Cuperus Observv. IV, 9. Lind. ante *ex eo tempore* addendum esse *quia* existimat. 15. *etiam*] *et* Ald. vg. 15. 16. *Plautus in Asinaria*] I, 1, 83., ubi versus fere iidem leguntur, qui in schedis apud Ursinum, nisi quod inter verba: *si id hodie effeceris*, et *Tibi optionem sumito Leonidam* duo Libani servi versus interponuntur. 16. *Qua me, qua*] *Quando me aequam* Ald. *qua*] *quam* Ald., et deinde *Sauream servum*. 17. *potes*] *putes* Ald. *circumduce*] *circumduc* Ald. 18. *non . . . tibi*] om. Ald., propter homoeoteleuton. 19. *Obsidionem*] contraria hic Festus docet iis, quae in priore parte lit. O. Qu. X, 9. p. 176, 30. disseruerat: qua de re dictum in Praef. II, 2. Cf. Nonius p. 216, 27. v. obsidio. 20. 21. *Ennius in Telamone*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 61. fr. 1. 22. *tu*] om. Ald., male. *alio loco*] in Hectoris lytris ponit, coniectura non satis probabili adductus, Bothe p. 45. fr. 16.: a quo Nonius falso eiusdem versus auctor apponitur. 23. *qui*] *quod* Ald. *quidem* vg. *Orare*] cf. Paulus p. 16. v. adorare, et Festus Qu. IX, 31. p. 31, 29. v. oratores, ubi de eadem re multo plenius agitur, etiam Varro de L. L. VI. §. 76. VII. §. 41. Nonius p. 360, 14. v. oratorum, et 361, 1. orare. 24. *quod*] delendum esse monuit Lind. 25. *oratores*] intellige: *dicebantur*. 26. *qui*] *quod* Ald. vg. Ita etiam Paulus. *partis*] *parteis* Ald. 26. 27. *agebant*] post hoc voc. non plene interpunxi, ut adhuc fiebat: quanquam non video, quo iure Verrius Ennii versum in testimonium suae sententiae adducere potuerit. Sed credibile, Verrium plures Ennii versus apposuisse, quibus diversos voc. significatus illustraret, ac Festum ea, qua non raro peccavit, negligentia omisisse eos, qui potissimum ad Verrii sententiam demonstrandam fecissent. 27. *Ennius*] Ann. I, 143. apud Merulam. 28. *Facere*] *Tu face* corr. A. Aug. in mg. Scal. Columna. 29. *Opseos*] cf. supra Qu. X, 5. p. 174, 31. Quod illo loco Opscus vel Obscus ex aliis scriptoribus affertur quam Ennio, non mirum est, cum alter articulus ex alio Verrii opere fluxerit. V. Praef. II, 2. Hinc corrigitur iudicium Neukirchii de fab. togata p. 129. *antea*] *a natura* Ald. 30. *Ennio*] Ann. VIII, 72. apud Merulam. 31. *stuprum*] *stupra* vg. Praetulerim *stuprum et inconc. libidines*.

ANN. PAULI. Paulus quod tam pauca excerpsit, non mirum, cum videret pleraque voc. recurrere, quae supra iam tractata essent.

Occisitantur saepe occiduntur.

Osi sunt ut perosi sunt dicebatur.

Optionatus ut decurionatus sive pontificatus dicitur.

Ob os significat ad os.

5 **Obsonitavere** saepe obsonavere. Significat autem convivari.

Ostentas saepe ostendis gloriandi causa.

Opigenam Iunonem Matronae colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

ANN. FESTI. Qu. X, 17, 4. *quom ait*] Aeneid. III, 241. et 367. 5. *Ob*] de eadem re Festus dixerat Qu. X, 20. p. 175, 20. 6. *Ennius*] Annal. XIV, 3. apud Merulam. 7. 8. *accensi*] *lucenti* mg. A. Aug., quod nescio unde manaverit. 8. *et in Iphigenia*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 51. fr. 3., cum Wuestemanni annot. *adibo*] *obibo* Ald. vg. 9. *adiacent*] *obiacent* Ald. vg. Utrumque ex coniectura, puto, sed verissima. Cf. paulo inferius Qu. X, 21. p. 182, 8. v. obiacuisse. 10. *ait*] *vult* vg. *obtulit*] *occulit* Ald. *obculit* vg., sed *obtulit* in mg. 11. *Ostentum*] idem aliis exemplis, e Pacuvio et Accio sumptis, demonstraverat Qu. X, 12. p. 178, 5. Hic autem locus cum sequentibus duobus ex interpretatione rariorum voce. in C. Gracchi orationibus ductus est, quae Catonianas glossas praecedit, ut infra Qu. XIII, 24. p. 96, 8. v. respublica. *quo*] *quoque* Ald., male. 13. *non*] *nec* Ald. Rectius Ald. *dubium facit* coniungit, nullo interposito commate, quod est apud Urs. 14. *C. Gracchus de legg. a se promulg.*] Meyer. Oratt. fragm. p. 123., qui *in ostentum* interpretatur *ad ostentandum*, contra mentem grammatici. 15. *in ostentum*] et *in usum*] Scal. ita coniunxit, ut singula efficerent verba. 16. *adportatur*] *asportatur* Ald. (ubi *in usum* postponitur) vg. *adoptatur* mg. A. Aug. 17. *C. Gracchus pro rostris in P. Popillium*] Meyer p. 119. 18. *Osi sunt*] poterat etiam ex Plauto afferri, sed hoc non agit Festus in hoc articulo. *odio*] praesens hoc magis finxisse, quam ex consuetudine loquendi sumpsisse videtur Verrius. 19. 20. *C. Gracchus . . de lege Minucia*] Meyer p. 124. 21. *his*] *iis* Ald. vg. Fuit *is* in cod. *sit*] *fit* Ald. vg.: quod praestat. 22. *quom*] *quando* Ald. 23. *semper*] om. Ald. vg. *Ostende*] haec glossa deest in vg. Cf. Paulus p. 22. v. attinge, cum annot. Etiam hanc glossam ex Catone petitam esse, cum aliis eiusdem consuetudinis exemplis, quae ad Catonem referuntur, tum ordine, quo haec in Festo leguntur, demonstratur. Nam quae secuntur usque ad voc. obsonitavere, omnia Catonis esse intelligitur. V. Praef. II, 2. 24. *permultis*] *pro multis* Ald. 25. *Optionatus*] cf. Festus Qu. X, 15. p. 179. 16. v. optio, et Paulus p. 112. 26. *Cato . . . apud equites*] Meyer. Oratt. fragm. p. 17. Lion. Caton. p. 78. 28. *hastas donaticas*] cf. Paulus p. 76. v. hastae. 29. *ad os significat*] *signif. ad os* Ald., ubi nulla indicatur lacuna. *significare ait Verrius* suppl. Dac. Possunt etiam alia inferri. 30. *Item ut*] coniuncta erant cum proximis. *superioribus quoque exemplis*] v. Qu. IX, 27. p. 27, 14. v. ob, et paulo superius v. 5. *testatus*] *testatum* corr. A. Aug. in mg.: non recte, nam intelligitur Verrius. 31. 32. *Cato . . . derogaretur*] Meyer. p. 44, Lion. Caton. p. 74. *de lege Orchia*] *ne legi Orchiae* corr. A. Aug. in mg. *qua legem Orchiam dissuadet*, scribendum putavit Schneider. de R. R. I. p. 5.: sed has leges iam Pighius Annal. p. 330. recte discriminaverat. 32. *antea obsonit.*] *denis* excidisse coni. A. Aug. *per se* suppl. Scal. *singuli* vel *pro se* vel *denis coenitavere* coni. Dac. *octoni* addit Popma. *vili* vel notam pretii quandam addendam putat Pighius. Constat, Orchia lege potissimum numerum convivarum praescriptum fuisse, et Catonem in orationibus suis vociferatum esse, *quod plures* (ita Macrob. Sat. II, 13.), *quam praescripto eius cavebatur, ad coenam vocarentur.* Hinc probabile scriptum fuisse: *octoni coenavere*, ne voc. *obsonitavere* sine caussa iteretur. 32. 33. *centenis*] *centeni* corr. Scal.

Qu. X, 18, 1. *participialiter*] v. Qu. X, 17, 11. 20. *Opigenam*] Cf. Martian. Cap. II. §. 149. cum annott. Grotii et Koppii. *Opigeram* scribi vult Meurs. Crit. Arnob. III, 9. T. VI. p. 139. Facilius credo, Verrium in interpretando nomine errasse. Iovem et Iunonem Ope dea genitos esse, notissimum.

ANNOT. PAULI. 3. *Optionatus*] vg. *Optinatus* Gu. *Optimatus* cett. codd.

omnes fere obscena dicta sint, quae mali ominis habebantur, ut illa Virgilii testimonio sunt, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, quom ait: "Harpyias obscenas volucres." et: "Obscenamque famem." || Ob praepositione antiquos usos esse pro ad, testis est Ennius, quom ait L. XIIII.: "Omnes occisi, obcensique in nocte serena." id est accensi. et in Iphigenia: "Acherontem adibo†, ubi mortis thesauri adiacent †." Eiusdem autem generis esse ait obferre, obtulit, obcurrit, oblatus, obiectus: mihi non satis persuadet. || Ostentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit, non dubium facit etiam C. Gracchus de legibus a se promulgatis, quom ait: "Quod unum nobis in ostentum†, ipsis in usum† adportatur." || Occisitantur, saepe occiduntur. sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium: "Homines liberi nunc in oppido occisitantur." || Osi sunt, ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quae est de lege Minucia, quom ait: "Mirum si quid his iniuriae sit†, semper eos osi sunt." quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quom dicimus, semper perosi. || Ostende, ostendam; ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est. || Optionatus, ut Decurionatus, Pontificatus dicitur, ut Cato in ea, quam habuit apud equites: "Maiores seorsum, atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores." || Ob os, ad os significat . . . . Item ut superioribus quoque exemplis testatus est. || Obsonitavere saepe obsonavere. Cato in suasione de lege orchia† derogaretur: "Qui antea obsonitavere†: postea centenis † obsonitavere." Significat autem convivari. || Ostentas, saepe ostendis gloriandi causa. Sed et participialiter id et dici debet, et dictum est feminino genere.

Opigenam Iunonem . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. X, 17, 8. *obibo.* 9. *obiacent.* 15. *inostentum.* *inusum.* 21. *fit.* 31.32. *ne legi Orchiae.* 32. *octoni coenavere.* 32. 33. *centeni.*

5

10

||Ovibus duabus † multabantur apud antiquos in minoribus delictis, ut in maioribus amb. †, nec hunc ultra numerum excedebat multatio: quod † postea quam aere signato uti civitas coepit, pecoraque multaticia
15 incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta aestimatio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae. Inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria millia aeris. Item vincesis † minoribus delictis. ||Olivitam

Oletum . . . . . 20 antiqui dicebant, quom olea cogebatur: ut messem cum frumenta: aut vindemiam cum uvas †. quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum eius significationis causa † haberemus. quamvis quidam olivitatem meam † dicant. ||Op-
25 pidorum originem optime refert Cato †. Cicero lib. I. de gloria, eamque appellationem usurpationem appellatam † esse existimat, quod opem darent, adiciens "ut imitetur inertias † Stoicorum." ||Orcum quem dicimus, ait Verrius ab antiquis dictum
30 Uragum †, quod et u. litterae sonum per o. efferebant: † per c. litterae formam nihilominus g. usurpabant. Sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus: nisi quod his † deus maxime nos urgeat. ||Obmo-

EMEND. LECTIO. Qu. X, 20, 11. *duobus.* 12. *XXX bobus.* 13. *sed.* 19. *vicessis.* 21. *uvae.* 23. *causa*] dele. 24. *eam.* 25. *Cato*] dele. 26. 27. *usurpationem appellatam*] *usurpata m.* 28. *ineptias.* 30. *Urgum.* 31. *per*] *et per.* 33. *is.*

Oletum stercus humanum. Veranius: "Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum."

Oppidum dictum est, quod opem praebet.

Orcus ab urgendo mortem dictus. C enim pro G frequenter ponebant antiqui.

ANN. FESTI. Qu. X, 20, 11. *Ovibus*] cf. Paulus p. 21. v. aestimata, cum annot., et p. 100. v. maximam multam: quo loco diligentius de ea re traditur, quam hoc. *duabus*] *duobus* corr. Scal., propter testimonium Pauli p. 114. v. ovem. 12. *delictis*] *criminibus* Ald. vg. *ut*] om. vg. *amb.*] *autem bubus* Ald. vg. *triginta* addit A. Aug. in mg. Illud *amb.* apparet miro errore *e XXX bob.* ortum esse. 13. *quod*] *quae* Ald. vg. Sententiae, cui neutrum convenit, non refragaretur part. *sed.* 15. *peculatus*] cf. Qu. X, 29. p. 186, 18. et Qu. XII, 5. p. 45, 13. Concinit Varro de L. L. V. §. 95.: *Hinc peculatum publicum primo, tum cum pecore diceretur multa et id esset coactum in publicum, si erat aversum.* Ita Varro ex consuetudine sua loquendi pro his: *si pecus tum aversum erat* (id est abactum, quod non diligenter custodiebatur, ut Festus ait), *cum pecore multa diceretur et id* (pecus multaticium) *esset coactum in publicum.* In quibus non video quid offenderit C. Lachmannum (in Mus. Rhen. Philol. T. VI. p. 110.). 16. *facta*] *est* addit Ald. vg. 19. *vincesis*] *vicesis* Ald. vg. *vicessis* Urs. in mg. *Olivitam*] *Olivetam* vg. Cf Paulus p. 114. v. olivetam (in parte priori literae O.) Apud Nonium p. 148, 2. est olivitas cum genitivo olivitatis, ut apud Columellam. Cato tempus olearum colligendarum oleitatem dicit. 20. *quom*] *quando* Ald. Ita etiam v. 21. bis. *cogebatur*] *colligebatur* Ald. vg. *Cogere oleam* Cato de R. R. 64. 144. 21. *uvas*] *uvae* corr. Dac. propter structuram. 22. *quam*] *quom* corr. Lind. Sed optime dicitur: *Perpessus est omnia potius, quam conscios indicaret.* 22. 23. *nullum*] *nullam* Ald. 23. *causa*] *causam* Ald. vg. *cum* corr. A. Aug. in mg. Delendum esse, monuit Lind. Nam *causa* ab iis additum est, qui genitivum a *nullum vocabulum* pendere non intelligerent; alii, etiam corruptius, *nullam causam* putaverunt esse coniungenda. 24. *meam*] *eam* Ald. vg. 24. 25. *Oppidorum*] cf. Paulus p. 112. v. oppidum, qui ex priori literae O parte idem etymon, sed in aliam tamen sententiam deflexum affert. 25. *Cato*] om. Ald. vg., idque Urs. probabiliter censet adiectum ab eo, qui de originibus oppidorum Catonem disseruisse meminisset. Lind. putat Catonem a Cicerone loquentem introduci, quod an Cicero in his de gloria libris fecerit, vehementer dubito: ut tamen fecerit, vix putaverim, grammaticum eius sermones ficto interlocutori, non ipsi scriptori, assignaturum fuisse. 26. 27. *usurpationem appellatam*] *usurpatione appell.* Ald. *usurpatam* recte corr. Dac. 28. *adiciens*] comma, quod post hoc voc. ponebatur, anteposui, ut intelligeretur, quid Cicero etymologico huic lusui adiecerit. *inertias*] *ineptias* vg.: recte. 30. *Uragum*] *Urgum* corr. Urs. et Lipsius Ep. Qu. III, 20. p. 183.: recte, quantum e Festi excerptis intelligi potest. *et*] *etiam* Ald. *per*] *et per* Ald. vg., recte. 31. *c. . . . g.*] cf. Paulus p. 20. v. acetare, cum annot. *nihilominus*] om. Ald.: quo intellectus Festi non adiuvatur. Equidem vereor, ne quaedam verba huius enunciationis exciderint, ut Festus ita scripserit: *et per c litterae formam etiam g comprehendebant, quanquam in loquendo nihilominus g usurpabant.* Ita certe si Festus dixit, rectissime dixit: nam licet primum Sp. Carvilium post bellum Punicum primum invenisse constet G literae formam (v. Voss. Aristarch. I, 15. 29. C. L. Schneider. Gramm. I. p. 270.): vim tamen et sonum eius literae vel in antiquissimo Latinorum sermone fuisse, comparatio linguarum persuadet. 32. *exemplorum*] *exempli* mg. A. Aug. 33. *his*] *is* Ald. vg., recte. — Alia de Orco, non meliora, Varro de L. L. V. §. 66.

ANN. PAULI. 3. *urgendo mortem*] manifestissimum exemplum, quam incuriose Paulus interdum Festi sententiam reddiderit.

ANN. FESTI. Qu. X, 21. 1. *diceb. apud ant.*] *apud ant. diceb.* Ald. vg. 2. *quae*] *supra* addunt Ald. vg. V. Qu. IX, 27. p. 27. 14. et Qu. X, 17, 5. et 30. *Offend.*] Isidor. Gloss.: *Offendices, nodi quibus libri signantur.* 3. *et remitt.*] om. Ald. 4. *coriola*] *choriola* Ald. vg. *coriola* corr. A. Aug. in mg. 6. *sit*] *est* vg. Miscetur hic oratio obliqua cum directa, ut saepe. 7. *off. mentum*] *offendimentum* Ald., ex Paulo. Sed illud Festi sententiae unice convenit. *Olvatum*] *Olvatium* Ald.: *Olus atrum* coni. Scal. ludens opinor. Meursius Exerc. crit. II, III, 16. olvatium dictum putat, quod in ollis coctum esset, ab olla, ut testuatium a testa. Sed testuatium non a testa, sed a testu dictum est. V. Varro de L. L. V. §. 106. Potius olvatum oleris mensuram putaverim, dictam ab olu (olim helu), pro olere, cuius formae aliud documentum sunt helvola et helvella. V. annot. ad Paulum p. 74. v. helus. 8. *offerre*] *efferre* coni. Dac., probabiliter. 9. *fere*] *ferre* corr. Dac. *antea*] *ante* em. idem, et hoc recte. Cf. Qu. X, 17, 9. v. ob. 10. *Praeceptat*] de glossis extra ordinem praepositis, quae pleraeque e Saliaribus carminibus sumptae esse videntur, v. Praef. II, 2, 11. *Pa*] *Par* coni. Dac., Ennianum *coil* comparans. Sed multum interest inter hanc grammatici poetae apocopen et Saliarium carminum sermonem. *parte*] *patre* coni. Im. Huschk. de Annio Cimbro p. 53.: quam coniecturam, sane quam

Offendices dicebant ligaturae nodos, quibus apex retinebatur. Id quum pervenisset ad mentum, dicebant offendimentum.

LIBER XIV.

Praeceptat saepe praecipit.
5 **Plisima** plurima.
Petilam suram significat ungulam equi albam.
Pilare et compilare a Graeco trahitur. Graeci enim fures philetas dicunt.
(116) **Pilat** pilos habere incipit; alias pro detrahit pilos, a quo **depilati**.
Pila, quae parietem sustentat, ab opponendo dicta est.
10 **Pilentum** vehiculi genus, quo matronae ferebantur.
Pilani pilis pugnantes.
Pellicator, qui pellicit ad fraudem.
Pellirem galerum, quia fiebat ex pelle.

probabilem, occupavit Valckenaer. in Theocr. Adoniaz. p. 382. c. (225. ed. Berol.) *potiss.*] *populo* Ald. vg.: quod plerisque placuit. 12. *Promen.*] cf. Paulus p. 91. v. Minerva. Fruter. Verisim. I, 16. in Grut. Lamp. T. II. p. 831. 13. *monet*] vg. additur: (*in saliari carmine*). *Praedotiont*] *Praedotiunt* vg. *Praedopiunt* coni. Meurs. Ex. crit. I. Casin. 2.: probabiliter. Compositum est e *praed* (ut red, sed, prod) et *opere*, quod frequentative dicitur optare. *Prospices*] *Prospica* coni. Dac., collato Nonio p. 155, 24.: sed Nonio *prospica* adiectivum est. 14. *Pesnis, pennis*] *Poesnis poenis* Ald. vg. Cf. Paulus p. 51. v. dusmo, cum annot. 16. *nond. gemin.*] adde hoc exemplum annotatis ad Paul. p. 5. v. anus. 17. *Plisima*] *Plusima* mg. A. Aug. Ita sane Varro de L. L. VII. §. 27. Mallem *Ploisuma*. Et hoc adde ad Paul. p. 13. v. arbosem. 17. 18. *Pret. . . . pe*] om. Ald. vg. *Pretes-tem, interpretes-tem, prisce* coni. Lind. Facilius posses: *Prae tet* (i. e. ted) *tremonti, praetremunt* (ut dicitur praemetuo) *te*. Illud antiquissimae Romanorum linguae convenire videtur. *Tremonti* Doricum est τρέμοντι i. e. τρέμουσι. De tmesi cf. Qu. X, 8, 2. v. ob vos sacro. 18. *perfr.*] *perstringas* Ald. 19. *Promerion*] *Promorion* mg. A. Aug. *Promerito* coni. Scal.; *Pramedio* Dac.; *Promeritom* Lind. 20. *aut pro medium*] *ut pro medio* coni. Scal. *medio* etiam A. Aug. in mg. *ut promeret* coni. Lind. Tentavi: *aut pro μορίῳ*. *participat*] *participem* Scal., quae cum seqq. iungit. Corrige *particula*. *aut*] *ut* Ald. *et* coni. Scal. 21. *dic.*] *accipimus* corr. Lind. *Priviclio es*] *Privivio es* (in mg. *est*) vg. *Privicloes* corr. Urs., i. e. *priviculis*, collato Paulo p. 16. v. ab oloes. Lind. mavult *privoloes*. 22. *Petilam*] cf. Nonius p. 149, 7. Isidor. Glossae: *Petulus* (scr. *Petilus*) *equus qui habet albos pedes*. Cf. Meurs. Exerc. Crit. II, 3, 2. *substrictam*] *stricta* Ald. 23. *interpr.*] *interpretantur* mg. A. Aug.: recte. 24. *Pilumnoe*] genitivum existimat Dac.: sed genitivi eius formae nullum certum documentum est, nominativi pluralis multa. 26. *hostis*] *hosteis* Ald. *Praepetes*] haec Ald. alio loco collocavit, ante v. picati (Qu. X, 24.): minus commode. Cf. Qu. X, 13, 8. v. oscines, et Qu. XII, 14. p. 54, 22. v. praepetes. 28. *aut ea*] *antea* Ald. vg. 28. 29. *quae praepetamus*] *quam putamus* Ald. *quam petamus* vg. Sed unice probandum quod Urs. habet. 29. *praetervolent*] fortasse hoc loco fuit *praevolent*. *aut*] *alii* scribendum esse apparet, et monuit Huschkius. 31. *s.*] *scilicet* vg.: quod illa nota indicatur. 32. 33. *omnis*] *omnes* Ald. vg. 33. *Pilare comp.*] *et* interponit Ald. Cf. Paulus p. 32. v. compilare, cum annot.

Qu. X, 22, 1. Post lac. vg. additur: *Graeci enim fares piletas*, nescio an e schedis Laeti. Canter. Nov. lect. I, 12. corr. *fures φιλήτας*. 6. *Pilat*] cf. Nonius p. 39, 25. 16. *Pilentum*] cf. Festus Qu. IX, 2, 2. v. matronis, cum annot. 21. *Pilani*] cf. Varro de L. L. V. §. 89. 26. *Pellic.*] Gloss. Labb.: *Pellicator*, προς-αγωγός. *Pelicator* (corrupte), ζηλότυπος. 31. *Pellirem*] priscum, ut videtur, voc., quo sacerdotum galerus significabatur. V. Serv. in Aen. II, 683.

ANN. PAULI. 7. *fures*] boni codd. A. Aug. in mg. Lind. *plures* vg. *philetas*] M. *piletas* Gu. vg. πιλητάς Lind. πειρατας mg. A. Aug. 9. *oppon.*] *oppilando* corr. Vossius in Etymologico et Dac. Sed Festus simplex verbum pilare significasse et illo verbo explicuisse videtur. *dicta est*] M. vg. *est dicta* Gu. Lind. 12. *pellicit*] vg. *pellicet* boni codd. 13. *Pellirem*] boni codd. Lind. *Pellicum* vg.

veto, pro admoveto dicebatur apud antiquos, ut alia, quae relata sunt. || Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex retineatur et remittatur. At Veranius coriola existimat, quae sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur. nam quom ad mentum perventum sit, offendit mentum. || Olvatum Antistius Labeo ait esse mensurae genus. || Occultum offerre †, significat sub terram fere † ponere. || Obiacuisse, antea † iacuisse. || Praeceptat, in saliari carmine est, saepe praecipit. || Pa pro parte †; et po, pro potissimum positum est in saliari carmine. || Promenervat item, pro monet. || Praedotiont †, praeoptant. || Prospices, prospice. || Pesnis, pennis, ut Casmenas dicebant, pro Camenis: et caesnas pro caenis. || Polteo pro ulteriore. || Polet, pollet: quia nondum geminabant antiqui consonantis. || Plisima †, plurima. || Pretet † tremonti praetemunt. pe †. || Perfines, perfringas. || Promerion, praecipuum, praeter caeteros meritum. aut pro medium † hoc est participat †; aut pro indiviso dicimus. || Priviclio es †, privis id est singulis. || Petilam suram, siccam, et substrictam vulgo interpretatur †. Scaevola ait ungulam albam equi ita dici. || Pilumnoe poploe in carmine saliari, Romani, velut pilis uti assueti: vel quia praecipue pellant hostis. || Praepetes aves quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciant praetervolantes. alii quod aut ea, quae praepetamus, indicent: aut quod praetervolent. aut † ex Graeco tractum putant, quod ante conspectum volent nostrum: inepte s. ex praepositione Latina componentes et Graeco vocabulo. ceterum poetae promiscue omnis aves ita appellant. || Pilare, compilare sunt

qui Graecae originis . . . . . .

Pilat . . . . . .

Pila . . . . . .

Pilentum . . . . . .

Pilani . . . . . .

Pellicator . . . . . .

Pellirem . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. X, 21, 8. *efferre.* 9. *ferre. ante.* 11. *patre.* 13. *Praedopiont.* 18. *Prae tet.* 18. *praetremunt te.* 20. *μορίῳ. particula.* 21. *Privicloes.* 23. *interpretantur.* 20. *praevolent. alii.*

. . . . . .

Pellexit 5

Pelluviae 10

Pelamys 15

Pellem 20

Pillea 25

Pelta 30

||Picati appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum: quod eas Dori ficas vocant. ||Petulantes, et petulci etiam appellantur, qui protervo impetu, et crebro petunt laedendi alterius gratia. Ver. in IV. Geor.: "Neque oves hoedique petulci floribus insultent" et †: "Cornigeras norunt matres . . . agnique petulci." Et Afranius in Ida: "Nostrum in conventum aut consessum, ludum lapsumque petulcum." Interdum pro veloce usi videntur antiqui; ut hoc versu intelligi potest: "Exiluit quasi petulcus quidam, pedibus convibravit." ||Petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit L. XI.: "Alte delata †, ceterisque † ingentibus tecta." et Levius † in Centauris: "Ubi ego saepe † petris." alterum manufactum, ut docet Aelius Gallus: "petra est, qui locus dextra ac sinistra fornicem expleturusque † ad libramentum summi fornicis." ||Petissere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt lacessere, et incessere. sed, ut mihi videtur, quom significabant saepius petere, ut † petessant, saepius petant. ||Petrones rustici fere dicuntur propter vetustatem, et quod deterrima quaeque ac praeruptus . . iam † agri petrae vocantur, ut rupices idem a rupicis †. ||Petauristas Lucilius a petauro appellatos existimare videtur, quom ait: "Sicuti mechanici, cum alto exiluere petauro." At Aelius Stilo quod in aere volent, cum ait: "Petaurista proprie Graece ideo quod his † πρὸς ἀέρα πέταται." ||Petoritum, et Gallicum vehiculum esse, et nomen eius dictum esse existimant a numero IIII rotarum. alii Osce, quod hi quoque petora quattuor vocent,

expletur Mai. p. 166

EMEND. LECT. Qu. X, 24, 7. *et Lucretius.* 8. Lacuna nulla est. 14. 15. *Alted elata?* 15. *petrisque. Lacvius.* 16. *Echo saepta.* 18. *expletur usque.* 22. *ut]* excidit nomen scriptoris. 25. *praerupta etiam.* 26. *rupibus.* 30. *is.*

Pellexit in fraudem induxit. **Pelluviae**, quibus pedes lavantur, ut **malluviae**, quibus manus.
Pelamys genus piscis dictum, quod in luto moretur, quod Graece dicitur πηλός.
Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in **pellibus** sunt.
Pillea Castori et Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pilleatis pugnare mos est.
Pelta genus scuti.
Petrones rustici a petrarum asperitate et duritia dicti.
Petoritum vehiculum Gallicum. Alii Osce putant dictum, quod hi petora quattuor appellant; quattuor enim habet rotas.

ANN. FESTI. Qu. X, 23, 5. *Pellexit*] cf. Paulus p. 23. v. allicit, p. 86. 87. v. lacit. 10. *Pelluv.*] cf. Qu. IX, 9, 15. v. Malluvium. 15. *Pelamys*] cf. imprimis Köhler *Τάριχος*, *Mém. de l'Ac. d. Petersb. Sc. polit.* T. I. p. 360. 25. *Pillea*] Laconicos πίλους commemorant Appian. Syr. 41. Pollux I, 10. Cf. Aeneas Poliorc. 11. Mythologi qua ratione Dioscurorum pileos interpretentur, notum est.

Qu. X, 24, 3. *Dori*] *Dorii* Ald. vg. Sed in cod. unum i fuit. *ficas*] *sphincas* Ald. *phicas* vg. *picas* A. Aug. in mg. Sphingas dictas esse Boeotis Aeolensibus, non Doriis, φῖκας, et Hesiodus (v. Theog. 326. cum annot. Graevii) et Phicium mons (de quo dixi in Orchom. p. 33.) ostendunt. Cf. Valckenaer. in Eurip. Phoen. 813. De Latinorum voc. pica Turneb. Adv. III, 10. 4. *Petul.*] cf. Nonius p. 23, 17. *petulci*] Dac. etiam in Isidor. Glossis *petulus* mutat in *petulcus*. Sed v. annot. ad Qu. X, 21, 22. v. petilam. 6. *Ver.*] Virgil. G. IV, 10. 7. *et*] *Luc.* Ald.: scilicet, quod corrector Aldinae viderat, Lucretii II. v. 368. intelligi. 8. Lacunae signa om. Ald.: nec quicquam deest. *Afranius in Ida*] fabulae nomen incertissimum. Bothe V, II. p. 176. 10. *veloce*] *veloci* Ald. vg. 11. *Exiluit*] *Exilivit* Ald. vg., ubi illud in mg. additur. Versus est iambicus tetrameter, ex inc. fabula ductus. 12. *pedibus*] *pedicus* vg. 14. *Ennius*] Ann. XI, 23. ap. Merulam. 14. 15. *Alte delata*] *Alte elata specus* corr. Scal., idque in fragmenta Ennii receptum est. Dubito tamen, an Ennio vocalem ante *specus* corripere non licuerit, ut non licuit Virgilio. Ennium scripsisse suspicor: *Alted elata*, ut *facilumed* est in SC. de Baccanalibus, quod Ennio vivo et florente factum est. *Elata* et *tecta* ablativi sunt. 15. *ceterisque*] *petrisque* coni. A. Aug. in mg. Scal. *Levius*] *Livius* Ald. vg. Laevium intelligi eundem, quem Gellius XII, 10. laudat, monuit Urs. et comprobavit A. Weichert. de Laevio poeta, Poet. Lat. rell. p. 60., qui Centauros Erotopaegenion librum fuisse suspicatur. Aliud est iudicium Osanni Anal. crit. p. 52. 16. *ego saepe*] *Echo septa* coni. Scal.: ingeniose. 17. *qui locus*] *quae Iovis* vg., sed in mg. *qui locus*). *quae domus* coni. Scal., re ipsa non intellecta. Petram, intelligitur, dici solida saxa, quibus pilae et incumbae fornicibus subiectae a latere continentur et amplificantur, ut oneri fornicationis satis resistere possint. 18. *fornicem*] pendet a voce. *dextra ac sinistra*, quae eodem iure accusativum regunt, quo infra et supra. *expleturusque*] *expleturus aquae* Ald. *expletura est* vg. Illud, quod e schedis Urs. dedit, optimum est, si voce. recte dividantur. Qua re locum emendari, monuit etiam Huschkius. 19. *Petissere*] *Petessere* Ald. *Petessere* e Cicerone affertur; in Lucretio legitur *petissens* (V, 808.) et *petessit* (III, 648.). 21. 22. *sed . . . petere*] haec Festus addidit, ut significaret, sibi petissere non desiderativum sed frequentativum videri, contra aliorum grammaticorum opinionem (v. Priscian. VIII. p. 827. P.). *quom*] *tum* Ald. vg. *eo* mg. A. Aug. 22. *ut*] *et* A. Aug. Mihi poetae nomen hic excidisse videtur. *petessant*] *retissant* vg. *pitissant* et deinde 23. pro *petant*] *potant* coni. Fruter. Verisim. II, 15. in Grut. Lamp. T. II. p. 855., cum Aurato: satis inepte. Non aptius tamen Dac. *retissant* et *retant*, quasi a verbo reto duci posset desiderativum retissare. 24. *vetust.*] *terrae vastitatem* corr. C. Barth. Adv. XXIV, 25., quod non placet. 24. 25. *ac praeruptus . . iam*] *ac praerupti iam* Ald. *ac praerupta . . iam* vg. *ac praerupta etiam* Scal., longe probabilius, quam Barth., qui coni.: *ut pote rudus*. 26. *idem*] h. e. *iidem*, ut est in Ald. vg. *a rupicis*] om. vg. *a rupinis* Ald., ubi additur: *aliter a petrarum* etc. e Paulo. *a rupis duritie dicti sunt* Dac.: at facilius corrigitur cum Urs.: *a rupibus*. Cf. Festus Qu. XV, 2. p. 138, 31. v. squarrosos. *Petaur.*] cf. Nonius p. 56, 26. *Lucil.*] fragm. inc. 40. ap. Dousam. 27. *quom*] *quando* Ald. 28. *mechan.*] Seneca ep. 89.: *machinatores*, *qui pegmata per se surgentia excogitant*. Cf. Scaliger. in Manil. Sphaer. p. 405. 30. *his*] *is* corr. Urs. *ii* Ald. vg. et deinde πετῶνται. *ἀέρα*] *αὔρας* mg. A. Aug. *Petoritum*] Gloss. Labb.: *Petoritum*, φορεῖον. Plura Bekker. Gall. I. p. 223. Gallicum voc. dicit etiam Quinctil. Inst. I, 5. De Osco voc. *petora* et Gallico *peduar* dictum rer. Etrusc. introd. I, 7. T. I. p. 30. 32. Mirabilia de eo commenta profert Voss. in Etymol. p. 533. 33. *hi*] *ii* vg. *petora*] *petor* Ald.

ANNOT. PAULI. 2. πηλός] vg. Lind. *pylon* boni codd. 4. *Pillea*] boni codd. Lind. *Pilea* vg. Illa forma quanquam non solet inter exempla geminatae lit. L recenseri, non repudianda tamen videbatur. *pilleatis*] *pillextis* M. *pellextis* Gu. *pileatis* vg. Lind. 7. *petora*] vg. *potora* M. *pettora* Gu. Lind. *quattuor*] utroque loco M. vg. *quatuor* Gu. Lind.

Petimina in humeris iumentorum ulcera.

Picta quae nunc toga dicitur, antea vocabatur **purpurea**, eaque erat sine pictura.

Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.

Pendere poenas solvere significat, ab eo, quod aere gravi quum uterentur Romani, penso eo, non numerato debitum solvebant: unde etiam **pensiones** dictae.

Penetralia sunt penatium deorum sacraria.

Peniculi spongiae longae propter similitudinem caudarum appellatae. **Penes** enim vocabantur caudae.

Penetrare penitus intrare.

ANN. FESTI. Qu. X, 25, 1. *Petimina*] Gloss. Labb.: *Petumen, κτήνους ἕλκος.* Servius Dan. in Virg. G. I, 138. petimen in bove idem dicit, quod Graeci *ὕβον.* 2. *his*] *humeris* Ald. vg.: e Paulo. *vulgo appellánt*] *vulgus appellat* Ald. vg. 3. *Lucilius*] fr. inc. 41. ap. Dousam. 5. *nectos*] *pectus* Ald. vg., recte, ut videtur. 5. 6. *solitum appell.*] *appell. sol.* Ald. vg. 6. *sullae*] *suillae* Ald. vg., et hoc recte. 7. *piscino*] *porcino* Dalecamp. in Plin. N. H. II, 37. Nec tamen eo Naevii versiculus, quem in fragmentis comoediarum desidero, satis emendatus esse videtur. *Pennas*] cf. Qu. X, 21, 14. v. pesnis. 8. *fertur*] *ferunt* Ald. vg: qua correctione opus est. *appell. peenas*] om. Ald. vg. Festum credibile est vel *petenas* vel *petnas* scripsisse, propter etymon quod sequitur. 9. *volucriora*] *volucria* Ald. vg. Sic corrigendum est. 10. *ut*] *et* vg.: sed in mg. *ut.* *Zeuxis*] *Zeusis* Ald. vg. *risui*] *risu* Ald. vg.: correctione necessaria. Non placet, quod Lind., ne litera i plane pereat, quod sequitur voc. *mortuus* in *emortuus* mutat. 11. *γραῦν*] *γράνην* mg. A. Aug. Verrius Graecum voc. forsitan iccirc addiderit, quod tabulae illius quasi proprium nomen esset *ἡ γραῦς.* 14. 15. *adhaereret tul.*] *adderet tul.* Ald. *addere . . . tul.* vg. *ad id retulit* coni. Scal.: sed omnium optime Urs.: *ea de re rettulerit.* 15. *ineptos pati; sed*] *ineptia pari, et* coni. Scal. Melius Urs.: *ineptos satis, et.* *praetoris*] *auctoris*) vel *poetae*) A. Aug. in mg. *pretii* coni. Urs. Scal. id voc. plane delendum existimat. Sed voc. *auctoris* facile a librario festinante cum *praetexto* sic confundi poterat. 16. *hi*] *ii* Ald. vg. Versus sunt duo senarii iambici. 17. *risu*] *risus* A. Aug. in mg. Sed *risu* praestat, si antiquam dativi formam esse memineris. 18. *Picta . . . toga*] Festi sententiam comprobat Scal., collatis inter se Livii locis XXX, 15. et XXXI, 11. 19. *ante*] *antea* Ald. vg. 20. *est*] post hoc voc. in vg. lacuna est, quam Dac. explet voc. *duplex.* Quo tamen supplemento non opus est, si aliud erat Vertumni, aliud Consi templum. 21. 22. *M. Fulvius Fl.*] M. Fulvius Q. f. M. n. Flaccus cos. a. 489. triumphavit de Vulsiniensibus. V. Gruter. Corp. Inscr. p. 297. 22. *T. Papir. Curs.*] *L.* corr. A. Aug. in mg.: recte. Intelligitur aut L. Papirius Cos. a. 427., aut filius eius L. Papirius Cos. a. 460. (in quem magis inclino): utrumque de Samnitibus triumphasse constat. 23. *Tunica . . palmata*] de hac disseruit Manut. epist. quaest. II, 4., laudatus a Dac. Festi sententiam impugnavi rer. Etrusc. II, 2, 7. T. I. p. 373. 25. *Impetum*] haec apparet Verrium posuisse sub literis Pe, sed Ald. et vg. ea transtulerunt in lit. I., quo loco eadem verba Lindemannum secuti supra p. 81. dedimus. *industrium*] sed aliter idem voc. explicatur apud Paulum p. 79. 28. *Pietati aedem*] hanc aedem a M'. Acilio Glabrione, a. u. c. 571., dedicatam esse narrat Liv. XL, 34. Fabulosam illam caussam plures commemorarunt. *consecr. ab Acil.*] *ab Ac. consecr.* Ald. vg. *Acillo*] *Accilio* Ald. *Acilio* vg. 29. *quondam*] *quandam* mg. A. Aug. 31. *impunitus*] *impunitas* Ald. vg., recte: *impunitus* et deinde *concessus* A. Aug. in mg. 32. *est*] *sit* Ald. vg. *Picum avem*] cf. Festus Qu. XII, 15. p. 55, 14. v. Picum regem.

Qu. X, 26, 1. *quo dissolutus sit*] *quod is solitus sit eo uti* Urs. corr. et suppl.: optime. 7. *Pendere poenas*] eandem locutionem explicat Festus in secunda lit. P. parte, Qu. XII, 11. p. 51, 3. v. poenas. Cf. Paulus p. 55. v. dispensatores, cum annot. 13. *Penetralia*] cf. Qu. XII, 20. p. 60, 15. v. penetrale sacrif.

ANNOT. PAULI. 7. *spongiae longae*] intellige penicillos pictorum, nam hos e spongiarum tenuissimo et densissimo genere factos esse, testatur Plinius. Alii sunt peniculi e caudis extremis facti, quibus ad detergenda vel calciamenta vel alias res utebantur antiqui. Cf. Festus Qu. XI, 32. p. 40, 24. v. penem.

alii Graece, sed αἰολικῶς dictum. ||Petimina in his † iumentorum ulcera, et vulgo appellant, et Lucilius meminit quom ait: "Ut petimen naso aut lumbos cervicibus tangat." eo nomine autem, et inter duos armos suis quod est aut nectos † solitum appellari testatur Naevius in descriptione sullae †, quom ait: "Petimine piscino qui meruerat." ||Pennas antiquos fertur † appellasse peenas † ex Graeco, quod illi πετηνὰ ea, quae sunt volucriora †, dicant. Item easdem pesnas, ut caesnas. ||Pictor Zeuxis risui † mortuus, dum ridet effuse pictam a se anum γραῦν. cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu verborum scribere propositum habuerit, equidem non video, cum versiculos quoque adhaereret tulerit † et ineptos pati: sed † nullius praetoris † praetexto nomine: qui tamen sunt hi. "Nam quid modi facturus risu denique? nisi pictor fieri vult, qui risu mortuus est." ||Picta quae nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura. eius rei argumentum est pictura in aede Vertumni, et Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. † Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. Tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur. ||Impetum, industrium, indulgentem perinde composita esse ait Verrius, atque impune, et immunis: mihi non satis persuadet. ||Pietati aedem consecratam ab Acillo † aiunt eo loco, quo quondam mulier habitaverit, quae patrem suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit: ob hoc factum, impunitus † ei concessa est. ||Picum avem quidam dictum putant a Pico rege Aboriginum,

quo dissolutus sit † . . . . . .

Pendere poenas . . . . . .

Penetralia . . . . . .

Peniculi . . . . . .

Penetrare . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. X, 25, 2. *humeris.* 5. *pectus.* 6. *suillae.* 8. *ferunt. petnas.* 9. *volueria.* 10. *risu.* 14. 15. *ea de re rettulerit.* 15. *satis, et. auctoris.* 22. *L.* 28. *Acilio.* 31. *impunitas.* Qu. X, 26, 1. *quod is solitus sit-eo in auguriis uti.*

Pennatas . . . . . ||Piscatorium aes vetusto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piscibus. ||Pedam vestigium humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet. ||Pescia in saliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci pelles vocent pesce neutro genere pluraliter. ||Pestiferum fulgur dicitur, quo mors exiliumve significari solet. ||Pisalitem † appellat Naevius Pantaleontem, id est Pisis

Penora . . . . . oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur. ||Pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat hoc modo: "Rus detrudetur pedicosus, squalidus." Pedes autem pro pediculis, sic Plautus refert in Curculione: "Item genus † inter homines meo quidem animo, ut muscae, culices, cimices, pedesque, pulicesque." et Livius in Gladiolo: "Pulices ne, an cimices, an pedes, responde mihi." et Lucilius: "Ubi me vidit, caput scabit, pedes legit." ||Pesestas inter alia, quae

LI. XV. INCIPIT. . . . . . si † inter precationem dicuntur, cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris possunt †, quom dicitur: "Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem." ||Pedum baculi genus incurvum, ut Vir. in Buc. quom ait: "At tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret." ||"Pedem struit" in XII. significat fugit, ut ait Ser. Sulpicius. ||Pistum pisendo perpolitum † antiqui frequentius usurpabant, quam nunc nos dicimus. ||Pedarium Senatorem significat Lucilius, quom ait: "Agipes † vocem mittere coepit." qui ita appellatur, quia tacitus transeundo ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat, indicat. ||Piscatorii ludi vocantur,

Pentathlum . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. X, 28, 8. 9. *Pisatilem.* 15. adde: *est lenonium.* 20. *si*] dele. 22. *possit.* 27. *a pisendo pro molitum.* 30. *Acipes.*

Pennatas impennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis, et alias sine aristis: agnas novas voluit intelligi.

Penora dicuntur res necessariae ad victum quotidianum, et locus eorum **penarius**.

Pentathlum antiqui quinquartium dixerunt. Id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, iactu disci, (117) cursu, saltu, iaculatione, luctatione. **Pedam** vestigium humanum appellabant. 5

Pisatilem Naevius dixit e Pisis oriundum.

Pedes dicuntur, quos diminutive dicimus pediculos. Ab his **pedicosi** appellantur, ut est illud: "Pedicosus, squalidus ubi me vidit, caput scabit, pedes legit." **Pesestas** dicebatur pestilentia.

Pedum baculi genus incurvum. Virgilius: "At tu sume pedum."

Pedem struit dicebant pro eo, quod est fugit. 10

Piscatorii ludi dicebantur, qui fiebant pro quaestu piscantium.

ANN. FESTI. Qu. X, 27, 1. *Pennatas*] *Ἄρνας* e Theophrast. H. Pl. VIII, 7. in comparationem affert Scal. Minus bene Fruter. Verisim. I, 8. (in Gruteri Lamp. T. II. p. 519.) Graecum *ἄχνη* Latino agna expressum putat. Alienum est, quod legitur in Isidor. Gloss.: *Pennum bis acutum*, quod truncatum est e: *Pennum acutum, hinc bipenne bis acutum*. Cf. Origg. XIX, 19. 10. *Penora*] Quod in Gloss. Labb. est: *Penusa, βρωτὰ καὶ ποτά*, puto ex ipso Festo fluxisse. Cf. Paulus p. 74. v. helus et helusa. 20. *LI. XV.*] v. Praef. II, 2. 30. *Pentathlum*] cf. Festus Qu. XII, 25. p. 65, 8. v. quinquertium. Iustus quinque artium ordo a Paulo Festove vel ipso Verrio nonnisi ea in re mutatus esse videtur, quod discus ex tertio in primum locum summotus est.

Qu. X, 28, 2. *Pedam*] Gloss. Labb.: *Peda, pedatura, ἴχνος*. 7. *pesce*] *πέσκη* vg. Hesych.: *Πεσκέων, δερμάτων*. Idem est *πέκος*. *Pestiferum*] cf. Festus Qu. XII, 13. p. 53, 19. v. postularia, Seneca Qu. Nat. II, 49. 8. 9. *Pisalitem*] *Pisatilem* Ald. vg., ut Paulus: idemque probat Urs. *Pisatem* coni. Lind., illud e compendio scripturae male intellecto ortum existimans. Sed Naevius Graecum *Πισάτης* Latinae linguae ita accommodavit, ut analogiam adiectivorum aquatilis, fluviatilis sequeretur. 9. *Naevius*] hic facile belli Punici historiae dira illa Pantaleontis facinora implicare poterat, de quibus Heraclid. Pont. de rebuspubl. 6. narrat. *id est*] *e*. Ald. vg., ortum e compendio ī̄ē. 12. *Titinius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 73. n. 8. 13. *pedicosus*] ita pro *paedidosus* Festum aut Verrium male legisse autumat Scal. in Varr. de R. R. 48, 35. (p. 208.), assentiente Vossio in Etymol. p. 523. ed. Neap., quod ipsum metrum illi voc. repugnet. Sed de metro non constat, et paedidosus a paedido analogiae linguae Latinae non convenit. V. Duentzer. *Lehre von der latein. Wortbild.* p. 116. 14. *in Curculione*] IV, 2, 14. 15. *genus*] *est lenonium* e Plauto addendum. 17. *Liv. in Gladiolo*] *in* om. Ald. *Naevius Novius*) A. Aug. in mg., nescio quam ob caussam. Bothe V, II. p. 5. 18. *Lucilius*] L. XXVIIII. fr. 25. ap. Dousam. Nonio p. 472, 5. v. palpatur, collato intelligitur, Lucilii versum a Festo non integrum esse appositum. Lucilius scripsit, opinor: *Hic me ubi vidit, subblanditur, palpatur, caput scabit | Et pedes legit*, trochaico metro. 19. *Pesestas*] *Pestestas* corr. Meurs. Ex. crit. II, 3, 2.: sine insta caussa. 20. *si*] uncis includit Urs. om. Ald. vg. *inter precat.*] *interpretatores* Ald. vg. *imprecatores* corr. A. Aug. in mg. *inter precationes* coni. Scal. *dicuntur*] *dicant* Ald. *dicunt* vg. 22. *ceteris*] *aliis* mg. A. Aug. *possunt*] *possint* vg. *possit* A. Aug. in mg., recte. *potest* coni. Lind. Similes, non easdem, precationes in agro lustrando commendat Cato de R. R. 141. 23. *Pedum*] de eodem voc. Festus iterum, in secunda lit. P. parte, Qu. XII, 17. p. 57, 24. Utrumque articulum Ald. et vg. in unum commiscuerunt. 24. *Vir.*] Virgil. Ecl. V, 89. 25. *quod . . . rogaret*] om. Ald. vg. In Paulo edd. vett. praeter haec addunt: *Non tulit Antigenes*. Festus saepius versus integros, non integra sententia, ponit: quod observavit etiam Perizon. Anim. hist. p. 381. 26. *in XII.*] v. Dirksen de XII. tabb. p. 144. Festus Qu. XIV, 17. p. 121, 6. v. struere. 27. *pisendo*] *pinsendo* Ald. vg. *a pinsendo*. Sed pisere et pinsere Latine dicebatur. *perpolitum*] *pro politum* vg. *pro molitum* corr. Scal. 30. *Lucil.*] fr. inc. 90. ap. Dousam. *Agipes*] apparet velocem hominem dici, quem supra acupedium vel aquipedium appellatum esse, observabatur. V. Paulus p. 9. v. acuped. cum annot. Hinc *agipes* in *acupes* vel *aquipes* vel quod omnium facillimum est *acipes* refingendum est. De ipsa re cf. Gell. N. A. III, 18. 33. *Piscat. ludi*] a. d. VII. Id. Iunias, v. Ovid. F. VI, 235. Disertius de iis Festus Qu. XII, 8. p. 48, 23.

ANNOT. PAULI. 1. *Saliari*] vg. Lind. *Salari* codd. *sine aristis*] post haec vocc. interpunxi, nec tamen eo locus persanatus. Vereor, ne plura exciderint huiusmodi: *sed Aelius oves veteres et* . . 2. *voluit*] *voluerunt* duo deteriores codd. 3. *quotidianum*] *cottidianum* Gu. Lind. *eorum*] codd. vg. Lind. *earum* ed. vet. mg. A. Aug. *penarius*] *penarium* corr. Scal. Sed penarius adiectivum esse videtur. 7. *pedic. dicimus*] M. edd. vett. vg. *dic. ped.* Gu. Lind. 11. *Piscatorii*] *Piscatoria* M.: merito reiectum a Lind.

Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut **testudinatum** in quatuor.
Peculatus furtum publicum a pecore dictum, sicut et **pecunia**, eo quod antiqui Romani nihil praeter pecora habebant.
Piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam alii **sagam** vocabant. **Piamenta** quoque dicebantur, quibus utebantur in expiando.
5 **Piacularis porta** Romae dicta propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant.
Pigere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet.
Pangere figere, unde plantae pangi dicuntur, quum in terram demittuntur; inde etiam versus pangi vel figi in cera dicuntur.
Pegasides Musae dictae sunt a fonte, quem Pegasus ictu ungulae fingitur aperuisse. Ob quam causam et Graece appellatae sunt *ἱπποκρῆναι*. **Pipatio** clamor plorantis lingua Oscorum.
10 **Pimpleides** Musae a fonte Macedoniae dictae propter liquoris eius unicam subtilitatem.
Petissere petere. **Pitpit** Osce quicquid.
Picena regio, in qua est Asculum, dicta, quod, Sabini quum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederit.

ANNOT. FESTI. Qu. X, 29, 3. *quam*] *aquam* Ald., male. 5. *Lucil.*] fr. inc. 75. ap. Dousam. *Pro*] delet Turneb. Advers. XVI, 22. Scal. Verisimilius, latere in *pro* siglam aliquam, ut *p̄co*, i. e. *praeco*. Praeconibus certe, cum turpis eorum quaestus haberetur, obtuso ore, i. e. impudenti (v. Plaut. Cas. V, 1, 8.), opus erat. *piscin. reses*] *pisc. res est* Ald. vg., sed *reses* scribendum esse, viderat etiam Scal. *piscinensisque resesque* Turneb., ut hexametri numeros expleret. Mihi facilius iambicus senarius restitui posse videtur: *Praeco óbtuso ore, pugil piscinensis, reses.* Nam *pugil piscin.* coniungenda esse, ipse Festus ostendit. 7. *divisum*] *devexum* Paulus rectius. *testudin.*] cf. Vitruv. VI, 3. 8. *Piari*] cf. Non. p. 370, 2. v. piare. Verrius de expiatione Orestis, Alcmaeonis, aliorum, qui Furiis agitari ferebantur, cogitasse videtur. 9. *sint*] hoc voc. deleto structura expeditur. Alioquin *cum* addendum esset. 10. *sunt*] *sint* Ald. vg. Hoc loco vg. *et* additur. 11. *Pignosa*] cf. Paulus p. 13. v. arbosem, cum annot. 11. 12. *Val. Aus.*] *et* vg. interponitur. 12. *pin. palisi*] *pin. pilesi* Ald. *pin. pilisi* vg., sed *pinosi palisi* in cod. esse, etiam A. Aug. testatur in mg. Idem coni. *Pinasii, Papisii* idque comprobat Urs. *Pinasi, Papisi* scriptum fuisse puto. 13. *Pectuscum*] *Petuscum* Ald. *Pecuscum* coni. Dac., qui id a pecore dictum putat. Nostrum *Brustwehr* comparavit Huschkius. 15. *quia*] *qua* corr. A. Aug. in mg., assentiente Urs. 16. *mollissime adibatur*] id est, qua Palatinus collis molliter devexus erat, ut alii locuntur. 18. *aliquos*] *aliquot* corr. A. Aug. in mg. cum Urs.: quo non opus est. 18. 19. *Peculatus*] de eo Festus iterum, in secunda lit. P. parte, Qu. XII, 5. p. 45, 13. Cf. Paulus p. 57. v. depeculatus. 20. *ut pecun.*] cf. Paulus p. 20. v. abgregare, cum annot. 21. *Iam*] *Nam* coni. Urs.: recte. Significat Festus, peculatum olim appellatum esse, si multa pecore dicta esset et id pecus e publico esset aversum, quae Varronis est sententia, de L. L. V. §. 95. 22. 23. *supr. . . . appell.*] hic apparet haec fere excidisse: *qua XXX boves et II oves aestimabantur*, coll. Paulo p. 110. v. max. multa. Quae Ald. addit, e Paulo translata sunt. 23. 24. *Piatrix*] v. Plaut. Mil. III, 1, 101. 25. *quidam*] *quidem alii vocant* (transposito hoc voc.) Ald. *simulatricem*] a simulatione in sacris solita dictam putat Turneb. Adv. III, 10. XVI, 22., et *latices simulatos* Virg. Aen. IV, 512. comparat Dac. (cuius generis plura affert Lobeck. Aglaoph. p. 119.). Nihilominus simulatrix sacerdos cum a nullo scriptore memoretur, in *simpulatricem* refingenda videtur (quo digitum intendunt Turneb. et Gothofr.), collato Paulo p. 149. v. simpulum. 26. 27. *expiando*] *in exp.* Paul., cuius verba cum Festo miscuerunt Ald. vg. 27. *Piacul.*] *Romae* addunt Ald. vg., e Festo. Hanc portam sunt qui eandem putent ac Ferentinam, argumento sumpto e Plutarch. Rom. 24. 29. *cum*] om. Ald. Scribe: *quod cum*, quod suasit etiam Huschkius. *ex*] *r. p.* coni. Huschkius, valde probabiliter. *ea* coni. Dac.; delendum putat Urs. *sacro*] *facto* corr. A. Aug. in mg., quod probat Urs. Dac. 30. *ut al.*] *in ea agna* coni. Huschkius. *vel ad eam* tentat Dac. *alicuius* mg. A. Aug. Nihil mutaverim, nisi *ut* in *ibi*, et deinde *immolatur* in *immolantur*. 32. *Pangere*] cf. Paulus p. 80. γ. impages. Id voc. Verrium cum superiore etymologica ratione coniunxisse, ordo literarum ostendit.

Qu. X, 30, 15. *Pimpleides*] cf. Varro de L. L. VII. §. 20. 20. *Pitpit*] de hoc voc. dictum rer. Etrusc. Introd. I, 7. T. I. p. 30. 25. *Picena*] cf. Paulus p. 121. v. Peligni.

ANN. PAULI. 1. *Pecten.*] *Pectinatum* mg. A. Aug. Sed in illa forma Festus et Pauli codd. conspirant. 8. *Pegasides*] vg. *Pegnides* boni codd. 9. *ἱπποκρῆναι*] vg. *yppocrenae* M. *yppocrene* Gu. *Hippocrene* et antea *appellatus* est ut scriberetur, optavit Urs. ab A. Aug. consultus. 10. *Pimpleides*] vg. *Peptaeides* boni codd. 11. *Petissere*] hoc nescio cur Paulus e superiori loco, Qu. X, 24, 19., huc transtulerit. *Pitpit*] Gu. Lind. *Pippit* M. *Pirpit* in Dac. editionem inde venisse videtur, quod A. Aug. id voc. ante *Pisatilem* posuerat.

qui mense Iunio trans Tiberim fieri solent pro quaestu piscantium. ||Piscinae publicae hodieque nomen manet, ipsa non extat. ad quam et natatum, et exercitationis alioqui causa veniebat populus. Unde Lucilius ait: "Pro† obtuso ore pugil, pisciniensis† reses." ||Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes divisum †, ut testudinatum in quattuor. ||Piari eos velut proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint † animati, cum mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo. ||Pignosa, pignora, eo modo, quo Valesii, Auselii, pinosi, palisi † dicebantur.

Pectuscum Palati dicta est ea regio Urbis, quam Romulus obversam posuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus, et quia † mollissime adibatur Urbs, cum Etruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, ceterae vicinae civitates colles aliquos haberent oppositos. ||Peculatus est nunc quidem qualecunque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa. Iam † etiam noxii pecore multabantur, quia neque aeris adhuc, neque argenti erat copia. Itaque suprema multa etiam nunc appellatur †. ||Piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam quidam simulatricem †, alii sagam, alii expiatricem vocant; et piamenta, quibus utitur † expiando, alii purgamenta. ||Piacularis porta appellatur propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant. vel, ut ait Cloatius, cum ex sacro † per aliquem piaculo solvitur, ut † aliqua piandi propitiandique causa immolatur †. ||Pigere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet. ||Pangere, figere. unde plantae pangi dicuntur, cum in terram demittuntur . . . . . .

5 *Pegasides* . . . . . .

10 *Pipatio* . . . . . .

15 *Pimpleides* . . . . . .

20 *Pitpit* . . . . . .

25 *Picena* . . . . . .

30

EMEND. LECTIO. Qu. X, 29, 5. *Praeco.* *pugil piscinensis.* 7. *devexum.* 9. *sint*] dele. 12. *Pinasi, Papisi.* 15. *qua* 21. *Nam.* 23. *appell.*] supple: *qua XXX boves et II oves aestimabantur.* 25. *simpulatricem.* 26. *in exp.* 29. *quod cum r. p. facto.* 30. *ibi.* 31. *immolantur.*

. . . . . || Permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur. at commutatur, quom aliud pro alio substituitur. Sed ea iam confuse in usu

Perditum . . . . . 5 sunt. || Pierides Musae propter amoenitatem ac solitudinem Pierii montis dictae videntur, quo esse † secretis locis propter studia liberalia delectentur. || Perconctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu, qui a conto pertentant, cogno-

Perbitere . . . . . 10 scuntque navigantes aquae altitudinem. ob quam causam ait Verrius etiam secundam syllabam per o. solere scribi. mihi id falsum videtur: nam est illa percunctatio, quod is, qui curiose quid interrogat, percunctari sit †, ut recte per u. litteram scribatur. || Per-

Pergere . . . . . 15 fugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut servus, aut hostis † sui † voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur transfuga, quanquam sunt qui credant, perfugam esse non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat.

Pergite . . . . . 20 || Perfacul antiqui, et per se facul dicebant, quod nunc facile dicimus; inde permansit in consuetudine facultas. || Peremptalia fulgura Graccus ait vocari, quae superiora fulgura ut † portenta vi sua peremant duobus modis,

Pergraecari . . . . . 25 prioribus tollendis, aut maiore manubia, ut tertia secundae, secunda primae cedat. nam ut omnia † superentur fulgure, sic ictum fulgur † manubiis vinci. || Perediam et bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, cum in-

Permissus . . aries . . . . . 30 telligi voluit cupiditatem edendi et bibendi. || Peremere Cincius in lib. de verbis priscis ait significare idem, quod prohibere: at Cato in li. qui est de re militari pro viciare usus est †

EMEND. LECTIO. Qu. X, 32, 6. *quod enc.* 13. 14. *per cunctas res it.* 16. *aut hostis*] dele. *sua.* 24. *aut.* 27. *omnia omina.* 28. *maioribus manubiis.* 33. *est*] dele.

Perditum est, quod interit ac recuperari non potest. (118)

Perbitere Plautus pro perire posuit.

Pergere dicebant expergefacere.

Pergite agite. Virgilius: "Pergite Pierides."

Pergraecari est epulis et potationibus inservire. Titinnius: "Hominem improbum, nunc ruri pergraecatur." 5

Permissus appellatur aries, qui annis compluribus tonsus non est.

Pierides Musae a Pierio monte dictae sunt.

Percontatio videtur dicta ex usu nautico, quia aquae altitudinem conto pertentant. Alii volunt **percunctationem** dici, quod scilicet is, qui curiosus est, per cuncta interroget.

Perfuga et **transfuga** dicitur, quod ad hostes perfugiat et transfugiat. 10

Perfacul et **persefacul** antiqui dicebant, quod nunc facile et perfacile dicimus. Inde permansit in consuetudine **facultas**.

Perediam et **bibesiam** Plautus quum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi.

Peremere alii posuerunt pro prohibere, alii pro vitiare.

ANNOT. FESTI. Qu. X, 31, 10. *Perbitere*] explicari Plautum in Pseudolo III, 1, 12., monuit A. Aug. Luculentius eundem eius verbi significatum tractat Nonius p. 153, 23. 15. *Pergere*] cf. Nonius p. 104, 15. v. expergo, et Paulus p. 60. v. experrectus. 20. *Pergite*] Virgil. Ecl. VI, 13. 25. *Pergraecari*] Aliud est *Graeco more vivere* ap. Ciceron. Verrin. I, 26, 67., quod interpp. comparant. Titinnii versum dedit Bothe P. L. Sc. V, II. p. 73. fr. inc. 9. 30. *Permissus . . aries*] Promissum proprie dictum esse eum arietem putat Dac., a promittendis pilis: non video quibus exemplis hunc loquendi usum excusaturus.

Qu. X, 32, 1. 2. *Permutatur*] de hoc eius voc. significatu v. Gronov. Observv. III, 1. p. 432. (214. ed. Frotscher.) 6. *quo*] *quod* corr. A. Aug. in mg. cum Urs. *esse*] *eae* corr. Urs., ut habet Ald. vg. Vitium natum est e nota ēē. 8. *Perconctatio*] *Percunctatio* vg., male. Idem etymon proponit Nonius p. 44, 17. v. percontari: idque etiam recentiores plerique approbaverunt. 13. 14. *percunctari sit*] *per cuncta visit* Ald. vg.; quanquam illud in cod. esse, in mg. testatur A. Aug. *per cunctas res it* corr. idem et Urs. 16. *aut hostis*] haec vocc. nescio quomodo alii interpretati sint: mihi simpliciter delenda videntur. *sui*] *sua* corr. A. Aug. in mg. cum Urs. 17. *sunt*] *sint* Ald. vg. 20. *per se facul*] disiungenda esse, cum vg. coniungerentur ea vocc., et iam a Paulo coniuncta essent, quamobrem ille in explicatione *perfacile* addidit, monuit Scal. Quae Dac. attulit, ut mirificum illud *persefacul* pro *perfacul* tueretur, nihili sunt. Cf. Paulus p. 65. v. facul. 22. *Peremptalia fulgura*] de iisdem eadem Festus Qu. XII. 13. p. 53, 22. v. postularia. 23. *Graccus*] *Gracchus* Ald. vg. Sed etiam illam nominis formam, quam antiquiorem fuisse oportet, damnare noli. *Granius* corr. A. Aug. et Urs. in mg. Significari nempe putarunt eundem Granium Licinianum, cuius libros in rebus sacris explicandis Macrob. Sat. I, 16. laudat. Sed incertissima haec est coniectura. 24. *ut*] *aut* corr. A. Aug. in mg. et Urs. At sic, ut in cod. est, scripsisse Festum, nunc vix ausim negare propter concordiam huius et inferioris loci (p. 53, 23.). Nihilominus in Verrio vel Graccho credo fuisse: *aut portenta* (FULGURAAUTPORTENTA), cum fulgura peremptalia, quae omnia signa divinae voluntatis vincunt, vix inter portenta censeri possint. *peremant*] *perimant* Ald. vg. 25. *maiore manubia*] cf. Festus Qu. VIII, 9. p. 167. 1. v. manubiae. 27. *omnia*] *omina* corr. A. Aug. in mg., Urs., Dac. Praetulerim: *omnia omina*. 28. *manubiis*] *maioribus* addidi rer. Etrusc. III, 7, 3. T. II. p. 170. 29. *Plautus*] Curcul. III. v. 74. 32. 33. *Cato . . . de re militari*] Lion. Caton. p. 43. 33. *viciare*] *vitiare* Ald. vg. *est*] delendum est, propter Qu. XI, 1, 1.

ANN. PAULI. 1. *interit*] *interiit* duo codd. deteriores. Ac sane in Festi libro, quem Paulus excerpsit, *interit* perfectum erat. 3. *Pergere*] cod. Berolin., ut Scal. coniecerat, Lind. *Peregre* boni codd. *Peregere* vg. 5. *Pergraecari*] vg. Lind. *Pergraecare* boni codd., sed male. 6. *aries*] *agnus* mg. A. Aug. 8. *percunctationem*] vg. *percontationem* omnes, ut videtur, Lindemanni codd. et edd. vett. Sed illam lectionem, quam Lind. non annotavit, sensus postulat. 11. *persefacul*] v. annot. ad Festum.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae.

Persillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat unguentum, unde arma Quirini ungebantur.

Persicum portum mare Euboicum, quod in eo steterit classis Persarum.

Persicum Plautus dixit peracutum.

Perpetrat peragit, perficit.

5 **Perpulit** persuasit, impulit.

Pertisum pro pertaesum dixerunt.

Puticuli sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulturae in puteis fuerit, et dicti puticuli, quia ibi cadavera putescerent.

Putus antiqui dicebant pro puro, unde **putatae** vites et arbores, quod decisis impedimentis remanerent purae. Aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata, id est pura facta.

10 **Putitium** Plautus dicit pro stulto.

(119) **Pubes** adolescens, quin etiam plurium numerus eiusdem aetatis.

ANNOT. FESTI. Qu. XI, 1, 3. De periodo metricorum cf. imprimis Marius Victor. p. 2498. P. 8. 9. *imperfectis*] *interfectis* corr. A. Aug. in mg. 9. *Lucret.*] IV, 44. 11. *Pac. in Il.*] *pacuius inliona* cod. *Pacuvius Iliona* Urs. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 129. fr. 13. 12. *perpetem*] *perpetim* corr. Vossius et Bothe, non recte, nam perpetem adiectivum fuisse eodem sensu, quo perpetuum, id ipsum est quod docet Festus. 13. *traxerim*] scripserim *transaxim*: eo sensu, ut pro futuro exacto sit: *oculis, id est nutu, eam transegero.* 14. *rudic.*] *ruduscelum* coni. Scal., hoc est vas ex cavo informi saxo, quod rudus saxum impolitum sit. Pro vase habuit etiam Paulus. *quo*] *ex quo* coni. Scal. 15. *Portun.*] *Quirinalis* coni. A. Aug. in mg. Urs. Sed v. Suppl. Ann. ad Qu. IX, 4, 26. v. Maximae dignationis. Quod Portunalis flamen Quirini arma ungat, eius rei ratio non obscurior est, quam permultorum apud Romanos sacrorum caussae. *unguet*] Sic etiam Vegetius scripsit, indicatus a Forcellinio. 16. *Plautus*] Amphitr. I, 1, 253. 20. *a*] *actam a* suppl. A. Aug. in mg. Urs. 20. 21. *post multos annos*] post haec vocc. suspicor excidisse: *acta sit quam;* nam si Naevii histriones personas non gestabant, iidem cogi non poterant ut eas deponerent. Festus autem putat personatam eam fabulam dictam esse propter personas non depositas. Caeteras difficultates, quibus ea res premitur, sciens praetereo: v. interim Boettiger. de personis scen. in Opusc. p. 221. 21. *comoedi*] Urs. *comodi* cod. *personis*] Urs. *personas* cod. 23. De Atellanorum privilegio cf. Liv. VII, 2. 25. *scena*] ita cod. sed cum lineola supra l. *a. scaena* Urs. 26. *Persicus*] Persibus apud Naevium in Demetrio esse pro perite, callide, scribit Varro de L. L. VII, 6. §. 107. Ac simplex v. sibus Paulus habet p. 148. *Persibus* legendum esse monuit Scal. coni. in Varr. p. 82, 28. (160.). 27. *Plautus*] in fragmentis incertarum fabularum 23. p. 445. apud Bothium. 28. *de conciliare sibus nisi qui persibus*] Urs. E cod. notatur *deconciliane* et *persicus*. Versus Plauti hic est: *nil deconciliares* (i. e. adimeres) *ibus* (producto i, ut apud Plautum Mil. glor. I, 1, 76. Curcul. IV, 2, 20. *illi* corr. Scal. Bothe: *sibi* vg. et sic scribendum coni. Urs.), *nisi quid* (ita Scal.) *persibus sapis.* *Naevius*] in incerta comoedia, fr. 11. p. 23. ap. Bothium. 29. *adstratio*] *adest ratio* coni. A. Aug. in mg. Urs. *est ratio* vg. Verbis proximis adiunctis Dac. corr. *captanda est ratio*, Bothius *carpenda est ratio.* Neutrum praefero Ursini sententiae. 30. *Pacuv. in Teucro*] Bothe p. 146. fr. 20. 31. *inpetria*] cod. *imperia* Urs. *quidetinni*] cod. *qui detinui* Urs. Videtur scribendum: *Pacuvius in Teucro: Neque perpetrare precibus impetrita* (i. e. litationem) *quit.* (*imperio quiti* Scal. *nec pretio quit* coni. Urs. *quiit* Vossius et Bothius.) *Et in Niptris:* (sic Scal. Urs.) *Spartam reportare* (*repedare* Scal. Urs., sed ille *reponere* praefert. *reportari* Lind.) *instat, id si perpetrat.* De Telemacho haec dicta puto, cum Penelopen Spartam ad Icarium patrem reducere velle. Bothe p. 135. fr. 4. de Sparta diruenda dici opinatur et *deponere* pro *reponare* commendat.

Qu. XI, 2, 1. *obscenum*] cf. Quinctil. Inst. VIII, 3. *in consuetudinem est* suppl. Urs. 4. 5. *Pertisum*] cf. Paulus p. 55. v. distisum et Festus Qu. XIII, 9. p. 81, 6. v. rederguisse. 7. *Puteum*] cf. Varro de L. L. V. §. 25. Paulo aliter Urs. v. Suppl. Ann. 8. *Puticulos*] Etiam haec ducta ex Varrone de L. L. V. §. 25. coll. Acrone in Horat. I, 8, 16. Isidori Glossae: *Puticuli, quo cadavera proiiciuntur.* 13. *Aeliu*] cod. Urs. tantum *Aeli* e cod. affert. 16. *Putum*] cf. Non. p. 27, 22. et Paulus p. 80. v. imputatum. 18. *dicisum*] *decisum* corr. Urs. 18. 19. *Cornifici*] *Cornificius* corr. Urs. 19. 20. *Ennius . . in Alex.*] Bothe p. 33. fr. 1. Cf. Gell. N. A. VI, 5. 21. *amidio*] *dimidio* coni. Urs. *catamidio* Vossius, quod Catamitum significare volebat. *Plautus*] Pseudolo IV, 7, 103. 25. *ta id est pura fac*] cod. *id est pura facta* Urs. 26. *Putit.*] supplementa petiit Urs. praecipue ex inferiore loco v. Potitius Qu. XII, 5. p. 45, 21. *Plautus*] Bacchid. I, 2, 15. 28. *ad*] *ab* corr. A. Aug. in mg. 30. *publicus*] *publicos* corr. A. Aug. in mg. 31. *famil-*] cod. *fami-* Urs.

ANN. PAULI. 6. *in puteis*] vg. *in potiis* M. Gu. *ut puteus* edd. vett.

est, cum ait, cum magistratus nihil audent imperare, ne quid consul auspici peremat. ||Perihodos dicitur et in carmine lyrico pars quaedam, et in soluta oratione verbis circumscribta sententia, et in gymnicis certaminibus perihodon vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit a circumitu eorum spectaculorum. ||Perempta et interempta pro imperfectis † poni solet a poetis. Lucretius: "Cum corpus simul atque animi natura perempta." ||Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuius in Iliona: "Fac ut coepisti, hanc operam mihi des perpetem oculis traxerim †." ||Persillum vocant sacerdotes rudiculum † picatum, quo † unguine Flamen Portunalis arma Quirini unguet. ||Persicum portum Plautus cum ait, mare Euboicum videtur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse, non procul a Thebis. ||Personata fabula quaedam Naevi inscribitur, quam putant quidam primum † a personatis histrionibus. sed cum post multos annos † comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est. ||Persicus † peracutum significare videtur, ut Plautus: "Nihil de consiliare sibus † nisi qui † persibus sapis." Naevius: "Et qui fuerit persicus † carpenti adstratio †." ||Perpetrat peragit, perficit. Pacuvius in Teucro: "Neque perpetrare precibus inpetria quidetinni patris † Spartam reponare † instat, id si perpetrat." quo etiam sine praepositione usi sunt, quod conversum iam *in obscenum sensum est.* ||*Perpulit, persuasit,* impulit . . . . . -do me per-*pulit* . . . . . *scilicet* c-*ompulit* . . . . . ||*Pertisum* di-*xerunt antiqui pro pertaesum* . . . . . qui paul . . . . . ||Puteum *Varro scribit dictum esse quod sumi pote* inde, *nisi potius a potu.* ||*Puticulos dicunt esse appellatos, quod vetustissimum genus sepulturae in puteis fuerit, eumque locum fuisse publicum* . . . . extra p-*ortam Exquilinam.* . . . . . *Sed* inde p-*otius appellatos esse existimat puticulos* Aeliu-*s Stilo, quod, cum in eum locum patres* familias . . . . . *pecudes morticinas et* vilia proicer-*ent mancipia, ibi cadavera* ea putesc-*erent.* ||*Putum pro puro dixisse* antiquos, *et inde putatas vites et arbores, quibus* dicisum † est id *quod impedimento erat, Cornifici* † ait. neq. *aliter accepit Ennius cum dixit* in Alexandro. " . . . . . amidio purus put-*us*." *et Plautus: "Purus putus hic* sycophanta est" . . . . . quo certior se . . . . . *Aurum quoque* putatum dici so-*let, id est expurgatum, et ratio putata* id est pura fac . . . . . *heredibus* rettulit. ||*Putitium Plautus pro stulto: "Putitio stultior* est barbaro." *Id autem ex hac causa. Potitii cum* ad † Hercule rit-*um sacrificandi accepissent, eum* millibus aeris gra-*vis quinquaginta edocuisse dicuntur* servos publicus † P. R.: *quo facto Potitii intra diem* XXX, cum eius famil-*iae XII fuissent, omnes interierunt.* ||Pubes, adulescens, *qui iam generare potest, vocatur,* cui contrarium *est impubes. quin etiam pu-*

EMEND. LECTIO. Qu. XI, 1, 8. 9. *interfectis.* 13. *transaxim.* 14. *ruduscu lum. ex quo.* 20. adde: *actam.* 21. *acta sit quam.* 26. *Persibus.* 28. *deconciliares ibus. quid.* 29. *persibus. adest ratio.* 31. *impetrita quit. Et in Niptris:* 32. *reportare.* Qu. XI, 2, 18. *decisum.* 19. *Cornificius.* 28. *ab.* 30. *publicos.*

bes plurium numerus eiusdem aetatis dici solet. ||*Puteolos dictos putant ab aquae ca*-ldae putore, *quidam a multitudine puteorum ear*-undem *aquarum gratia factorum* . . . . . ver-
. . . . . cum autem
. . . . . is vio-
. . . . . illius
. . . . . ||*Pugnus a punc*-tione *id est percussu dicitur.* ||*Pegasum equum* alatum *fuisse tradunt poëtae: cuius quidem ungu*-lam suscitasse *fontem, qui Hippocrene dictus est,* traditur. sed
. . . . . iersus alia
. . . . . Lucina Iuno
. . . . . formon-
. . . . . ||Prospera *nomina observabantur in scribenda legio*-ne, declinata *a faustis rebus.* ||*Praecidanea porca produ*-cta syllaba *secunda pronuncianda est. Ea enim, quod,* ut ait L. Cincius, *antequam novam frugem praecidant, fa*-miliae purgandae *causa immolatur, prae*-cidanea dicitur. *Alii praecidariam dixerunt,* quod genus hostiae quod *ante novam frugem caeditur, prae*-cidarium appellabant:
. . . . . catur ex tribus pu-
. . . . . is, cum tribus liba-
. . . . . ||*Porriciam porro ia*-ciam, maxime *de extis dicebant antiqui. Plautus in P*-seudolo: "atque in *manibus exta teneam, ut porriciam* intebea† loci." *Porricitur autem in mensis ar*-isque quod consecrandum *est deo: quod profanatur* contra, it† consumitur *a vulgo profano. Alii aliter sentiunt,* ut Verrius eodem *libro de significatione verbo*-rum. sint dicta libere *si quae contra dixero*) . . . . arbitratur ob eam causam *profanata in fano a po*-culo†, quia profana ea quoque id est deo dicta†, consume est† necesse, cuius opinionem, neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime† necesse est, cum propositum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam et sepulta verba, atque ipso saepe confitente nullius usus aut auctoritatis praeterire, et reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos. ea autem, de quibus dissentio, et aperte et breviter, ut sciero, scribta in his libris meis invenientur. inscribuntur "priscorum verborum cum exemplis." ||Porigam dixisse antiqui videntur pro porrigam, propter morem non ingeminandarum literarum, ducto verbo a porro regam. aut si† id frivolum videtur, cum aperte ecivoregin† tractum sit. sed antiqui etiam porgam dixerunt pro porrigam. ||Porcae appellantur rari sulci, qui dicuntur† aquae derivandae gratia, dicti quod porcant, id est prohibent† aquam frumentis nocere: nam crebriores sulci limi† vocantur. ||Postliminium receptum, Gallus Aelius in libro primo significationum, quae ad ius pertinent, ait esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo iure, quod constitutum est de postliminis: itemque† servos a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in eius potestatem, cuius antea fuit, iure postlimini. equi et muli et navis eadem ratio est postliminium receptum is† quae servi. quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminium redeunt, eadem genera rerum a nobis ad hostis redire possunt. cum populis liberis et cum foederatis et cum regibus postliminium nobis est ita, uti cum hostibus. quae nationes in opinione† nostra sunt, cum his

EMEND. LECT. Qu. XI, 3, 27. *interea.* 29. *id.* 31. (*sint.* 33. *populo.* Qu. XI, 4, 1. *dicata. consumi esse.* 3. *mihi nunc.* 14. *aliis.* *ex ἐποφέγειν.* 16. *ducuntur.* 18. *prohibeant.* 19. *lirae.* 24. *item qui.* 28. *postlim. . . is*] dele. 33. *dicione.*

Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore, quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum.

Pugnus a punctione, id est percussu dicitur.

Praecidaneam porcam dicebant, quam immolare erant soliti antea, quam novam frugem praeciderent.

Porriciam porro iaciam.

Porcae in agnis sunt dictae, quod porcant, id est prohibeant aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci limi solent vocari.

Postliminium receptus dicitur is, qui extra limina, hoc est terminos provinciae, captus fuerat, rursus ad propria revertitur.

ANN. FESTI. Qu. XI, 3, 2. *Puteolos*] V. Varro de L. L. V, 4. §. 25. Strabo V. p. 245. Urs. supplem. paululum immutavi. 9. *Pegasum*] haec Urs. debentur. 12. *versus*] cod. *ersus* Urs. 15. *Prospera*] Haec quae longius discedunt a Scal. et Urs. sententia, petii ex Cic. de div. I, 45, 102. cf. Suppl. Ann. 16. *ne declina-*] cod. *e declinata* Urs. 17. *cta syllaba*] haec rettuli ad explicandam praecidaneam porcam, cum Scal. et Urs. titulum de prosperis nominibus, cui interpretationem v. praefiscine immiscuerunt, in his continuari putaverint. At familiae purgandae mentio aperte ad praecidaneam porcam pertinet. V. Gell. IV, 6. et Varro de Vita P. R. apud Non. p. 163, 19. v. praecidaneum. Praeter hos in eo loco restituendo secutus sum Catonem de R. R. 134. Marium Victorin. p. 2470. P. Hic secundam, eamque meliorem originationem praecidariae porcae administrat. Cf. etiam Paulus p. 122. v. praecidanea. Festus Qu. XII, 21. p. 61, 16. v. popularia. 23. *catur ex tribus pu-*] Urs. haec ad explicationem v. placentae refert, sed Servius in Aen. VII, 109., ad quem provocat, non de v. placenta, sed de libo agit. V. Suppl. Ann. 26. *Pseudolo*] I, 3, 32. 27. *intebea*] *interea* em. Urs. Quae secuntur, in iis Scal. et Urs. duces secutus sum, sed ita ut discrimen Verrii ac Festi opinionis clarius indicarem. De porrecto et profanato locus princeps est Varronis de L. L. VI, 7. §. 54., quocum cf. Cato de R. R. 50. 132. Macrob. Sat. III, 6. Serv. in Aen. VIII, 276. 288. Festus v. Potitium Qu. XII, 5. p. 45, 24. Cf. Suppl. Ann. 29. *it*] *id* corr. Urs. 33. *culo*] scr. *populo*. *profana*] *profanata* vult Urs. *prophana* cod.

Qu. XI, 4, 1. *dicta*] corrigo *dicata*. Ita etiam Huschkius. *consume est*] *consumi esse* emendo. *consumere est* corr. A. Aug. in mg. Urs. 3. *minime*] *mihi ne*, i. e. *nunc*, scribendum esse, monuit Huschkius. 9. *sciero*] Urs. *siero* cod. 11. *Porigam*] cf. de literis olim non geminatis Paulus p. 6. v. anus, cum annot., et de verbo porgere Paulus p. 60. v. exporgere. 14. *ecivoregin*] cod. *e civo regit* Urs. *e proregam* coni. Scal. *rivo regam* vg. Proposuerim: *ex* ἐπορέγειν, et laborantem loci structuram ita sublevaverim, ut *aut si* in *aliis* mutetur. 16. *Porcae*] cf. Paulus p. 80. v. imporcitor. *dicuntur*] *ducuntur* em. A. Aug. in mg. 17. *porcant*] *porcent* coni. A. Aug. in mg. Ac notum, maxime ex Nonio p. 159, 33., verbum porcere, per syncopen factum e por-ercere. Sed consentiunt Festi et Pauli codd. in forma porcant, quapropter eam mutare religioni duxi. 18. *prohibent*] *prohibeant* em. Urs. 19. *limi*] *lirae* corr. Urs., recte, puto, quanquam liras ipsas a rusticis porcas appellari scribit Columella I, 4., et Paulus in suo codice etiam *limi* legerat. Aliter porcae v. explicatur a Varrone de L. L. V, 4. §. 39., aliter ab eodem de R. R. I, 29. Cf. Non. p. 61, 19. *Postliminium*] *Postliminio* coni. A. Aug. in mg. Sed coll. v. 28. et Paulo apparet, accusativum non sine magna difficultate exturbari posse. Mihi antiqui Romani eodem iure dixisse videntur postliminium aliquem recipere, quo inlicium populum vocare, et postulionem postulare virum. Quanquam *postliminio redire* iam antiqui illi Icti dixerunt, quos Cicero Top. 8, 36. advocat. 24. *itemque*] *item qui* corr. Urs., ut vg. *servos*] *servus* corr. Urs. Sed v. Praef. IV, 3. 25. *redit*] *redit*, *redit*, ut idem verbum ad relativum et primarium membrum trahi posset, coni. Huschkius in Richteri crit. Ict. Annal. 1837. p. 873.: quo additamento aequalitas enunciationum, quae ad liberum et servum spectant, tolleretur. 28. *postliminium*] cod. *postliminio* coni. Urs. *is*] *iis* corr. Urs., sed verba *postliminio receptum iis* ex glossemate irrepsisse vidit Cuiacius Obss. XI, 23. T. IV. p. 263. ed. Hanov. Idem tamen scribendum coniecit *postliminio recipiendi*, Paratitl. in Cod. Iust. VIII, 50. T. III. p. 197. *postliminio receptis iis* coni. Huschkius l. l. 30. *a*] om. cod. 31. *cum foederatis*] cod. (sed uno vocabulo). *confoederatis* Urs. 33. *opinione*] *dicione* coni. Urs. Cuiacius. *cum his*] *postliminium non est* suppl. Cuiacius. Ne quis vocc. *procul sint* p. 37, 1. cum superioribus coniungere laboret, hic verbo moneo, sex inter haec et illa codicis folia excidisse. V. Praef. I, 1.

ANNOT. PAULI. 2. *percussu*] boni codd. Lind. *percussione* vg. 6. *vocari*] post h. v. addit M. et vg.: *Porcas quae in agris fiunt, ut* (*ut* om. vg.) *Varro ait dici, quod porrigant frumentum.* Quae ducta sunt e libris de R. R. I, 29.

Posticum ostium dicitur in posteriore parte aedium. Ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellarunt. Denique et quae ante nos sunt **antica**, et quae post nos sunt **postica** dicuntur, et dexteram **anticam**, sinistram **posticam** dicimus. Sic etiam ea coeli pars, quae sole illustratur ad meridiem, **antica** nominatur, quae ad septentrionem, **postica**; rursumque dividuntur in duas partes, orientem et occidentem.

5 **Palatium**, id est mons Romae, appellatus est, quod ibi pecus pascens balare consueverit, vel quod palare, id est errare, ibi pecudes solerent; alii, quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quae ex Hercule Latinum peperit; alii eundem, quod Pallas ibi sepultus sit, aestimant appellari.

Palmites vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.

Palmulae appellantur remi a similitudine manus humanae.

10 **Pallas** Minerva est dicta, quod Pallantem Gigantem interfecerit, vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est.

Pappi carduorum flores. Lucretius: "Vestem nec plumas avium papposque volantes."

Papillae capitula mammarum dictae, quod papularum sint similes.

Pauperies damnum dicitur, quod quadrupes facit.

Palpari blandiri.

15 **Pauciens** dicebant pro raro. Titinnius: "Uxorem pauciens videbo."

(120) **Panus** facit diminutivum **panucula**.

Pandana porta dicta est Romae, quod semper pateret.

Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt.

Pandicularis dicebatur dies idem et **communicarius**, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur.

20 **Pancarpiae** dicuntur coronae ex vario genere florum factae.

Panibus redimibant caput equi immolati idibus Octobribus in campo Martio, quia id sacrificium fiebat ob frugum eventum, et equus potius quam bos immolabatur, quod hic bello, bos frugibus pariendis est aptus.

ANNOT. PAULI. 1. *posteriore*] *posteriori* M. *vicinum*] cf. quae Nonius p. 217, 18. e Titinnio et Lucilio affert, et Varro de L. L. V. §. 42. 3. *ad meridiem, antica*] ita Varro de L. L. VII. §. 7. et epistol. quaest. ap. Festum Qu. XV, 13. p. 145, 2. Quod autem dextera etiam antica dicta est, explicare conatus sum rer. Etrusc. III, 6, 1. T. II. p. 128. 5. *Palatium*] ed. vet. vg. *Pallatium* Lind., lectionis varietate non indicata. Cf. imprimis Varro de L. L. V. §. 53. cum annot. *balare*] ed. vet. vg. *palare* Lind., ex errore typographi puto. Naevius, a Varrone adductus, propter id veriloquium Balatium dixerat. 6. *Palanto*] *Palanta* M. Latini uxorem eandem dicit Varro l. l. Festum Verriumve sequitur Solin. 1, 15. Euandri filiam Pallantiam ab Hercule vitiatam dicit Serv. in Aen. VIII, 51.: et hic ad Varronem provocans. *ex Hercule*] *et Herculem* mg. A. Aug.: quae a nullo cod. confirmata nescio qui V. D. hariolatus est. 8. *in modum palmarum*] palmae etiam appellantur a Varrone de R. R. I, 8. 31. 9. *Palmulae*] Glossar. Labb.: *Palmula, τὸ θέναρ, τὸ πλάτος, τῆς κώπης τι μέρος.* 10. *Pallantem Gigantem*] cf. Cicero de N. D. III, 23. *Pallante palude*] Callimachum constat Tritoniam paludem dixisse Pallantiada, v. Plin. N. H. V, 4. §. 28. 11. *Lucretius*] III, 387. 12. *Papillae*] aliud veriloquium habet Isidor. Origg. XI, 1, 75. 13. *Pauperies*] Dirksen de XII tabb. legibus p. 532., qui hoc testimonium non adhibuit. 14. *Palpari*] ad Lucilii versum (XXIX. fr. 25. ap. Dousam) spectare videtur. Sed etiam Plautus hoc verbum deponentis forma instruit. 15. *Pauciens*] cf. Nonius p. 157, 14. v. paucies. *Titinnius*] in Gemina fr. 3. p. 62. ap. Both. P. L. Sc. V, II. Nonius eum locum pleniorem reddit. *videbo*] *video* cod. Lipsiensis et Berolinensis, e Nonio, ut videtur. 16. *Panus*] cf. Nonius p. 149, 22., ubi deminutivum *panucla* legitur, quod a *panucula* non differt. *panucula*] Gu. Lind. A. Aug. in mg. *panicula* M. vg. 17. *Pandana*] cf. Varro de L. L. V. §. 42. 18. *Pandiculari*] explicantur haec Plauti Men. V, 2, 80.: *Ut pandiculans oscitatur.* Gloss. Labb.: *Pandiculor, σκορδινῶμαι.* 19. *Pandicul. . . communic.*] utrumque nomen pariter ignotum. 20. *Pancarpiae*] multa de ea re Salmas. ad Capitolin. Gordian. 33. 21. *Panibus*] cf. Festus Qu. IX, 28, 28. v. October equus.

Patulum bovem Plautus appellat, cuius cornua diversa ac late pateant.

Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet, quae et **patagiata** dicitur, et **patagiarii** qui eiusmodi faciunt.

Patagus morbi genus.

Patricius vicus Romae dictus eo, quod ibi patricii habitaverunt, iubente Servio Tullio, ut, si quid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus opprimerentur. 5

Pagani a pagis dicti. **Pagi** dicti a fontibus, quod eadem aqua uterentur. Aquae enim lingua Dorica *παγαί* appellantur.

Paginae dictae, quod in libris suam quaeque obtineant regionem, ut pagi; vel a pangendo, quod in illis versus panguntur, id est figuntur.

Parens vulgo pater aut mater appellatur, sed iuris prudentes avos et proavos, avias et proavias parentum nomine appellari dicunt. 10

Parere obedire.

Paret significat apparebit.

Paribus equis, id est duobus, Romani utebantur in proelio, ut sudante altero transirent in siccum. **Pararium** (121) aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Parrici † **quaestores** appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam parricida non 15 utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis, his composita verbis: "Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto."

Parumper significat paulisper, quasi perparvum, hoc est valde parvum; refertur autem ad tempus.

ANN. PAULI. 1. *Patulum*] codd. edd. vett. *Patalem* vg., sed *Patulum* in mg. Illud verum esse, dubitare non sinunt et codd. in hoc articulo consensus, et quae Festus infra, Qu. XI, 29. p. 37, 5. v. propatulum, posuit. V. etiam annot. ad Paulum p. 34. v. camara. In ipso Plauto, Trucul. II, 2, 23., ambigitur, *patalem* an *patulum* recte scribatur, illud tamen, si *a* producitur, trochaicum metrum respuit. Quod Meursius proposuit: *patulem* (Exc. crit. I. in Trucul. 2.), nihil habet quo commendetur. Graecos idem boum genus a vocabulo ab eadem stirpe ducto appellasse *πετήλους*, docet Athen. IX. p. 376 b., a Dac. laudatus. Non aliter Hesychius v. *πεταλίδων*. Patuli boves a cornibus ita dicuntur, ut *ἕλικες βοῦς* iidem qui *κεράεσσιν ἕλικτοί*. 2. *Patagium*] cf. Nonius p. 540, 4. *patagiarii*] ed. vet. vg. *patagiani* Lind. sine annot.: merum sphalma. Patagiarii memorantur a Plauto, Aulul. III, 5, 3. *eiusmodi*] *opera*, quod vg. additur, om. boni codd. Lind. 3. *Patagus*] cf. Plautus apud Macrob. Sat. V, 19. 4. *Patricius vicus*] cf. Festus Qu. XV, 25. p. 157, 2. 6. *Pagani . . Pagi*] haec coniunxi, cum Verrii disputationis eundem fere tenorem fuisse putarem, ut apud Servium, in Virgil. G. II, 381.: *villas, quae pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, i. e. a fontibus, circa quos villae consueverant condi: unde et pagani dicti, quasi ex uno fonte potantes.* Ita Budaeus phratrias dictas putabat *ἀπὸ τῶν φρεάτων*. V. Buttmann. Mythol. T. II. p. 333. 7. 8. *panguntur*] codd. Lind. *pangantur* vg., quapropter A. Aug. in mg. etiam *figantur*) apposuit. 12. *Paret*] codd. Lind. *Parret* vg., sed *Paret* in mg. Cf. Festus in altera lit. P. parte, Qu. XII, 1. p. 41, 25. v. parret. Formulae: *si paret*, exempla e Cicerone plura contulit A. Aug. Festus paret pro futuro verbi tertiae coniug. habuisse videtur. 13. *Paribus equis*] haec pararium aeri explicando a Verrio subiuncta fuisse crediderim. Cf. Paulus p. 61. v. equestre aes. 15. *Parrici*] boni codd. Lind. *Parici* vg. Non haesito in partes Scal. concedere, qui ut *Parricidi* scriberetur iussit. Ita eosdem quaestores a Festo Qu. XII, 27. p. 67, 31. dictos esse apparet. Cf. Pomponius in Digest. I, 2, 2. §. 23.: *Quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.* 16. *hominem indemnatum. Ita fuisse*] ita Gu., nisi quod distinctionem non habet. *hom. indemnatum fuisse* M. *hominem. Id autem fuisse* vg., sed in mg. *indemnatum. hominem. Id autem ita fuisse* Lind.: perperam. Nam illud *indemnatum* in definiendo parricida non erat omittendum, quoniam damnati caedes non capitalis noxae habebatur. Ac video eos, qui in resarciendis XII tabb. fragmentis laboraverunt, magnam partem voc. *indemnatum* conservasse, ut Pithoeum: *Si quis liberum hominem indemnatum morte duit, paricida esto.* V. Dirksen. de XII tabb. p. 618. 16. 17. *lex Numae*] v. Dirksen *Versuche zur Kritik und Ausleg.* p. 236. 17. *qui*] boni codd. Lind. *quis* vg. *paricidas*] M., in cuius mg. est: *nota antiquam locutionem*, et Gu. *paricida* vg. Memorabile vetustae Latinorum linguae cum Graeca cognationis documentum, quod, licet alterum eiusdem formae exemplum non innotuerit, rectissime tamen restitutum est a Lind. 18. *perparvum . . parvum*] codd. Lind. *perparum . . parum* vg.

Parasangae apud Persas viarum mensurae.

Paenuria* est id, quod paene minus sit, quam necesse est.

Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solum feminae, sed etiam mares. Antiqui proprie eam pellicem nominabant, quae uxorem habenti nubebat. Cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa
5 Pompilio hac lege: "Pellex aram Iunonis ne tangito; si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum* feminam caedito."

Paedidos sordidos significat atque obsoletos. Tractum vocabulum a Graeco, quia παῖδες, id est pueri, talis sint aetatis, ut a sordibus nesciant abstinere.

Paeana* Apollinem vocaverunt, quod sagittarum ictu eum nocere putabant. Est enim παίειν ferire. Alii, quod remedians morbis finem faceret talis gravitatis.

10 **Peligni** ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsimi regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiae occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pacinus, a quo Pacinates, et Pelicus, a quo Peligni.

Pales dicebatur dea pastorum, cuius festa **Palilia** dicebantur; vel, ut alii volunt, dicta **Parilia**, quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant.

Partus et pro nascendo ponitur et pro parato. Naevius: "Male parta male dilabuntur."

15 **Parones** navium genus, ad cuius similitudinem **myoparo** vocatur.

Passer marinus, quem vocat vulgus **struthocamelum**.

Parcito linguam in sacrificiis dicebatur, id est coerceto, contineto, taceto.

Pastillus forma panis parvi utique diminutivum est a pane.

(122) **Passales** et oves et gallinae appellantur, quod passim pascuntur.

ANN. PAULI. 2. *Paenuria*] *Penuria* codd. vg. Lind. Sed illud postulat literarum ordo. Pellices Verrius sub nomine Graeco παλλακή, et Pelignos sub Pacinates posuisse videtur. *paene minus*] *penui minus* corr. Vossius in Etymologico, cui assentitur Dac. At illud voluit antiquus etymologus. 3. *Pellices*] cf. Gellius N. A. IV, 3., ubi Numae lex vetustiori loquendi consuetudini paullo aptior legitur: sed ex libidine editorum magis, quam ex fide codicum. Oleum et operam mihi perdidisse videntur, qui regum legibus antiquitatis illam robiginem reddere studuerunt, quam iam tum detersam esse apparet, cum in Papirianum ius reciperentur. *proprie eam*] boni codd. Lind. *eam proprie* vg. 4. *a Numa*] v. Dirksen *Versuche* p. 328 sq. 5. *demissis*] Gu. vg. Lind. *dimissis* cett. codd. *agnum*] Berolinensis et Lipsiensis cod. vg. *agnam* boni codd. Lind. Praetuli tamen illud, quod testatae est antiquitatis (v. Paulus p. 6. v. agnus, cum annot.), et Gellii codicibus comprobatur. Nam *arnum* in Gellii contextum temere invectum est. Qui Berolinensem et Lipsiensem codicem scripserunt, eos Gellium adhibuisse existimaverim. 6. *Paedidos*] cf. Nonius p. 163, 12. v. paeminosus. 7. *abstinere*] vg. Lind. *abstineri* boni codd. 8. *Paeana*] vg. *Paean* codd. Lind. Et potest sane ipse Paulus in eo voc. declinando errasse. 9. *finem faceret*] nempe a παύειν hi grammatici Paeanem dictum putabant. V. Lex. Rhetor. ap. Bekker. Anecd. I. p. 295, 33 sq. γενόμενος παίων τις ἀπὸ τοῦ παύσασθαι. 10. *Peligni*] contrariam Ovidii F. III, 95. sententiam praefert Niebuhr. R. H. T. I. p. 100. ed. sec. *Volsimi*] boni codd. Lind. *Volsini* vg., sed *Volsimi* in mg. 11. *Pacinus . . . Pacinates*] *Pecinus, a quo Pecinates V. C.* A. Aug. in mg. Lind. codd. eam lectionem non obtulerunt. 12. *Palilia*] M., ut videtur, sicut vg. *Parilia* Gu. Lind. Illud huic loco aptius videbatur. Cf. Festus Qu. XII, 14. p. 54, 34. v. Parilia. *pro partu*] simile etymon habet Mar. Victorin. p. 2470 P. Cf. Turneb. Adv. XVI, 22. 14. *Naevius*] *Ennius* A. Aug. in mg. Illud omnes codd. tuentur. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 92. inc. 5. 15. *Parones*] cf. Paulus p. 100. v. myoparo. 16. *Passer marinus*] Plautum, Pers. II, 2, 17., comparavit Scal. *struthocamelum*] corr. A. Aug. in mg. Lind. *strytocamellum* boni codd. *strutomellum* vg. 17. *Parcito*] Lind. ex uno Gu. *Paseito* cett. codd. vg. Illud reponendum esse, censuerat iam Salmas. Exerc. Plin. p. 73. a., quod compescere quidem significare posset coercere, sed pascere simpliciter eo significatu inauditum esset: recte, ut mihi videtur. Nam pascere nunquam pro parcere dictum esse, superiore loco monitum est in annot. ad p. 46. v. compescere. 18. *Pastillus*] Glossar. Labb.: *Pastillus*, τροχίσκος. Cf. Festus Qu. XII, 20. p. 60, 30. v. pastillum. Et hoc est in Glossar. Labb., cum eodem interpretamento. Deminutivum voc. παστόν (v. Hesych. v. παστά) esse monuit Doederlin. Syn. et Etym. T. VI. p. 258. *panis parvi*] vg. *parvi panis* Lind. ex uno Gu. 19. *Passales*] cf. Festus Qu. XII, 11. p. 51, 29. v. pascales, in Catonianis, et Lucilius ap. Festum Qu. XIV, 5. p. 109, 10. v. solox.

Phascola appellant Graeci, quas vulgus peras* vocat.

Praetoria cohors est dicta, quod a praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent et cetero munere militiae vacarent et sesquiplex stipendium accipèrent.

Prorsum ponebant pro recto.

Prandium ex Graeco *προένδιον* est dictum, nam meridianum cibum **coenam** vocabant. 5

Praetextae appellantur, quae res gestas Romanorum continent scriptas.

Praetoria porta in castris appellatur, qua exercitus in proelium educitur, quia initio praetores erant, qui nunc consules, et hi bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur **praetorium**.

Praes est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si praes sit, ille respondet: praes.

Praesiderare dicitur, quum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus. 10

Praesidium est, quod pro utilitate et salute alicuius auxilii gratia praeponitur. **Subsidium**, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus.

Praestinare apud Plautum praeemere est, id est emendo tenere.

Praestitem in eadem significatione dicebant antiqui, qua nunc dicimus antestitem.

Praestolari is dicitur, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. 15

Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius: "Haec quidem mehercle, opinor, praefica est, quae sic mortuum collaudat."

Praesagire est praedivinare, praesipere. **Sagax** enim est acutus et sollers.

Praecidanea agna vocabatur, quae ante alias caedebatur. Item porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset, quia mos erat eis id facere, priusquam novas fruges gustarent. 20

ANNOT. PAULI. 1. *Phascola*] vg. Lind. *Phascolla* boni codd. Hesychius: *φασκώλιον, βαλλάντιον· φάσκωλος δὲ τὸ μέγα, εἰς ὃ τὰ ἱμάτια ἐμβάλλεται.* *peras*] corr. A. Aug. in mg. *pernas* codd. Lindemanni., vg. *penas* V. C., quem A. Aug. in mg. laudat. 2. *Praetoria cohors*] cf. paulo inferius v. Praetoria porta. 3. *sesquiplex*] M. vg. *sexquiplex* Gu. Lind. 4. *Prorsum*] de eodem voc. Festus in Catonianis, Qu. XII, 4. p. 44, 21. 5. *προένδιον*] restituit Lind. e bonis codd., in quibus *poendion* est. om. vg. Plutarchum quoque, Sympos. quaest. VIII, 6, 5., prandium a *πρὸ ἐνδίου*, sed eundem etiam a *πρὸ ἐνδείας* derivare, monuerat Canterus Nov. IV, 28. Caeterum Graecum illud voc. *προένδιον* non ex consuetudine ductum, sed factitium est. 6. *Praetextae*] rectius dici videntur quam praetextatae fabulae. *scriptas*] M. vg. *scriptae* cett. codd. Lind. 7. 8. *praetores . . consules*] cf. Varro de L. L. V. §. 80. 87. Liv. III, 55. 9. *Praes*] cf. Varro de L. L. V. §. 40. VI. §. 74., ubi recte puto scriptum esse *praes siet*, et Paulus p. 102. v. manceps. Caeterum in Thoria lege praedes PRAEVIDES dicuntur, ex quo intelligitur praedes a praevidendo dictos esse. 10. *Praesiderare*] cf. Paulus p. 33. v. considerare, p. 57. v. desiderare. Idem Graece dici *προχειμάζειν*, docte exposuerunt Turneb. Adv. III, 10. Salmas. Exerc. Plin. p. 302, 1 e. 11. *Praesidium*] cf. Varro de L. L. V. §. 89. 90. 13. *apud Plautum*] in Captiv. IV, 2, 69. Epid. II, 2, 94. Pseud. I, 2, 37. *praeemere*] boni codd., etiam Vossii liber ms., Lind. *emere* vg. 14. *Praestitem*] Lares Praestites et Iuppiter Praestes noti sunt. *antestitem*] boni codd. *antistitem* vg. Lind. Illud eodem iure dici puto, quo antesto. 15. *Praestolari*] cf. Nonius p. 161, 30. 16. *Praeficae*] de iisdem Varro de L. L. VII. §. 70. Nonius p. 66, 31. v. praefica, p. 145, 25. v. naenia. Gloss. Labb.: *Praefica, ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη.* 17. *Naevius*] idem versus est apud Varron. l. l. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 26. *mehercle*] *hercle* Varro. Item: *quae sic*] *nam* Varro: quae numeris aptiora esse videntur. 18. *Praesagire*] cf. Festus Qu. XII, 23. p. 63, 7. v. praesagitio, et Qu. XIV, 25. p. 129, 29. v. sagaces. 19. *Praecidanea agna*] cf. Paulus p. 131. v. praecidere. *porca*] de hac Festus Qu. XI, 3. p. 35, 20. v. porca praecid., ubi cf. quae annotavimus. 20. *glebam non obiecisset*] cf. Varro de L. L. V. §. 23. *quia . . . id*] boni codd. Lind. *quod*, omisso *id*, vg.

Praecias dicebant, qui a flaminibus praemittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.

Praeiurationes facere dicuntur hi, qui ante alios conceptis verbis iurant; post quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt: idem in me.

5 **Pronurus** nepotis uxor.

(123) **Praeneste** dicta est, quia is locus, quo condita est, montibus praestet.

Promissum capillum dicitur longum. Item **barba promissa** velut porro missa.

Promiscam dicebant pro promiscue.

Promonstra prodigia.

10 **Primordia** principia.

Promulgari leges dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quasi provulgari.

Promulco agi dicitur navis, quum scaphae ducitur fune.

Principalis castrorum porta nominatur, quod in eo loco est, in quo principes ordines tendunt.

Praenominibus feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Tarracia, quae ambae Gaiae solitae sint appellari, 15 pari modo Lucia et Titia.

Prymnesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii **tonsillam** dicunt.

Procare poscere. Unde **procaces** meretrices ab assidue poscendo, et **proci** uxorem poscentes in matrimonium.

ANNOT. PAULI. 1. *Praecias*] *Precias* vg. *Precia* codd. Lind. Voc. nullius scriptoris usu comprobatur, nam quod Appuleius in descriptione pompae Isiacae eodem uti videtur, Metam. XI. p. 261. (772. Oud.): *praeciae, qui facilem sacris viam dari praedicarent*: Dousae effecit auctoritas, nam in omnibus codd. est *plerique*. Iidem a Macrobio Sat. I, 16. praecones, a Servio in Virgil. G. I, 268. pontificum calatores dicuntur. Sed infra, in altera lit. P. parte, Qu. XII, 17. p. 57, 20. eadem plane de praeciamitatoribus narrantur, quod nomen eandem formam in cod. Farnesiano et in Pauli libris mss. habet. *Praeclamitatores* ibi corr. A. Aug. in mg. et Urs. *Praeciae metatores* Scal.: sed metatores ab ea re alieni. Nec tamen intelligo, qua via praeciamitatores a praeciis descendere potuerint, ac suspicor, fuisse praeciaminatores, ita ut a praecia verbum praeciare, nomen praeciamen, verbum praeciaminare, et hinc denique nomen praeciaminator factum sit. *qui*] M. vg. *quia* Gu. Lind. 3. *Praeiurationes*] exempla apposuit Urs. e Livio II, 45. Polyb. VI, 21, 3. 6. *Praeneste*] haec ex Catone sumpta. Servius Danielis, a Dac. adductus, in Virgil. Aen. VII, 682.: *Cato dicit: Quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit.* 7. *Promissum*] cf. Festus Qu. XI, 30. p. 38, 21. v. pro. *dicitur*] boni codd. *dicunt* vg. Vg. *Promissus capillus* scribebatur. Paulum apparet in eundem errorem incidisse, quem saepe notavimus. V. annot. ad p. 7. v. alveolum. 8. *Promiscam*] adverbium est Plauto, Rudent. IV, 4, 137. Pseud. IV, 5, 11. aliisque antiquioribus. *pro*] M. om. Gu. vg. Lind. Facile excidere poterat ante *promiscue*. 9. *Promonstra*] cf. Festus Qu. VIII, 20. p. 168, 20. v. monstrum. 11. *in vulgus eduntur*] *antequam accipiantur* vel *ferantur* addendum esse, ut plena esset promulgationis definitio, observavit A. Aug. 12. *Promulco*] cf. Festus Qu. XIII, 14. p. 86, 33. v. remulco. Utroque verbo comparato apparet etiam remulcum fortuito tantum casu congruere cum Graeco ῥυμουλκέω, et veram originem quaerendam esse in Latino MELLO, i. e. moveo, unde remeligo ducitur. *scaphae*] M. vg. *scapha* Gu. mg. A. Aug. Lind.: quo sensus plane pervertitur. 13. *Principalis . . . porta*] cf. p. 123. v. praetoria porta. 14. *Praenominibus*] cf. Valerius, quem vocant, de nomin. ratione. *Caecilia*] de hac v. Paulus p. 71. v. Gaia Caec. cum annot. *Tarracia*] v. Gell. N. A. VI, 7. *Prymnesius* corr. A. Aug. in mg. Lind. *Prymesius* Gu. *Primesius* M. *Primnesius* vg. Urs. totum articulum sic refingebat: *Prymnesium, funis nauticus, quo navis ad palum religatur, quem alii tonsillam dicunt.* At sic non cum Paulo solo, sed etiam cum Festo, Qu. XV, 31. p. 163, 28. pugnabat. Nec multum discrepat Isidor. Origg. XIX, 2, 14.: *Tonsilla uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in litore defixum funes navium illigantur.* 16. *tonsillam*] *tosilla* M. Ita etiam infra in Festo *tosillam* est, quae antiquior fortasse forma est, ut *cesor* et *cosol*. 17. *Procare*] cf. Festus Qu. XII, 17. p. 57, 1. v. procum, Qu. XIII, 12. p. 84, 25. v. reciprocare. Consentit Varro de L. L. VI. §. 80., Nonius p. 23, 32. et 460, 21. v. procacit., Servius Dan. in Virgil. Aen. I, 536. Vg. legebatur *procari*, quod Lind. non annotavit.

Procellunt procumbunt.

Proculum inter cognomina cum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul. Proculos sunt qui credunt ideo dictos, quia patribus senibus quasi procul progressis aetate nati sunt.

Procapis progenies, quae ab uno capite procedit.

Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum, quam navium, classem appellari.

Procitant provocitant. Citare enim vocitare est, unde **procet** et **procit** et **procat** dicebant pro poscit.

Procalare provocare ex Graeco *καλεῖν*, id est voco. Unde **kalendae**, **calumnia**, **calones** et **caculae** et **calatores**.

Procera prolixa et in longum producta, quasi ex cera ob eius facilitatem.

Procitum, quum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius: "Matrem procitum plurimi venerunt."

Procitum testamentum dicebatur velut procatum, provocatum, id est irritum ac ruptum.

Procestria dicuntur, quo proceditur in muro. Aelius procestria aedificia dixit esse extra portam; Artorius procestria, quae sunt ante castra. Etiam qui non habent castra, propugnacula, quibus pro castris utuntur, aedificant. (124)

Prosapia progenies, id est porro sparsis et quasi iactis liberis, quia **supare** significat iacere et disiicere.

Prosicium, quod prosecatum proiicitur.

ANNOT. PAULI. 1. *Procellunt*] Plauti Mil. III, 1, 166. significari, observavit Dac., ibique legendum esse: *Sed procellunt, sed procumbunt*, monuit Lind. Omnia fere movendi verba, notum est, intransitivum significatum adsciscere, vel, rectius dicam, a principio motum ipsum, non motus caussam, designare. 2. *Proculum*] coniunxi duos articulos, quibus contrariae inter se plurium grammaticorum opiniones referuntur, in unum. Valerius de nom. rat.: *Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt: ut Postumus, Agrippa, Proculus.* Isid. Glossae: *Proculus, qui patre longius peregrinante nascitur.* *credant*] *credunt* Lind. ex uno Gu. 4. *Procapis*] Isidor. Gloss.: *Procapis proximus.* Sed aliud voc. est procapis substantivum femininum, quod Verrius hic explicuerat. Simile est concapis, quod restituemus XII tabulis apud Festum Qu. XVI, 8. p. 192, 8. v. tignum. 5. *Procincta cl.*] cf. Paulus p. 43. v. classis proc. cum annot. *Gabino cinctu*] De hoc nuper disputatum rer. Etrusc. I, 3, 8. T. I. p. 265., et in Annal. Acad. Bavar. T. I. p. 29. a Fr. Thierschio, qui vir doctissimus non recte dixit, cinctum Gabinum mihi idem visum esse quod cingulum militare. Cinctus Gabinus ita comparatus erat, ut togae sua ipsarum lacinia circa corpus incingerentur, nulloque praeterea cingulo opus esset. 7. *Procitant*] e Pauli epitome male contracta intelligi videtur, duplex etymon a Verrio expositum esse vocc. procito et proco, alterum a provocito et provoco, alterum a cito et cieo. Cf. Festus Qu. XII, 21. p. 61, 7. v. prox. Neutrum, si quid video, probari potest. Gloss. Labb.: *Procitat, προεκκαλεῖται.* *procit et procat*] ita scripsi, cum in codd. et vg. legeretur *prociet. Procat*, ut ab hoc voc. alius artic. inciperet. Sed idem voc. in eadem eiusdem literae parte a Festo ipsoque Paulo bis explicatum esse verbis iisdem, non credibile est. *Procit*, quod posui, commendatur Gloss. Labb.: *Procio, cis, μνῶμαι. Proces* alibi non reperitur. 8. *Procalare*] cf. Paulus p. 31. v. calatores cum annot. *calumnia*] rectius hanc deduci a verbo calvo, ut fit a Charisio I. p. 43. et Prisciano X, p. 883., monuit Dac. *caculae*] aliter de his Paulus p. 35. v. caculae. 10. *Livius*] in Odyssia, ut monuit Scal., collato Homero Od. I, 248. Saturnium versum Hermann. Elem. doctr. metr. p. 620. ita dimetitur: *mátrem próci-tum plúrimi venerunt.* Sed secunda syllaba voc. procitum corripienda an producenda sit, incertum est. 11. *Procitum*] de hoc testamenti vitio Icti nihil: de rupto sive irrito testamento multa. 12. *Procestria*] Gloss. Labb.: *Procastria, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς*, et *οἱ πρὸ τῶν παρεμβολῶν τόποι. Παρεμβολὴ* castra significat. *in muro*] *a muro* coni. Lipsius de mil. Rom. V, 1. Opp. T. III. p. 137. Sed procestria etiam propugnacula esse potuerant muris extrinsecus adiecta. 13. *Etiam*] ante hoc voc. plene interpunxi, cum priores omnia verba ad finem usque Artorio tribuissent. *aedificant*] adde cogitatione: et haec quoque procestria dicuntur. *aedificiave* malebat Lipsius l. l. 14. *supare*] Lind. *sutare* Gu. *sittare* M. *sipare* vg. Cf. Festus XIV, 15. p. 119, 23. v. supat. Conspirat Nonius p. 67, 28. v. prosapies. *et disiicere*] *et dissipare disicere* legendum putat Dac. Sed in ipso supando spargendi sive disiciendi notio inest. 15. *Prosicium*] hanc voc. formam nusquam legi, observat Vossius in Etymologico, ac propterea *prosiciae* legendum putat. Facilius possis *Prosiciem*. Cf. Nonius p. 220, 17. v. prosecta. *prosecatum*] M. vg. *praesecatum* Gu. Lind. *proiicitur*] *porricitur* coni. Urs. At hoc ipsum porricitur Festus videtur verbo proiicitur interpretatus esse.

Prosequium a prosequendo, **obsequium** ab obsequendo dicuntur.

Prosedas meretrices Plautus appellat, quae ante stabula sedeant. Eaedem et **prostibulae**.

Pro sententia ac si dicatur in sententia, ut **pro rostris**, id est in rostris.

Prosumia genus navigii speculatorium parvum.

5 **Prosita** proposita.

Privos privasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam et **privata** dicuntur, quae uniuscuiusque sint; hinc et **privilegium** et **privatus**; dicimus tamen et **privatum**, cui quid est ademptum.

Privignus dictus, quod, ante quam mater secundo nuberet, est progenitus. **Pri** enim antiqui pro prae dixerunt.

Praevaricatores a praetergrediendo sunt vocitati.

10 **Prisci Latini** proprie appellati sunt hi, qui, priusquam conderetur Roma, fuerunt.

Priscus Tarquinius est dictus, quia prius fuit, quam Superbus Tarquinius.

Pristinum ab eo venit, quod est prius; pari modo et prior.

Proletarium capite censum, dictum quod ex his civitas constet, quasi prolis* progenie; iidem et **proletanei**.

Procitare† saepe prolicere, id est producere.

15 **Prologium** principium, proloquium. Pacuvius: "Quid est? Nam me exanimasti prologio tuo."

Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.

Praeliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quaedam feriae publicae, quibus nefas fuit id facere.

Provinciae appellantur, quod populus Romanus eas provicit, id est ante vicit.

20 **Protinam** protinus. Terentius: "Protinam me coiciam in pedes."

(125) **Pruina** dicta, quod fruges ac virgulta perurat.

Prugnum pro privignum.

ANNOT. PAULI. 2. *Plautus*] Poenulo I, 2, 55. *prostibulae*] M. vg. *prostibula* Gu. Lind. Non recte, nam et illud Plautinum est. V. Pers. V, 2, 61. Clitell. fr. 16. ap. Bothium. Ac video eandem formam etiam supra p. 7. v. alicariae e M. et vg. restituendam esse, a Lind. expulsam. 3. *Pro sent.*] cf. Festus Qu. XI, 30. p. 38, 11. v. pro, et Qu. XII, 16, p. 56, 30. v. pro censu. 4. *Prosumia*] cf. Gell. N. A. X, 25, 5. Nonius p. 536, 10. 5. *Prosita*] *Posita* coni. Dac. male. Nam *situs* olim genuinum erat participium, ut Tacitus dicit: *ara Druso sita*, ἀρχαικῶς. 6. *Privos*] cf. Gell. N. A. X, 20, 4. Nonius p. 35, 19. 159, 24. Festus Qu. X, 21, 21. v. privicloes. Docte de eo voc. Scal., qui quod id Ciceroni restituit, assentientes habuit novissimos editores. 7. *privatus*] haec aut esse mendosa, aut a Paulo detruncata, quod si addidisset: *cum distinguitur ab eo, qui cum potestate est*, recte caetera cohaererent, aptissime censet A. Aug. 8. *Privignus*] cf. p. 28. v. bignae. 9. *Praevaricatores*] Plin. N. H. XVIII, 19, 49. §. 179.: *Arator, nisi incurvus, praevaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum.* 10. *Prisci Lat.*] contra disputat Niebuhr. H. R. I, 389. ann. 853. ed. sec. 13. *Proletarium*] v. Gell. N. A. XVI, 10. Nonius p. 67, 18. 155, 19. v. proletarii, qui proletarios et capite censos recte distinguunt. *prolis progenie*] i. e. prolis procreatione. Ita scripsit Huschk. de Servio Tullio p. 187. *proles prog.* codd. vg. 14. *Procitare*] suspicor Festum *Prolicitare* scripsisse, et propter ordinem vocc. (v. Praef. II, 2.), et propter interpretationem. 15. *Pacuvius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 151. n. 19., qui non recte tradit, libros habere *examinasti*. 17. *Praeliares*] non iidem qui iusti dies dicuntur. V. Paulus p. 77. v. iusti. *quaedam feriae*] v. Festus Qu. IX, 5. p. 5, 11. v. mundus. 20. *Protinam*] cf. Varro de L. L. VII. §. 107. Nonius p. 375, 29. v. protinus. *Terentius*] Phorm. I, 4, 13., ubi Donatum Nigidio auctore praetulisse protinam, cum alii *protinus* legerent, annotavit A. Aug. *me coiciam*] Gu. Lind. *me coniciam* M. *coniiciam me* vg. 22. *pro privignum*] vg. Lind.: lectio incertissima. *promum* Gu. *num* M. *Prunum*, *Pronum*, *Turium* mg. A. Aug. Quid hic scriptum fuerit, eo difficilius est inventu, quod voc. prugnum hoc solo loco memoratur.

Propages progenies a propagando, ut faciunt rustici, quum vitem vetulam supprimunt, ut ex ea una plures faciant.

Propetrare mandare, quod perficiatur; nam **impetrare** est exorare et **perpetrare** perficere.

Propudium dicebant, quum maledicto nudare turpitudinem volebant, quasi porro pudendum. Quidam propudium putant dici, a quo pudor et pudicitia procul sint.

ANNOT. PAULI. 1. *progenies*] codd. mg. A. Aug. Lind. *propagines* vg.: male. Cf. Nonius p. 64, 27. v. propages, et p. 221, 6. v. propago. 3. *Propudium*] cf. Qu. XIII, 17. p. 89, 12. v. repudium. Recte Verrius utrumque vocabulum a pudendo deduxit, cuius verbi significatio ex utroque clare elucet. Repudio enim mulier dimissa ignominia simul afficitur; ac propudium ab initio id animal vel is homo dictus esse videtur, qui cum detestatione, tanquam turpitudinem omnem secum ablaturus, ex terra proturbatur, ut φαρμακοὶ apud Ionas et hircus ille *Asasel* in Hebraeorum sacris. Certe huic interpretationi eximie favet **porci propudiani** appellatio (v. Festus Qu. XII, 8. p. 48, 17.), quod κάθαρμα erat gentis Claudiae. **Godofr. Hermanno**, qui tripudium et repudium cognata esse vocabulo putaverat (in Actis Soc. Graec. V. I. Praef. p. XXVIII.), oblocutus sum in Notit. liter. Gotting. a. MDCCCXXXVI. p. 1701.: cui censurae, profecto nec leviter nec petulanti animo scriptae, quod Hermannus ea opponere potuit, quae in PS. a. MDCCCXXXVII. leguntur, dolui sane, ac doleho semper ea a viro de nostris literis praeclare merito in aliorum studia opprobria fusa esse, quae ipsi nonnisi novis et auctis opprobriis redimenda esse videantur. At nolo chartae spatio, quod in Paulo et Festo disponendis casus hic liberum mihi concessit, abuti ad privatas lites agendas. *quum*] *quum cum* coni. A. Aug. in mg.: at sufficit solum nomen *maledicto*. *pudendum*] vg. et deterior unus cod. *pudendam* boni codd. 4. *procul sint*] cf. Festus Qu. XI, 29. p. 37, 1.

EX FARNESIANO POMPEII FESTI CODICE HIC EXCIDERUNT SEX FOLIA, QUAE HIS PAULI EXCERPTIS RESPONDEBANT.

ANNOT. FESTI ad Qu. XI, 29, 1. *procul sint*] Paulo collato apparet haec extrema verba fuisse art. propudium. *Provorsum f.*] audacula est Meursii (Exerc. crit. II, 13.) opinio, Festum errore quodam *controvorsum* mutasse in *provorsum*. Provorsum fulmen est ex nocte in diem, vel ex die in noctem proversum. Cf. Paulus p. 56. v. dium. 2. 3. *fulguri*] *Fulguratori* coni. A. Aug. in mg., qui Iuppiter in pluribus titulis extat. *Fulguritori* nescio cur malit Lind. Mihi Iuppiter ipse *Fulgur* dictus esse videtur, ut *Lapis*. 3. *Summano*] cf. quae composui Etr. rer. II. p. 60. 167. 249. 5. *pat. boves*] cf. Paul. p. 120. v. patulum. 6. *super*] *supra* vg. et sic corr. Urs. 9. *Iulius*] C. I. Caesar Strabo aedilis a. 664. orator et tragicus poeta. V. Weichert. Poet. Lat. rel. p. 127. In Adrasto tetigit oraculum Delphicum (v. Eurip. Phoen. 420.), cuius προφῆται noti sunt. In trimetris iambicis corrige 12. *ita*] in *ibi*. *purant*] explica ἁγνίζουσιν. *purgant* vel *parant* A. Aug. in mg. Hoc probat Urs. *Propter viam*] de hoc sacrificio varia A. Aug. Scal. Dac. Titulus ille de Herculis aede, zotheca etc. non ad Sancum, sed ad Saxanum spectat. V. Gruter. 49, 3. 13. *Sanco*] *Sango* coni. A. Aug. in mg. Urs.: sed praestat *Sanco*. 15. 16. *quae nunc c*] *quae nunc g* et infra *c* maluit Vossius in Etymologico, quo non opus est, nam latinum c vim habebat Graeci γ. Ita interpretatur etiam Perizon. anim. histor. p. 306. 18. *habeto, prodito*] *produit* coni. Scal. *habeto, prodito, neu produit* Dac., sed nihil muto. Verrius *produit* ex poeta quodam petitum explicuit illis verbis legis Censoriae de sartis tectis exigendis (Cic. Verr. III, 7.). *Prodito* est: redemptori, qui porticum deinceps tuendam accipiet, tradito. Cf. Turneb. Adv. XVI, 22. Carrio Emend. II, 5. 19. *prodideris*] *perdideris*, puto. Ita et Huschkius. 20. *Hymni*] *Hymnide* corr. A. Aug. in mg. V. Bothe p. 136. fr. 5. Spengel. Caecil. fragm. p. 24. 21. *inridier*] *irriderier* corr. Dac., ut in Ald. est. *Nervol.*] Bothe p. 440. fr. 4. 21. 22. *productae prodigium*] *producte prodigum*

Propatulum late patens atque apertum, et **patuli** boves, quorum cornua in diversum supra modum patent.

Properus celer, unde adverbium propere.

Prophetas dicebant veteres antistites fanorum oraculorumque interpretes.

Profecturi viam Herculi aut Sanco sacrificabant.

5 **Prodigere** est consumere, unde et **prodigus** fit.

Prodinunt prodeunt. Ennius: "Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent."

Probrum stuprum, flagitium.

Probi velut prohibi, qui se a delinquendo prohibent.

Prodigiatores haruspices, prodigiorum interpretes.

10 **Prodit** memoriae porro dat et fallit. Item ex interiore loco procedit. Item perdit, ut Ennius: "Non in sperando cupide rem prodere summam."

Punicum genus libi translatum a Poenis. Id etiam appellabant **probum**, quia erat ceteris suavissimum.

Pro significat in, ut pro rostris, pro aede, pro tribunali.

Progenerum appellat avus neptis suae virum.

15 **Profanum** quod non est sacrum. Plautus: "Sacrum an profanum habeas, parvipenditur."

Pro ponitur etiam pro amplificando ac palam faciendo, ut prodi, provoca, protrahe, propelle; alias pro privandi facultate, ut in propudio, prohibendo, quia utrumque abnuit in his esse pudorem potestatemque; alias aliud alio, ut
(126) pro pecunia, pro praedio, consule; alias pro admiratione, ut pro Iuppiter; alias pro ante, ut pro ostio; alias pro in, ut promittere barbam et capillum.

20 **Profundum** quod longe habet fundum.

Profesti dies procul a religione numinis divini.

Profusus super modum sumptuosus. Terentius: "Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet." Alias abiectus iacens. Pacuvius: "Profusus gemitu murmuro."

coni. Urs. *pollucte prodigum* Scal. 22. *in*] *m* in cod. esse, tradit A. Aug. in mg. *me* corr. Urs. *Prodinunt*] cf. Paulus p. 52. v. danunt, cum annot. 23. *Enn.*] Ann. III, 18. ap. Merulam. 25. *Accius in Hellen.*] Bothe p. 210. fr. 1. 26. 27. *Caecil. in Davo*] Bothe p. 131. fr. 1. Spengel. p. 16. 28. *Probri*] cod. *Probrium* Urs. *Probi* vg., ut corr. Urs. *delinqu.*] *a* addit vg., quod probat Urs. 29. *harispices*] cod. *harusp.* Urs. 30. *Prodita*] *Prodit* vg., ut corr. Urs. 32. *Ennius*] Ann. XVI, 27. Mer. 32. 33. *cupide*] *cupidi* A. Aug. et Urs. in mg.

Qu. XI, 30, 3. *quia*] *quia i* vg. 4. 5. *ro-sto-is*] *rostris* corr. Urs. De Urs. additamentis v. 3. 4. 6. 7. v. Suppl. Ann. 9. *Plautus*] Bothe p. 445. inc. 24. 10. *bea*] cod. *boea* Urs., cui hanc ob rem loci huius restitutio non recte cessit. 15. 16. *aliud alio*] *apud, ob, ab* coni. Urs., quod neque Paulus comparatus, neque sententia admittit. Significat, aliud in alium usum converti. 16. *pro praedio, pro consule*] *pro praede pro consilio* coni. Urs. 18. *Melanippo*] *Menalippo* coni. Urs.: male. 19. *manu omium*] *manu omnu* cod. *manu omnium* coni. Urs. 23. *est*] cod. om. Urs. 28. *ae-que prof.*] adscripsi cum v., ut legitur apud Nonium p. 434, 10. v. profesti, nisi quod in fine *die* addidi. De Scal. et aliorum Vv. Dd. opinionibus v. Suppl. Ann. Bothe p. 184. fr. 16. 30. *Ter. in Adelph.*] I, 2, 54. 32. *et*] corrige *ut*. *Pac. in Teucro*] Bothe p. 146. fr. 9. 33. *occistians*] *occisitans*, ut videtur. *oscitans* corr. Urs. Vossius. *occentans* Dac.: alii alia. *rua-*] cod. *ru-* Urs.

ANNOT. PAULI. 1. *supra modum*] M. vg. om. cett. codd. Lind. 11. *cupide*] M. *cupidi* Gu. vg. Lind. 15. *sacrum*] Gu. Lind. *fanum* M. vg. 17. *alio*] *pro alio* corr. A. Aug. in mg. 18. *pro pecunia*] Berol. et Lips. codex, ut vg. cett. codd. et Lind. om. *pro*. 19. *pro in*] vg. *pro immittere* boni codd. Lind.

procul sint. || Provorsum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu an interdiu sit factum. itaque Iovi fulguri et Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur. || Propatulum late patens atque apertum, et patuli boves, quorum cornua in diversum super modum patent. || Propriassit proprium fecerit. || Properus antiquos dixisse, pro celer, testimonio est qualitatis adverbium, quod est propere. || Prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum, oraculorumque interpretes: "cum capita viridi lauro velare imperant prophetae, sancta ita† caste qui purant sacra." || Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco qui scilicet idem est deus. || Prodigia quod praedicunt futura, permutatione g. literae, nam quae nunc c. appellatur, ab antiquis g. vocabatur. || Produit, porro dederit, ut est in lege Censoria: "porticum sartam tectamque habeto, prodito." alias prodiderit. || Prodegeris, consumpseris, prodideris †, ut Caecilius in Hymni †: "prodigere est, cum nihil habeas, te inridier †." et Plautus in Nervolaria: "productae prodigium† esse in† amatorem addecet." || Prodinunt prodeunt, ut Ennius Annali. L. III.: "prodinunt famuli, tum candida lumina lucent." || Probrum, stuprum, flagitium, ut Accius in Hellenibus: "qui nisi probrum, omnia alia indelicta aestimant." Caecilius in Davo: "ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum." || Probri †, velut prohibi, qui se delinquendo prohibent. || Prodigiatores harispices, prodigiorum interpretes. || Prodita †, memoriae porro dat, et fallit. item ex interiore loco procedit. item perdit, ut Ennius L. XVI.: "non in sperando cupide rem prodere summam." || Punicum quod appellatur genus *libi est* . . . . . *translatum a Poenis. Id etiam appellabant probum,* quia *erat ceteris suavissimum.* . . . . . no . . . . . || *Pro significat in, ut pro rosto-is*†, *pro aede, pro tribunali.* || *Progenerum* app-*ellat avus neptis suae virum, ut pronurum* appell-*at nepotis uxorem.* || *Profanum, quod non est sacrum.* Liv-*ius*: . . . . . blici . . . *Plautus*: "*Sacrum an profanum habea-s, parvipenditur.*" . . . . . *profanationem* . . . . . || *Pro ponitur etiam pro amplifi-cando ac palam faciendo, ut prodi, provoca,* prop-*elle, protrahe: alias pro privandi facultate, ut in propudio, prohibendo, quia utrumque abnuit in his esse pudorem potestatemque: alias aliud* alio, *ut pro pecunia, pro praedio, pro consule:* alias pro a-*dmiratione, ut pro Iuppiter.* . . *Accius* in Melani-*ppo:* . . . . . manu omium . . . . . Plautus in Condalio: . . . . : *alias pro ante, ut* pro hostio. alias pro *in, ut* . . . . *promittere barbam* et capillum. || *Profundum dicitur id quod* altum est ac fundum *habet longe. Pacuvius* in Medo: "neque . . . . . || Profesti dies di-*cti, quod sint procul a religione numinis* divini. Caecilius in . . . . . sti tantundem . . . . . *Afranius* in Privigno: "ae-*que profesto concelebras focum die.*" || Profusus super mo-*dum sumptuosus* . . . . . Terentius in Ade-*lphis*: "*profundat, perdat, pereat,* nihil ad me *attinet.*" *Alias abiectus iacens,* et† Pacuuius in Teuc-*ro*: "*profusus gemitu murmuro occistians*† rua-*t.*" . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. XI, 29, 12. *ibi.* 19. *perdideris.* 20. *Hymnide.* 21. *inriderier* 21. 22. *producte prodigum.* 22. *me.* 28. *Probi.* 30. *Prodit.* Qu. XI, 30, 5. *rostris.* 32. *ut.* 33. *occisitans.*

. . . . . cant
. . . . . rta
||*Plauti appellantur canes, quorum aures lang*-uidae *sunt ac flaccidae et latius vide*-ntur *patere.* . . . . . quae
. . . . . e
. . . . . uni
. . . . . ui
. . . . . cis
||*Plantae dicuntur semina olerum, quod plana* sunt, *ut appellantur plantae nostrorum pedum ex* causa *simili.* ||*Plancae dicebantur tabulae planae, o*-b quam *causam et Planci appellantur, qui supra modum pe*-dibus *plani sunt.* ||*Plaustrum perculi antiqui di*-cebant *ab iis, qui* . . . . . *plaustrum* euertebant . . . . . id quod *abiit in proverbium. Plautus in Epidico: "E*-pidicus *mihi fuit magister. Perii, plaustr*-um perculi." ||*Plebeium magistratum* . . *nemi*-nem licet capere, *nisi qui ex plebe est: cuius ge*-neris est *omnis magistratus, qui appellatur i*-sto nomine. ||*Plutei dicebantur crates corio cru*-do intentae, *quae solebant opponi militibus* opus facientibus *et appellabantur militares.* nunc etiam tabulae, *quibus quid praesepitur, eodem* nomine dicuntur. ||*Plebei aediles dicuntur,* qui plebeiscito, *cum plebs tributim sine patribus* suffragium tulit *rogante magistratu plebeio,* sunt constituti, *tribunorumque plebei collegae s*-unt, qui una cum *tribunis primum creati sunt dissid*-ente plebe a patribus. ||*Plebeias tabernas no*-vas vocant nostra aetate, *ut dicunt V tabern*-as esse, et † septem feruntur *olim fuisse. Plebeias appella*-mus a genere magistratus. eas enim faciendas curaverunt M. Iunius Brutus, Q. Oppius Aediles pl. ||Plexa colligata significat ex Graeco, cui nos etiam praepositionem adicimus, cum dicimus perplexa. ||Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dicebant. ||Plera dixisse antiquos testis est Pacuvius, cum ait: "plera pars pessumdatur." ||Ploxinum appellari ait Catullus capsum in cisio, capsave † cum dixit: "gingiuas vero ploxini habet veteris." ||Plorare, flere, inclamare † nunc significat, et cum praepositione implorare, id est invocare: et † apud antiquos plane inclamare. in regis Romuli et Tatii legibus: "si nurus † sacra divis parentum estod." in Servi Tulli haec est: "si parentum † puer verberit, ast olle plorassit, paren † puer divis parentum sacer esto." id est clamarit †, dix. . . ||Pedulla quae dicimus nea † . . Graecos appellare manifestum est. ||Pacem a pactione condicionum putat dictam Sinnius Capito, quae utrique inter se populo sit observanda. ||Penem antiqui codam vocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur. et peniculi, quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui qui tergent † ea. dictum † est forsitan a pendendo. Naevius in Tunicularia: "Theodotum compellas †, qui aras compitalibus sedens in cella circumtectuas † tegetibus Lares ludentis peni pinxit bubulo." significat peniculo grandi, id est coda. ||Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et consobrinae meae filia † et patris mei consobrinus et matris

EMEND. LECT. Qu. XI, 31, 32. *sed.* Qu. XI, 32, 8. *capsamve.* 10. *inclamare*] dele. 12. *sed.* 13. 14. *nurus*] exciderunt hic plura voce. 15. *parentem.* 16. *paren*] dele. 17. *inclamarit, dixerit diem.* 18. *πέδιλα.* 26. *tergerent. dictus.* 28. *appellas.* 29. *circumtectus.* 33. *filius.*

Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere.

Plantae semina olerum, quod plana sunt, ut appellantur etiam ex simili plantae nostrorum pedum.

Plancae tabulae planae, ob quam causam et **planci** appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt.

Plebeium magistratum neminem capere licet, nisi qui ex plebe est.

Plutei crates corio crudo intentae, quae solebant opponi militibus opus facientibus, et appellabantur militares. Nunc etiam tabulae, quibus quid praesepitur, eodem nomine dicuntur. 5

Plebeii aediles dissidente plebe a patribus sunt creati.

Plexa colligata, unde perplexa.

Plentur antiqui etiam sine praepositione dixerunt.

Ploxinum capsam dixerunt. 10

Pax dicta est a pactione.

Penem caudam vocabant, unde et offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant. Hinc et peniculos dicimus, quibuscum calciamenta terguntur, qui de caudarum extremitate fiunt. Penis denique a pendendo vocata est.

Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et patris mei consobrinus.

ANN. FESTI. Qu. XI, 31, 10. *sunt*] Urs. *e* (cum lineola transversa) *sunt* cod. 12. *b quam*] cod. *quam* solum e cod. Urs. 14. *Pl. perculi*] Quanquam de hoc proverbio hic scriptum fuisse, Scal. et Urs. aperuerunt: propria tamen eius significatio et origo nondum in aperto sunt. V. Donat. in Terent. Eunuch. II, 3, 87. 17. *Pl. in Epid.*] IV, 4, 22. ed. Iacob. 22. *intentae*] *intectae* coni. Urs., sed illud praestat. 26. *qui*] cod. (i. e. *q* cum supraposita lineola). *que* Urs. 30. *a pa*] cod. *a* Urs. 31. *uas voc.*] cod., ut vg. *uas novas vocant* Urs. Plebeias dictas esse tabernas illas argentarias, quae postea novae vocatae sunt, ex reliquiis tituli colligitur. Distinguendas autem ab iis eas esse, quae septem olim, postea quinque dicebantur, docet Liv. XXVI, 27. Quapropter Scal. et Urs. additamenta mutanda erant. V. de universo loco Suppl. Ann. 32. *et*] corrigo *sed*.

Qu. XI, 32, 6. *Pacuv.*] in Teucro. V. Priscian. V, 12. p. 668 P. T. I. p. 208. Kr., qui pluribus de eadem re exponit. Bothe P. L. Sc. V, I. p. 147. fr. 22. 7. *Ploxinum*] cod. *Ploximum* Urs. Item v. 9. 8. *Catullus*] 97, 6. ubi legitur *ploxemi*. Vox est Galliae cisalpinae, quod intelligitur ex Quinctil. Inst. I, 5, 8. A Graeco πλόκανον deducit Doederlin. Syn. et Etym. T. VI, p. 273. *capsum*] cod. *capsam*, ut vg., corr. Urs., non recte: capsus enim rhedae carrucaeque δίφρος dicitur, v. Vitruv. X, 14. Isid. Origg. XX, 12. *capsave*] *capsamve* corr. A. Aug. in mg. Urs. 10. *Plorare*] cf. Paulus p. 81. v. implor. cum annot. *inclam.*] delendum puto. Id simplicius, quam aut *inclamare* mutare in *incalare* (quod quidem a Cuiacio Observv. XI, 19. p. 261. factum esse, non recte narrat Dirksen *Versuche* p. 290.), aut cum Arnaldo Var. coni. I, 5. idem voc. in *cum clamore*, aut cum Dac., qui plura turbat, et Huschkio de Serv. Tull. p. 598. *inclamare* transferre post *implorare*, cum is significatus tantum antiquis recte tribuatur. 12. *et*] corrigo *sed*. *at* Dac. 13. *Tatii*] *Latii* vg., sed illud etiam A. Aug. in mg. 13. 14. *nurus*] post h. v. lacuna magna pars legis intercidit. 14. *Serui*] cod. *Ser* Urs. 15. *parentum*] *parentem* corr. Scal. Urs. etiam Cuiacius Observv. XI, 19. *parenteis* Lipsius in libro de legg. regiis; idque voluisse etiam Scal., apparet collata annot. ad Paulum v. ab oloes. 15. 16. *olle plorassit*] *olloe plorassint* corr. Scal. 16. *paren*] cod. (*parere*) Urs. *parentes* vg. Nihil est nisi sphalma librarii, qui oculis ad tertiam ab hac vocem aberraverat. 17. *esto*] *estod* coni. Urs. De universa lege v. Suppl. Ann. *clamarit*] *inclamarit*, puto. *dix*] *dixit* vg. *dixerit diem* fuisse opinor. *Pedulla*] *Pedulia* corr. Vossius in Etymol. recte. V. praecipue Fronto de diff. voc. p. 2194 P. 18. *nea*] Urs. *nca* cod. *ΠΕΔ* vg. *nos ea* coni. Urs. In spatio, quod post haec librarius vacuum reliquit, *πέδιλα* fuisse, coni. A. Aug. in mg. 23. *cenis puris*] cum in casto essent. V. Glossar. apud Scal. et Urs. 24. *offa pen.*] cf. Fest. Qu. XII, 12. p. 52, 24. v. penitam. *penic.*] cf. Paulus p. 116. 25. *tergentur*] cod. *terguntur* Urs. *extremis*] Urs. *extremi* cod. 26. *qui*] facile correxeris *quis*: sed *qui* instrumentale est. V. ann. ad Qu. IX, 9, 16. *tergent*] *tergerent* corr. Urs. *dictum*] scribe *dictus*. 27. *Tunicul.*] *Cunicularia* corr. A. Aug. in mg. et Urs., frustra. Bothe V, II. p. 21. fr. 2. 28. *compellas*] *appellas* scribendum cum Bothio, qui *Theodorum adpelles* posuit. *compella* corr. Scal. 29. *circumtectuas*] scribe *circumtectus*. *circumtecta* Scal. 31. *Propius*] cod., ut vg. *Proprius* Urs. Cf. Schrader. in Inst. III, 6. §. 5. not. crit. p. 450. Est Graecum: μίχρις ἀνεψιαδῶν. 33. *filia*] *filius* corr. A. Aug. in mg. et Urs.

ANNOT. PAULI. 8. *unde*] boni codd. Lind. *inde et* vg. 10. *Ploxinum*] Gu. vg. Lind. *ploximum* cett. cod.

Possessio est usus agri quidam aut aedificii, non ipse fundus aut ager.

Portum frequenter maiores pro domo posuerunt.

Patrocinia appellari coepta sunt, quum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset.

Postica linea in agris dividendis ab oriente ad occasum spectat.

5 Pomptina tribus a Pomptia urbe est dicta.

(127) Papiria tribus a Papirio vocata.

Pupinia tribus ab agro Popinio.

Popillia tribus a progenitrice traxit vocabulum.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 1, 1. *Possessio*] cf. Festus Qu. XII, 9. p. 49, 23. v. possessiones. Cuiac. Observv. IX, 31. idemque et in Paratitl. et in Recitatt. in Iustin. Cod. VII, 32. Huschk. *Über die Stelle des Varro v. d. Liciniern* p. 93 sqq. 3. Parva lacuna expletur ab Urs. voc. *de*, ab Huschkio *e*; mihi placet *in*. *A*, quod quidam eo loco habent, ortum est e Λ, signo lacunae apud Urs. *nisi in* suppl. A. Aug. 4. Lacunam hanc Cuiac. explet voc. *neque*. Male A. Aug. infercire volebat: *Auctore praetore*. *his*] *is* corr. Urs. Cuiac. *vere*] *h. e. rē*, i. e. *hanc ego rem* (nempe: ex j. Qu. meam esse aio), coni. Cuiac. Probabilius Huschk.: *suam rem* (ISŪĀRĒ, hinc factum, *is vere*). 6. *ex his qui*] *ex his qui litigant* vel *ex reis* coni. A. Aug. Optime Cuiac.: *ex iure Quiritium*, quod Huschk. coni. scriptum fuisse EX IUS QUI., similiter ut in Ulpiani codice. Possis etiam sic: *existit qui*, sed illud praestat. 7. *Praetor his*] *Praetoriis* coni. Burmann. in Petron. c. 13. p. 67., inepte. 8. *Uti nunc*] differt ab hac formula, quam habent Ulpianus in Dig. XLIII, 17, 1. et Gaius Inst. IV. §. 169.: qua de re variae sunt Ictorum sententiae. Mihi persuasi, v. 10. ante *ita possid.* alterum *uti* addendum esse. *Q. D. A.*] i. e. quo de agitur. 11. *Praefect.*] cf. annot. ad Paulum p. 105. (127.) v. municipium. 14. *qua his*] *quas* vg., et sic corr. Urs. 16. 17. *quattor . . . pro*] *quattuor sex virum pro* vg., sed in cod. esse *viginti sex virum num*, in mg. annotatur. *nū* cod. *nu* Urs., qui in mg. *numero qui* apposuit. *quattuorviri et sexviri annui* coni. A. Aug. *qui autore vigintisexvirum numero* Scal. *quatuor e XXVI viris* Cuiac. Obss. XI, 24.: cuius in partes concedit Lipsius in Tac. Ann. III, 29. p. 85 c. et quodammodo etiam Casaub. in Sueton. Aug. 36. Conieceram: *quattuor e viginti sex virum numero, qui* (ita ut NŪPRO in NŪERO mutaretur), cum certior factus sum Weilandi de bello Mars. p. 7. libello, idem placuisse Zumptio. De illis XXVI viris, ex quibus quattuor in Campaniam mittebantur, Cassius Dio LIV, 26. 18. *Capuam*] de horum in Campania oppidorum condicione disputat Niebuhr. H. R. III. p. 338 seqq. Sed cf. Madvig. Opusec. Acad. pag. 234. 20. *Calatium*] *Calatiam* vg. et sic corr. Urs. Distinctionem inter *Atellam* et *Calatium* om. cod. 21. *quodannis*] *quotannis* corr. Urs., ut vg. 23. *Venaerum*] cod. *Venareum* Urs., qui cum vg. corr. *Venafrum*. *Allicas*] *Allifas* vg., et sic corr. Urs. 25. *complura*] *conplura* cod. *Parret*] cf. Paulus p. 120. v. paret. 27. 28. *est . . ut*] *et . . in* corr. Scal. 28. *in XII.*] v. Dirksen. p. 208. 29. 30. *cui testim.*] eadem verba infra a Festo posita sunt, Qu. XVI, 25. p. 195, 9. Cf. Hugo Hist. iuris civ. T. I. p. 351. ed. undec. 33. *Post. lin.*] cf. Niebuhr. H. R. T. II. p. 701. Etrusc. rer. III, 6, 11. T. II. p. 153.

Qu. XII, 2, 5. *abe*] cod., ut videtur. *abd* Urs. vg. 8. 9. *Pometia*] hanc urbem hic significari vidit Sigonius. Pontia insula ab ea re aliena est. Urs. inventa v. in Suppl. Ann. 11. 12. *nomi*] *nomine* corr. Urs. 20. *ac potest.*] uncis includit Urs., tanquam errore repetitum. 22. *Pupinius*] de hoc agro v. Cic. de lege agr. II, 35. Liv. XXVI, 9. coll. IX, 41. Varro de R. R. I, 9. Valer. Max. IV, 4, 4. Situs eius ex Livio maxime cognoscitur. Cf. Paulus p. 85. v. Lemonia, cum annot. 25. *Popillia*] haec tribus cum in Romanis titulis non extet (v. C. L. Grotefend in Annal. Zimmermanni T. III. p. 915.): conieci eam cum Pinaria ex decem illis tribubus fuisse, quarum territorio Romani post reges exactos spoliati sunt. 27. *Popill.*] videl. *gentis*, quam a femina originem duxisse, similibus fabulis commendatur. 28. *Pinarii*] cf. Qu. XII, 5. p. 45, 21. 29. *Popul. comm.*] cf. Qu. XV, 3. p. 139, 19. v. scitum populi, et de Urs. additamentis Suppl. Ann. *com*] Urs. *comu* cod. 32. *patri*] cod. *patr* Urs.

ANN. PAULI. 7. *Popinio*] boni codd. Lind. *Pupinio* vg. *Pupino* edd. vett. 8. *a progenitrice*] *a Po. Ro. gentile* coni. Huschk. de Servio Tull. p. 670. V. tamen supra annotata.

meae consobrinus. || Possessio est, ut definit Gallus Aelius, usus quidam agri, aut aedifici, non ipse fundus aut ager. non enim possessio est . . rebus quae tangi possunt . . qui dicit se possidere, his vere † potest dicere. itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui † possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut Praetor his verbis utatur: "Uti nunc possidetis eum fundum Q. D. A., quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, † ita possideatis, adversus ea vim fieri veto." || Praefecturae eae appellabantur in Italia, in quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur, et erat quaedam earum R. P., neque tamen magistratus suos habebant. in qua his † legibus praefecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. quorum genera fuerunt duo: alterum, in quas solebant ire praefecti quattor † viginti sex virum nū pro † populi suffragio creati erant, in haec oppida: Capuam, Cumas, Casilinum, Volturnum, Literum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatium: alterum in quas ibant, quos Praetor urbanus quodannis † in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venaerum, Allicas †, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. || Parret, quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba pronuntiari, et non gemino r. scribi, ut fieret paret, quod est † inveniatur ut † comparet, apparet. || Portum in XII. pro domo positum omnes fere consentiunt: "cui testimonium defuerit, his † tertiis diebus ob portum obvagulatum ito." || Patrocinia appellari coepta sunt, cum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset. || Posticam lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius appellavit ab

exori-*ente sole ad occasum spectantem* . . . . . .
qua . . . . . .
tur . . . . . .
rique . . . . . .
5 abe . . . . . .
tab . . . . . .
frum . . . . . .
danto . . . . . || *Pomptina tribus a Pome*-
tia ur-*be est dicta, a qua etiam palus Pomp*-
10 tina *appellata est prope Terracinam.* || *Pa*-
piria *tribus a Papirio vocata est, vel ab no*-
mi † ag-*ri* . . . . . .
coniu . . . . . .
quod in d . . . . . .
15 tur: bellum . . . . . *instruc*-
tos exerc-*itus* . . . . . .
discesserat . . . . . .
signum conf-*erre* . . . . . .
rem ipsorum ar-*bitrio* . . . . . *po*-
20 testate, ac pote-*state* . . . . . .
exercitus suffrag . . . . . || *Pupinia tribus*
ab agri nomine *dicta, qui Pupinius dicitur, inter*
Tusculum urbem-*que situs* . . . . . .
minit invictum . . . . . .
25 est. || Popillia tri-*bus una antiquarum triginta tri*-
buum, tot enim fue-*runt ante reges exactos, fe*-
lici nomine ap-*pellata a progenitrice Popilliorum, ut*
Pinaria a sororis P-*inarii, qui Herculi prima sacra fecit, no*-
mine. || Populi com-*mune suffragium est patrum*
30 cum plebe suffragium. *nam comitia centuriata*
ex patribus et plebe *constant in centurias divisis. at*
cum plebes sine patri-*bus tributis comitiis convenit,*
quod plebes scivit, plebi-*scitum, non populi suffragium*
appellatur. || Patrum com-*mune suffragium* . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 1, 3. *in rebus.* 4. adde *nec.* *is suam rem.* 6. *ex iure Quiritium.* 10. *uti ita.* 14. *in quas.* 16. 17. *quattuor e.* 17. *numero, qui.* 21. *quotannis.* 23. *Venafrum, Allifas.* 27. *et.* 28. *in.* 30. *is.* Qu. XII, 2, 12. *nomine.*

. . . . . ||Prorsi *limites appellantur in agrorum mensuris, qui di*-recti *sunt ad orientem.* ||*Pugio dictus esse vi*-detur *quod eo punctim pugnetur.* . . . . . no-
. . . . . sue
. . . . . uoque
. . . . . ||*Praebia dicuntur curan*-di *mali remedia, videlicet quae curationi*-s causa *praebeantur.* ||*Parare inter se m*-unus *dicebantur, cum sine sortitione magistrati*-bus P. R. *inter se conveniret, quis ex iis munus f*-acere *provinciamve habere vellet.* . . . . . ebus le-
. . . . . o quoque
. . . . . rum ex-
. . . . . sulibus ae-
. . . . . atque ex ea
. . . . . s magistra-
. . . *lege enim constitutum erat, ut certos* intra dies *magistratus designati provinc*-ias inter se pa*rarent aut sortirentur.* ||*Praetor alter* Inter civis, alter inter *peregrinos ius dicebat: nam cum ille, qui* lege primum frs† *erat, iuri dicundo non sufficeret, duo ic*-circo sunt creati *praetores.* ||*Praemetium dicitur, quod* ante metitur, quasi *p̃messum, p̃libationis causa.* ||*Prote*-lare dr̃ longe pro*pellere ex Graeco videlicet, quod* est The† et signi*ficat longe.* ||*Privato sumptu* se alebant mili*tes Romani, antequam stipendia* mererentur, quod in *consuetudine mansit paene ad* id tempus, quod fuit pau*lo antequam Roma urbs* capta est a Gallis, *ex quo sine publico stipendio m*-ilites non fiebant. ||*Porci effigies inter militari*-a signa quintum locum *obtinebat, quia confecto bel*-lo, inter quos populos *pax fiat, ea porca caesa in foed*-ere firmari solet. ||*Polimenta, ait Verrius, antiqui* dicebant testiculos porcorum, cum eos castrabant, a politione segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur. ||Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum iam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem. ||Portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi. id autem est malleus. cuius meminit Cato in dissuasione de rege Attalo, et vectigalibus Asiae: "C. Licinio Pr. remiges scribti cives Romani sub portisculum, sub flagrum conscribti veniere passim." ||Pro scapulis cum dicit Cato, significat pro iniuria verberum. nam complures leges erant in cives rogatae, quibus sanciebatur poena verberum. his significat prohib. se† multos suos civis in ea oratione, quae est contra M. Caelium: "si em percussi, saepe incolumis abii. praeterea pro rep. pro scapulis atque aerario multum R. P. profuit." ||Primanus tribunus apud Catonem† in ea, quae est contra Thermum de suis virtutibus: "Aliud est properare, aliud festinare. qui unum quodque mature transigit, is properat: qui multa simul incipit neque perficit, is festinat." ||Prorsus porro vorsus, nisi forte ex Graeco πρὸ. Cato de feneratione legis Iuniae: "Camerni† cives nostri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimam. cum Romam veniebant, prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos." ||Prohibere comitia, dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem maior, ceterum ob id ipsum comitialis appellatur. Cato in ea oratione, quam scribsit de sacrilegio† commisso: "domi cum auspicamus, honorem me dium† immortalium velim habuisse. servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. si cui ibidem servo aut ancillae

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 3, 21. *factus.* 25. *τῆλε.* Qu. XII, 4, 13. *prohibuisse.* 17. Exciderunt: . . . *est, qui primae legioni tributum scribit.* ||*Properare . . . . apud Catonem.* 23. *Camerini.* 30. *sacrificio.* 31. *deum.*

Prorsi limites appellantur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt.
Pugio dictus est, quod eo punctim pugnatur.
Praebia remedia.
Praemetium, quod praelibationis causa ante praemetitur.
Protelare longe propellere, ex Gracco videlicet τῆλε, quod significat longe. 5
Privato sumptu se alebant milites Romani paene ad id tempus, quo Roma est capta a Gallis.
Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia confecto bello inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmare solebant.
Polimenta testiculi porcorum dicuntur, quum castrantur, a politione vestimentorum, quod similiter, ut illa, curantur.
Pater patrimus dicitur, qui, quum ipse pater sit, adhuc patrem habet. 10
Porticulus est, qui in portu modum dat classi. Est autem malleus.
Pro scapulis quum dixit Cato, significavit pro iniuria verberum.
Primanus tribunus erat, qui primae legioni tributum scribebat.
Properare aliud est, aliud festinare; qui unum quid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat. festinare diuit. gloss. gr. Mai t. cl. VI, 15 fendus lori Meyero fr. ex compositis.
Prorsus porro versus.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 3, 1. *Prorsi limites*] cf. Hygin. p. 150. 216. apud Goesium. *Prorsi* totum in cod. est, non *si* tantum, ut apud Urs. 4. Quae v. 4-7. Urs. de Popillia tribu posuit, v. in Suppl. Ann. 7. *Praebia*] cf. Qu. XII, 8. p. 48, 32. 9. *Parare*] De magistratibus provincias parantibus hic dici ostendunt A. Aug. Urs. Consules enim provincias aut inter se comparare aut sortiri, saepius legitur apud Livium, idque ipsum Sallust. Iug. 47. provincias inter se parare dicit. V. Gronov. Obss. I, 10. p. 90. (51. Frotsch.). Quae Urs. additamenta repudiavi, v. in Suppl. Ann. 17. *s magistra-*] *s*, quod in cod. est, om. Urs. 20. *Praetor*] Urs. additamenta, quae aliquantum immutavi, quaere in Suppl. Ann. *alter*] Urs. *aliter* cod. 21. *fr̄s*] cod. *fuſ* Urs. Videtur nota v. *factus* fuisse. Audacius, sed admodum docte Huschkius coni. hic *Fusia* fuisse, ut Furius Camillus, quintum dictator, legem de praetore creando tulerit. Cf. Liv. VI, 42. 23. *Praemetium*] cf. Fest. v. sacrif. Qu. XIV, 23. p. 127, 28. Gloss. Labb: *Praemetium*, ἀπαρχή. *Praemetivum*, ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία. 24. *Protelare*] cf. Non. p. 362, 33. Donat. in Ter. Phorm. I, 4, 36. 25. *The*] Urs.: in cod. *e* lineolam transversam et codam aliquam habet. τῆλε corr. Urs. 26. *Privato*] cf. Liv. IV, 59. Niebuhr. H. R. T. II. p. 496. ed. sec. 28. *id tempus*] Urs., sed *id t* in cod. nunc non superest. *id* om. etiam vg. 31. *Porci eff.*] cf. Paulus v. Minotauri p. 102. cum ann. 33. *porca caesa*] cf. Paulus p. 63. v. foedus, p. 68. v. fetiales. 34. *Polim.*] cf. Plaut. Men. I, 3, 28. Arnob. adv. gent. VII, 24., qui *polimina* dicit.

Qu. XII, 4, 1. De politione agrorum v. Non. p. 66, 23. Cato de R. R. 5, 4. 136. cum annot. Schneideri. 3. *Pater patr.*] cf. Fest. Qu. XII, 13. p. 53, 1. v. patrimi, Paulus p. 94. v. matrimes. 4. 5. *Portisc.*] *Porticulus* Paulus, non recte, nam illud etiam Plautus (Asin. III, 1, 15.), Ennius, Laberius apud Non. p. 151, 19., quorum versus syllabam secundam brevem non admittunt. 7. *Cato in diss.*] Meyer. Oratt. fr. p. 57. Lion. Caton. p. 77. Cf. Gronov. Obss. IV, 26. p. 419. (543 Frotsch.), a quo Scal. merito refellitur. 8. *C. Licin. Pr.*] a. u. c. 580. v. Liv. XLII, 27. 9. *Romani*] Urs. vg. *Romanis* cod. *sub portisc.*] post h. v. interpunxi commate, ne Catonem cum Scal. dixisse putes, remiges sub portisculo caesos esse. Sed Cato, ut solet, in iracundia facetus scriptos esse ait sub p̄ortisculum, verberibus autem conscriptos (ut Plautus Pseud. I, 5, 31.) sive conscribillatos (ut Catullus 25, 10.) sub flagrum, antequam venirent. Paulo aliter Gronov. conscribi sive rescribi sub flagrum putat esse i. q. mancipari. 12. *leges erant*] de his Gothofr. in Dig. XLVIII, 19, 8. §. 3. et interprr. Apost. act. 22. 13. *prohib. se*] *prohibuisse* corr. Urs., ut vg. 14. 15. *contra M. Cael.*] Meyer. p. 68. Lion. p. 61. 15. *si em*] *hostem* coni. Scal. Sed *em* pro *eum* a Catone non alienum est, v. Paulus v. em p. 58. Caeterum Catonis verba magna obscuritate laborant. 16. 17. *profuit*] *profui* coni. A. Aug. in mg. 17. *Prim. tribunus*] hunc ex aerariis tribunis fuisse, statuit A. Aug., coll. Varr. de L. L. V. §. 181. Paulo p. 2. v. aerarii. 17. 18. *Caton. . . virt.*] Meyer. p. 64. Lion. p. 57. In hac Catonis oratione fuisse locum qui sequitur de properando et festinando, ostendunt Non. p. 441, 23. Gell. XVI, 14, 2. et alii. Itaque lacuna non pauca Festi verba absumpta sunt, quae Paulo duce magnam partem facili negotio restitui possunt. 19. *unum quodque*] *unum quid* Gell. Non., ut Paulus. Sed *unum quodque*

Peregrina sacra sunt dicta, quae ab aliis urbibus religionis gratia sunt advecta.
Peculatus, id est furtum publicum, dici coepit a pecore tunc quum Romani praeter pecudes nihil haberent.
Plebeiae pudicitiae sacellum Romae ut sacra cetera colebatur.
Primigenius sulcus dicitur, qui in condenda nova urbe tauro et vacca designationis causa imprimitur.
5 **Parilibus** Romulus Urbem condidit, quem diem festum praecipue habebant iuniores.
Praetexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei qui funus faciebat.
Pilates genus lapidis. Cato: "Lapis candidior quam pilates."

Isidor. de diff. verb. V, 5. et alii. Non discrepat a Catonis sententia Doederlin. Syn. Lat. T. II. p. 123 sqq. 21. *vorsus*] cod. *versus* Urs. 22. *πρὸ*] *πρὸς* coni. A. Aug. in mg.: sed Lind. *πρόσω* probabilius. *Cato de fener.*] Meyer. p. 59. Lion. p. 74. 23. *legis Iuniae*] ante h. v. fortasse excidit: *in dissuasione*. Cf. Non. v. pedato p. 64, 19. *Camerni*] *Camerini* corr. Urs., ut vg. 28. *maiŏr*] Urs. *maiore*, cum lineola per *e* ducta, cod. 29. 30. *Cato . . . sacrilegio comm.*] Meyer. p. 30. Lion. p. 59. Aliis eadem oratio de *sacrificio comm.* dicitur. 31. *dium*] *deum* corr. A. Aug. in mg. Illud frustra defendit Fruter. Verisim. I, 16. (Gruteri Lamp. II. p. 831.). 33. *quod ego non sensi*] cf. Etrusc. rer. III, 6, 3. T. II. p. 134.

ANNOT. PAULI. 2. *est*] om. M. 8. *firmare solebant*] codd. Lind. *firmari solebat* vg. 9. *illa*] ed. vet. vg. *illi* Lind., nescio unde. 11. *Portic.*] codd. *Portisculus* vg. 14. *unum quid*] boni codd. Lind. *unum quodque* vg., ubi Festus et Paulus non distinguuntur.

ANN. FESTI ad Qu. XII, 5, 1. *is*] *id* corr. Dac. 3. *Cato adversus M' Acil.*] v. Meyer. Oratt. fragm. p. 25. Lion. Caton. p. 65. 4. *nativitas*] *nauitas* corr. A. Aug. in mg. Urs. 5. *fici sedarum*] *ficedularum* A. Aug. in mg. *feci, sed cibum* corr. Urs. *feci sed aurum* probabiliter Dac., i. e. stipendium quod restabat. Fortasse nota v. *argentum* in antiquiore cod. fuerat. *fiscellarum* voluit Popma, inepte. A. Aug. suspicabatur, a Catone non *penatores*, sed *venatores* scriptum fuisse. 5. 6. *Pilates*] *Pellates* fuisse i. e. *Φελλάτης*, commode coni. Leutsch. in Zenob. Prov. V, 13. p. 121. Paulus tamen iam invenerat *Pilates*. 6. *M.*] scribe *m.* i. e. *meminit*, ut est in vg. *Cato originum L. V.*] Krause fragm. hist. p. 116. Lion. Caton. p. 27. 7. *pelastes*] *pilates* vg. et Paulus. 8. *evocatis dis*] cf. Plin. N. H. XXVIII, 2. Macrob. Sat. III, 5. Serv. in Virgil. Aen. II, 351. 9. *conata*] cod. *conara* Urs. *coacta* corr. A. Aug. in mg. Urs. *conlata* coni. Gothofr. 10. *Phrygia*] Urs. *phrydia* cod. 12. *quae*] cod. habere videtur. *quia* Urs. 13. *Peculatus*] cf. supra Paulus p. 21. v. aestimata poena, cum annot. 17. *bovum*] *boum* vg.: meliori forma. Ita et v. 22. *ea lege*] *eam legem* corr. A. Aug. in mg. Urs. 17. 18. *T. Menenius . . . P. Sestius*] coss. a. u. c. 301., duobus annis post Sp. Tarpeium et A. Aternium. Itaque Festus docet, prius Tarpeia lege aestimationem bovis ovisque factam, ac deinde a Menenio et Sestio gravissimam illam multam constitutam esse. Sed erraasse videtur. V. Niebuhr. H. R. T. II. p. 341. 22. *decimam*] cod. *decima* Urs. De hoc Herculis sacrificio Macrob. Sat. I, 12. III, 6. Serv. in Virgil. Aen. VIII, 271. aliique multi. 24. *profanasset*] Urs. *profanas sed* cod. De profanationis ritu v. Qu. XI, 3. p. 35, 30. 26. *Ap. Claud. Censorem*] a. u. c. 441. Cf. de ea re Liv. IX, 29. Macrob. III, 6. 27. *dedit, ut*] Urs. *deditur* cod. 29. *ex familia*] *familiae* corr. A. Aug. in mg. *eae familiae* corr. Scal. Urs. At Festus familiam pro gente dixisse videtur. V. Paulus p. 65. v. familia. 29. 30. *duodecim . . . XXX*] Livius XXX tum fuisse puberes Potitios in XII familiis narrat eosque intra annum periisse. Eosdem numeros habet Festus, sed aliter dispositos, qua in re sibi constat. V. Qu. XI, 2. p. 34, 26. *intererant*] *interierunt* vg. et sic corr. Urs. 31. *postea*] Urs. *pestea* cod. 32. *Plebeiae Pudicitiae*] cf. Liv. X, 23. 32. 33. *sacellum*] Urs. *saccellum* cod. 34. *convivio*] *convicio* coni. Urs. *connubio* Gothofr.

Qu. XII, 6, 1-6. Urs. nihil nisi haec verba suppl.: *n-am patricia plebeio homini L. Volumnio con-sul-i nupserat*. 3. *qui-nterdicerent*] scribe: *que interdicerent*. 7-18. Reddidi Urs. supplementa, quanquam neque plena neque certa. 15. *at*] cod. ut videtur. *ae* Urs. 17. *propibus*] *praedibus* coni. Urs. 18. *Primi-genius*] cf. Varro de L. L. V. §. 143. Festus infra Qu. XIV, 8. p. 112, 6. v. sulci. 20. *exe*] cod. vg. *ex* tantum e cod. exhibet Urs., cuius additamenta dedi in Suppl. Ann. 21. *utrimque*] cod. *utrinque* Urs. 22. *ip*] cod. vg. Urs. tantum *i* e cod. et *pse* e suppl. ponit. 25. *ali*] cod. *alii* Urs. 27. *publicos lud-os*] videntur haec dicta de magistris vicorum, qui cum ludos edebant, praetexta utebantur: quod Scal. demonstravit advocatis Cic. in Pis. 4. cum Asconio p. 9. ed. Baiter. et Livio XXXIII, 7. Cf. infra Qu. XIV, 27. p. 131, 30. v. Sardi. Caeterum Scal. et Urs. supplementa, a quibus aliquatenus discessi, v. in Suppl. Ann. 31. *sacra*] *sacrorum* corr. Urs. 32. *emit*] *item* corr. Urs. 34. *inprobaretur*] cod. *improbaretur* Urs.

ANNOT. PAULI. 7. *Pilates*] Hoc v. transtulit Paulus a superiore eiusdem paginae loco.

dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ne is† quidem mihi vitium facit. ||Penatores qui penus gestant. Cato adversus M' Acilium quarta: "postquam nativitas†, ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores fici sedarum† dedi." ||Pilates† lapidis genus, cuius M.† Cato originum L.V.: "lapis candidior quam pelastes." ||Peregrina sacra appellantur, quae aut evocatis dis in oppugnandis urbibus Romam sunt conata†, aut quae ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnae, ex Graecia Cereris, Epidauro Aesculapi: quae coluntur eorum more, a quibus sunt accepta. ||Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et XXX bovum. ea lege† sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus cos. quae pecudes, postquam aere signato uti coepit P. R., Tarpeia lege cautum est, ut bos centusibus, ovis decusibus aestimaretur. ||Potitium et Pinarium Hercules, cum ad aram, quae hodieque maxima appellatur, decimam bovum, quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam, profanasset, genus sacrifici edocuit. quae familia et posteri eius non defuerunt decumantibus usque ad Ap. Claudium Censorem, qui quinquaginta millia aeris gravis his dedit, ut servos publicos edocerent ritum sacrificandi: quo facto Potiti, cum essent ex familia numero duodecim, omnes intererant† intra diem XXX. Pinarius quod non adfuit sacrificio, postea cautum est, ne quis Pinariorum ex eo sacrificio vesceretur. ||Plebeiae Pudicitiae sacellum in vico Longo est, quod, cum Verginia patrici generis foemina, convivio† facto inter patres et plebem, n-*upsisset prima plebeio L. Volumnio consul-i, eique ab aede Patriciae Pudicitiae sacris*qui-*nterdicerent*† *patriciae matronae, conditum est, ut scribit . . . . quo plebeiae matronae, quae uni viro nup*sere *et spectatae pudicitiae essent, sacrificandi in* eo iu-*s haberent, eodem ritu, quo patriciae sacrificant.* ||Porto-*rium dictum est vectigal id, quod solvitur* porti-*toribus, qui conduxerint . . . . . dimi*diato . . . . . .
in ve-*ctigalibus autem portoria fruenda locan*tur dua-*bus* . . . . . .
liusque . . . . . *et Ti.*
Corun-*canius Ti. f. censores* . . . . . .
intra *temporis certum spatium* . . . . . .
quid at- . . . . . *censoria ma*iestate sp-*reta* . . . . . .
dam propibus et . . . . . .
sint. ||Primi-*genius sulcus dicitur, qui in nova urbe* condenda ta-*uro et vacca designatur, ut haec copulatio* iumenti velut exe-*mplum coniugii sit* . . . . .
utrimque media p. . . . . .
lari iudicio qui et ip-*se* . . . . ||*Parilibus ur*bem condidit Rom-*ulus, quem diem festum praecipue* habebant iunio-*res.* ||*Praetexta pulla nulli* ali licebat uti, *quam ei, qui funus faciebat, si idem* ius magistratus h-*abebat vel in publico* loco publicos lud-*os edebat. Hic enim eodem iure* utitur, et scribam ha-*bet, sicut magistratus, propter eos,* quos facit, ludos . . . . . *Consu*libus et Praetoribus vota *nuncupantibus propter igno*rantiam sacra† novorum . . . . *praetexta da*tum est uti, emit† votum *solventibus* . . . . .
quod item Valerius vica-*nus* . . . . . .
ra ex senatu, inprobar-*etur.* ||*Pilae effigies viriles*

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 5, 1. *id.* 4. *navitas.* 5. *feci, sed aurum.* 5. 6. *Pellates?* 6. *meminit.* 9. *coacta.* 17. *eam legem.* 29. 30. *interierunt.* 34. *connubio.* Qu. XII, 6, 3. *que interdicerent.* 31. *sacrorum.* 32. *item.*

et muliebres ex lana Compitalibus in compitis *suspenduntur, quod hunc diem festum esse* deorum *inferorum putant, eorum quos voca*-nt La*res, quibus tot pilae suspenduntur,* quot *capita sunt servorum, tot effigies, quot su*-nt li*beri homines in familia, coll*-ocantur, *ut vivis parcant pilis et simulacris con*-tenti. ||*Primigeniae Fortunae aedem vovit P. Sem*-ipio *nius*† *in proelio cum Hannibale, quod ad* Fortu*nam gentis suae originem referebat, ut Ven*-eris *aedem C. Iulius Caesar extruxit eamque G*-enit*ricem dixit. Sed ea aedis non antequam* aemu*lam illam Romani imperii Carthaginensem* urbem *devicissent, extructa et dedicata est, decem* annis *post a Q. Marcio Ralla duumviro,* quum Pu*nico bello finito Sempronius quam damnatus vo*-ti debebat *aedem extruendam locasset.* ||Pueri, im*puberes tantum sunt, itaque ab*-utitur Atta *eo nomine* . . . . . versibus docet. . . . . ||*Pueri aeneu*-m signum ad salinas *positum est* . . . . . *quod* signum allatum *est* . . . . . quod sunt cona*ti multi imitando exprime*-re, nemo umquam *potuit.* . . . . . propter ipsum signum . . . . . s sub signo abierunt . . . . . dunt, simul ut . . . . . ti erexerunt ad qui . . . . . es. ||Plena sue Tellu*ri sacrificabatur, quod pecudis* id genus cum seretur† *satis inimicum, quia rostro sem*-en fodiendo corrum*peret.* ||*Plotos appellant* Umbri, pedibus planis *natos. hinc soleas dimidiatas, qui*-bus utuntur in venando *quo planius pedem ponant, vo*-cant semiplotia et . . . . . *unde et Acci*-us poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici. ||Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia: "Post mediam aetatem qui mediam ducit uxorem domum, si eam senex anum praegnantem fortuito fecerit, quid dubitas, quin sit paratum his nomen pueris Postumi?" ||Porcas, quae inter duci † sulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant † frumentum. ||Parmulis pugnare milites soliti sunt. quarum usum sustulit C. Marius datis in vicem earum Bruttianis. ||Porcam auream et argenteam dici ait Capito Ateius, quae et si numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere; alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali. ||Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus. ||Propudi ait† porcus dictus est, ut ait Capito Ateius, qui in sacrificio gentis Claudiae velut piamentum et exsolutio omnis contractae religionis est. ||"Parum cavisse videri" pronuntiat magistratus, cum de consilii sententia capitis quem condempnaturus est. ||Piscatorii ludi vocantur qui quodannis † mense Iunio trans Tiberim fieri solent a PR. Urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quaestus non in Macellum pervenit, sed fere in aream Volcani, quod id genus pisciculorum vivorum datur ei Deo pro animis humanis. ||Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. M. Publici Malteoli † Aediles Cur. pecuaris condemnatis ex pecunia, quam coeperat †, munierunt, ut in Aventinum vehiculi, Vel venire † possit. ||Praedia † rursus Verrius vocari ait ea remedia, quae data † Caecilia uxor Tarquini Prisci invenisse ex

EMEND. LECT. Qu. XII, 7, 8. 9. *Sempronius.* 29. *censeretur.* Qu. XII, 8, 8. *duos. porriciant?* 17. *Propudianus.* 23. *quotannis.* 29. *Mallcoli.* 31. *ceperant.* 32. *vehiculis Velia veniri. Praebia.* 33. *Gaia.*

Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse (128) deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita servorum; tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, et essent his pilis et simulacris contenti.

Ploti appellantur, qui sunt planis pedibus. Unde et poeta Accius, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planicie initio **Plotus**, postea **Plautus** est dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem 5 ponerent, **semiplotia** appellantur.

Porcas, quae in agris fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 7, 1. De his laneis simulacris v. Paulus p. 91. v. laneae cum annot. Urs. additamenta, a quibus aliquantum discessi, v. in Suppl. Ann. 3. *ut*] cod. om. Urs. 8. *Primigeniae Fortunae*] Quae supplevi, sumpsi ex Livio XXIX, 36. et XXXIV, 53. Ursini coniecturas, historiae fide, quantum video, destitutas, remisi in Suppl. Ann. *ipio*] hic statui prius *i* fuisse extremum ductum literae *m*, alterum *i* autem *r*. 16. *ti*] *to* Urs., sed in cod. est vel *ti* vel *n*. 17. *im*] cod. *in* Urs., cuius additamenta a meis diversa v. in Suppl. Ann. 18. *utitur*] Urs. *utur* in cod. esse videtur. *Atta*] Quinctius Atta, de quo togatarum scriptore v. Paulus p. 11. v. Atta, et Weichert Poet. Latinorum . . reliquiae p. 345. 20. *m*] in cod. superest, ut videtur: om. Urs. Etiam de hoc aeneo signo Urs., Scal. secutus, minus probabilia finxisse mihi videbatur. A v. 24. inde Festus de **prosignanis** aliave militari appellatione dixisse videtur. 24. *propter*] (*ppter* cum lineola super altero *p*) cod. *pter* Urs. *praeter* vg. 25. *s*] cod. om. Urs. 26. *dunt*] cod. *unt* Urs. 27. *erexerunt*] cod. *erexere* Urs. 28. *es*] cod. ut videtur: om. Urs. *Plena sue*] similia Ovid. F. I, 672. IV, 633. Serv. in Virgil. G. II, 380. 29. *cum seretur*] *censeretur* Urs., cuius supplem. reddidi. 31. *Plotos*] cf. Qu. XI, 31. p. 39, 3. v. Plauti. In Urs. supplemento paucula quaedam immutavi.

Qu. XII, 8, 1. *planitie*] cod. *planicie* Urs. 3. 4. *Plautus in Aulul.*] II, 1, 41. 5. *senex anum*] Urs. *sine xanum* cod. 7. *Postumi*] Urs. *Postumae* cod. 8. *duci*] *duos* vg., ut corr. Urs. *Varro*] de R. R. I, 29., qui de eadem re aliter de L. L. V. §. 39. cf. Non. p. 61, 19. *porrigant*] fortasse scribendum *porriciant*. Certe in Varrone de R. R. l. l. sensus voc. porricere requirit. Paulus tamen *porrigant* legit. 11. *Bruttianis*] cf. Paulus p. 26. v. Brutianae. 11. 12. *Porcam auream*] haec igitur, sicut alibi boves ex farina facti, pro vera porca in sacrificio apponebatur. 13. *quae*] facile est corrigere *quas*: sed *quae* non damnaverim. 14. *alteram* . . . *alteram*] Urs. *alterum* utroque loco cod. 16. *Pulcher bos*] cf. cum hoc *βοῦν ἡγεμόνα* atque *ἥρωα* Delphici sacrificii. Xenoph. Hell. VI, 4, 29. Corp. Inscr. Graec. 1688, 32. cum annot. Boeckhii T. I. p. 811. Praef. p. VIII. ann. 2. 17. *Propudi ait*] *Propudianus* vg. et sic corr. Urs., recte puto, quanquam id voc. nullo alio loco extat. 18. 19. *gentis Claudiae*] de huius sacris cf. Macrob. Sat. I, 12. et Fest. Qu. XV, 18. p. 150, 6. v. Saturno. 19. *piamentum*] Urs. *plamentum* cod. 20. *Parum cavisse*] *Patravisse* corr. A. Aug. in mg. et Urs. Sed iam Scal. illud ex singulari antiquorum modestia verborumque religione explicuit, et Cuiac. Observv. III, 26. T. IV. p. 64 e. iuris id esse verbum observavit. Accedit nunc Fronto de fer. Als. 3. T. I. p. 187. ed. Francof.: *Si quempiam condemnas, parum cavisse videri, ais.* 21. 22. *consilii*] Urs. *consiliis* cod. 22. *condempnaturus*] cod. Urs. sine *p*. 23. *quodannis*] *quotannis* corr. Urs. De iisdem ludis Festus supra Qu. X, 28, 33. 26. 27. *Vol-cani*] Urs. *Vol-lcani* cod. 28. *pro animis humanis*] alii Iovem Elicium narrant maenarum animis pro humanis placatum esse. V. Ovid. F. III, 342. Plutarch. Num. 15. Arnob. adv. gent. V, 1. *Publicius clivus*] v. Varro de L. L. V. §. 158. ac maxime Ovid. F. V, 279. sqq. Cf. Liv. X, 23. 47. cum interpp. 29. *Malteoli*] *Malleoli* vg. et sic corr. Urs. Notus est M. Poblicius Malleolus cos. a. 521. 30. *pecuaris*] *pe uaris* (lineola ducta per *e*) cod. *pecuariis* Urs. 31. *coeperat*] *ceperant* corr. Urs., ut vg. 32. *vehiculi*] *vehiculis* corr. Urs. *vehicula* Scal. *Vel*] Urs., qui corr. *Velia*, ut vg. legitur. *Nel* in cod. esse refert A. Aug. in mg., *hel* Arndts. *venire*] *veniri* corr. Scal. *possit*] *possint* corr. A. Aug. in mg. *Praedia*] *Praebia* vel *Proebia* coni. A. Aug. in mg. Illud praefert Urs. *proebra* coni. Scal. Coniect. in Varr. p. 82, 33. (161.). Sed cf. Varro de L. L. VII. §. 107. et Fest. Qu. XII, 3. p. 43, 7. *rursus*] v. Praef. II, 2. 33. *data*] *Caia* corr. A. Aug. in mg., rectius *Gaia* Urs., ut scriptum est apud Paulum p. 71. v. Gaia, p. 123. v. praenom.

ANN. PAULI. 7. *in agris*] haec verba addidit Paulus, Festus non habet; quod aliorum locorum caussa annotavi.

Punici dicuntur, non Poeni, quamvis a Phoenice sint oriundi.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 9, 1. *istimatur*] Urs. *istimantur* cod. *on*] Urs. *on'* cod. *onus* vg. *zonae* corr. A. Aug. in mg. Urs. 2. *sanctus*] Urs. *scs* supraducta lineola cod. *Sancti* corr. A. Aug. in mg. Urs. Praefero *Sanci*. 4. *praedia*] *praebia* vel *proebia* corr. A. Aug. in mg. Urs. 4. 5. *Priscae lat. col.*] cf. Liv. I, 3. 5. 6. *novis*] Urs. *nobis* cod. 6. *dabantur*] *deducebantur* corr. Merula (apud Dac.), sed non opus esse videtur. 7. *his*] *is* corr. Urs. *provincia*] *provinciam* vg., recte. 9. *Albanus*] *Albanos* corr. A. Aug. in mg. Urs. 11. *ad poectum*] *P. Decium* corr. Urs., ut vg. *cos*] cod. *eos* Urs., fortasse ex errore typographi. 12. *capud octentinae*] Urs. *capudo etentinae* e cod. notatum habeo. *caput Ferentinae* corr., praeeunte A. Aug., Urs. Cf. Liv. I, 50-52. Niebuhr. H. R. T. II. p. 36. Westphal.: *Die Römische Kampagne* p. 33. 14. *impr̄s*] Urs. e cod., quod *imperatores*, ut vg., legendum est, non *imprimis*, ut legit Lind. 15. 16. *iussu nom. Lat.*] intellige sic: in bello totius Latii. 17. *auspicis*] cod. *auspiciis* Urs. 19. *illum . . . addixerant*] haec ab Urs. parentheseos signis includuntur, in cod., puto, non inventis. Nam haec verba eum significant, qui salutabatur. Nimirum miles a communi Latio missus, nomine foederis, Romanum, quem aves addixere, ad portam salutat Praetorem. Niebuhrius H. R. T. II. p. 45. in eo mihi errare videtur, quod auspicia in Capitolio a legatis Latinarum civitatium observata esse scribit. 21. *Patricios*] cf. Niebuhr. H. R. T. I. p. 342. (366.). 23. *Possessiones*] cf. Niebuhr. H. R. T. II. p. 162. n. 300. Huschk. de Varron. de Liciniis loco etc. p. 75 sqq. 24. *quia*] *qui* corr. Urs. *usu*] cf. Festus supra v. possessio Qu. XII, 1. p. 41, 2. 25. *quisquam*] *quisque* vg., recte. 25. 26. *collidebat*] *colebat* corr. A. Aug. in mg. *possidebat* coni. Urs. *colebantur* Niebuhr. A partibus Urs. stare Isidorum Origg. XV, 13, 3., qui Festi definitionem iisdem fere verbis reddit, observavit Huschk. l. l. 26. *Potestur*] Nota exempla huius passivi e Plauto, Lucretio aliisque antiquis poetis et scriptoribus apud Non. p. 508, 17. 25. 28. Sed Virgilii versus, Aen. VIII, 402., ex eorum numero sine dubitatione eximendus est. 26. 27. *Scipio . . . de imp. D. Bruti*] Meyer. Oratt. fragm. p. 104. 27. *C. Gracchus*] Meyer. p. 120. 28. *nous est*] cod. *vocis* Urs., sed idem in mg. corr. *usus est*, ut vg. legitur, vel scribendum esse coniicit: *in ea quae est cum . . conciliabula*] Urs. *concillabula* cod. 29. *Probrum v. V.*] cf. Festus v. scelerates campus Qu. XV, 6. p. 142, 22. Dirksen *Versuche* p. 282. 31. *multis*] Urs. *multi* cod. *alis*] cod. *aliis* Urs. 32. 33. *M. Cato . . de Augur.*] Meyer. p. 77. Lion. Caton. p. 69. 34. 1. *exaugurat-*] *exauctorat-* vg., male.

Qu. XII, 10, 1-6. Urs. additamenta, quae admitti non poteran, quaere in Suppl. Ann. Item v. 15. 16. 5 *ſuper*] cod. i. e. sup̄. *sunt* Urs. 18. 19. *Veneficos*] In his supplendis Urs. secutus sum. Quod is autem omnia a v. 4. usque ad 20. de privilegio dicta existimat: ego non assentior, qui potius titulum de poena capitali praefigendum putaverim. 21. *Poeni*] ita etiam Paulus, sed recte tamen *Poenici* corr. Scal., cuius supplementa ab Urs. expressa usque ad v. 23. reddidi, inferius plane deserui. V. Suppl. Ann. 23. *in u abierunt*] antiquiores Romanos dixisse CLASEIS POENICAS, ut est in Duilia columna, *pavimenta Poenica*, ut habet Cato apud Festum Qu. XII, 12. p. 52, 16., Verrius negare non potuit. 24. *Ennius in P-hoenice*] supplevi. Quodsi comoediae aptius videatur illud voc., in promptu sunt Ennii Pancratiastae. 27. *gos*] cod. Urs. hoc *gos* in superiorem v. reiecit. 31. *haec lapis*] v. Ennius ap. Non. p. 211, 8. 31. 32. *Participia*] cf. Varro de L. L. VIII. §. 58. IX. §. 110. 33. *nem*] cod. *dinem* Urs.

ANNOT. PAULI. 1. *Poeni*] corrigendum *Poenici*: sed apparet hoc vitium iam in eo codice Festi fuisse, quo Paulus Diaconus usus est.

ANNOT. FESTI ad Qu. XII, 11, 1. 2. *Portunus*] sic Paulus. *Portumnus* Urs. Alia Paulus p. 43. v. claudere. 3. 4. *Poenas pend.*] cf. Paulus p. 116. v. pendere. 7. *a palp. pullis*] ita Turnebus Adv. III, 11. Glossar. Labb.: *Pullarius*, παιδεραστής. 8. 9. *Pert. dolium*] Plauti in Pseud. v. I, 3, 134. sic a Festo explicatum esse, non credo. 9. *dr̄*] i. e. *dicitur*. 11. *L.*] cod. om. Urs. 12. *mu*] hae literae sunt in cod., ab Urs. non notatae. 14. 15. *Petreia*] similia affert Paulus v. citeria p. 46., et v. manducus p. 96. 16. *ab*] Urs., in cod. nunc non agnoscitur. 17. *vepraecilli*] in cod. una vox est. Urs. haec supplet: *Procilli si-ve praecilli*; sed neutrum vocabulum aliunde cognitum habemus. Facilius sumpserim fuisse: *hinc coronata crat-vepreculis*. *C.*] id cum inter duo puncta (·*C*·) in cod. scriptum sit, supplem. Urs.: *C-ato dixit in*, admitti nequit. *C. Gracchus* eo confidentius scripsi, quod etiam in literis O et R excerpta quaedam e C. Graccho Catonianas glossas praecedunt. V. Praef. II, 2. 22. *Cato*] Meyer. Oratt. fragm. p. 86. Lion. Cat. p. 81. 24. *Papisios*] haec defendi in Suppl. Ann. 25. *ar-boses*] *bo*, quod Urs. tanquam e coni. addidit, in cod. est. Cf. Paulus p. 13. v. arbosem. cum annot. *dicebant*] Post h. v. in cod. plene interpungitur. Urs. orationem continuat. 26. *properie*] fortasse fuit *propediem*. 27. *in orat.*] Urs. *ioratione* cum lineola supra e legitur in cod. 29. *cienter Cato*] cod. vg. Urs. tantum literas *enter* codici tribuit. 30. *de musta agna: ali*] addidi. Orationem illam intelligi vidit Meyer. p. 86. *alis*] cod., non *pascalis*, quod Urs. dedit. *calis* vg. De eo pecore cf. Paulus p. 122. v. passales. 31. *s*] ut videtur cod. *am* Urs. 32. *cio*] cod. vg. *pretio* Urs. tanquam e cod. 33.

istimatur, et immiscuisse on† suae, qua praecincta statua eius est in aede sanctus†, qui deus dius fidius vocatur, ex qua zona periclitantes ramenta sumunt, ea vocari ait praedia, quod mala prohibeant. || Priscae latinae coloniae appellatae sunt, ut distinguerent a novis, quae postea a populo dabantur. || Praetor ad portam nunc salutatur his† qui in provincia† Propraetore aut Pro consule exit: cuius rei morem ait fuisse Cincius in libro de Consulum potestate talem: "Albanus† rerum potitos usque ad Tullum regem: Alba deinde diruta usque ad poectum† Murem cos. populos latinos ad capud octentinae†, quod est sub monte Albano, consulere solitos, et imperium communi consilio administrare. itaque quo anno Romanos imprs† ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini, complures nostros in Capitolio a sole oriente auspicis operam dare solitos. ubi aves addixissent, militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum quem aves addixerant, Praetorem salutare solitum, qui eam provinciam optineret Praetoris nomine." || Patricios, Cincius ait in libro de comitiis, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocentur. || Possessiones appellantur agri late patentes publici privatique, quia† non mancipatione, sed usu tenebantur, et ut quisquam† occupaverat, collidebat†. || Potestur, Scipio Africanus in ea, quae est de imperio D. Bruti. et, poteratur, C. Gracchus in ea qua uous† est cum circum conciliabula iret. || Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir, qui eam incestavisset, verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis alis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione, quae de Auguribus inscribitur. adicit quoque virgines Vestales sacerdotio exaugu-

rat-*as primum, deinde* . . . . . .
cra . . . . . .
ex . . . . . .
ta . . . . . .
5 super . . . . . .
scri . . . . . .
viri . . . . . .
cons. . . . . .
in eo . . . . . .
10 licto-*res* . . . . . *ex-*
istim-*at* . . . . . .
cons-*ul* . . . . . .
os aut, ...
nemo . . . . . .
15 dicant . . . . . .
trib. XXX-*V. Cicero: "Quo exemplo legem nominatim* de capite ci-*vis indemnati tulisti. Vetant leges sacratae,* vetant XII *tabulae, leges privis hominibus irrogari." Ve*neficos quinq-*ue et XXX tribus omnino non condem*-
20 nant, quia ipsi in-*dicta causa occiduntur.* || *Punici dicun*tur non Poeni†, quamvis . . . . . *a Phoenice ori*antur, et Punicum bel-*lum, non Poenicum, q̃q̃ Poeni appel*lantur: nam quae sole-*bant per oe dici, in u abiere.* || *Philo*logam Ennius in P-*hoenice: sed hoc factum est culpa li*-
25 brariorum qui ea quae fe-*minini sunt, dici nolebant mascu*lino. etiam ipsi Gra-*eci ita locuti sunt, qui mulieres philolo*gos, philargyros *dixerunt. Sed feminam videns libra*rius appellari, mut-*avit formam vocabuli, quod ea* vox explanata non *recte habebatur* . . . . . .
30 nomina etiam in vi . . . . . .
dicimus tam hic lapis q-*uam haec lapis.* || *Parti*cipia appellantur, quae *quoniam aliquam conditio*nem rerum significant, e *nomine casus, e verbo* tempora, personas recipi-*unt, itaque verbi et nominis*

EMEND. LECT. Qu. XII, 9, 1. *zonae.* 2. *Sanci.* 7. *is.* *provinciam.* 9. *Albanos.* 11. *P. Decium.* 12. *caput Ferentinae.* 14. lege: *imperatores.* 24. *qui.* 25. *quisque.* 25. 26. *possidebat.* 28. *usus.* Qu. XII, 10, 21. *Poenici.*

vim participant . . . . . || Portunus, *qui et Palaemon alio nomine dicitur, inter deos, qui mari praesunt, a Romanis colebatur.* || Poenas *pendere in eo proprie dicitur, qui* ob *delictum pecuniam solvit, quia penso aere uteba*-ntur. || *Pullariam manum dextram dixisse videtur* Plautus . . . . . *a palpandis pullis.* || Procedere *dicebant pro succedere, et pro porro cedere.* || Pertusum *dolium cum dicitur, ventrem significat.* || *P*-es dr̄† . . . . . *pe*-de ruit . . . . . *Ennius* L. I. Annalium . . . . . m u || *Pollit pila ludit* . . . . . dixit . . . . . || Petreia *vocabatur, quae pompam praecedens in colon*-is aut *municipis imitabatur anum ebriam, ab* agri vitio, *scilicet petris appellata* . . . . vepraecilli †. C. *Gracchus* . . . . . *con*-vertar ad illam . . . . . impudentior . . . . . ntur legationes . . . . . *po*-test. || Pelliculationem *Cato a pellicien*-do, quod est inducendo, *dixit in ea oration*-e, quam scribsit de . . . . . || *Papisio*-s, Cato saepe dicit, ut *antiqui s. etiam in robose et ar*-boses, loco r. dicebant. . . . . properie mari opus est." || *Praemiosam pro pecuniosa Cato* in oratione quam scribsit . . . . . impudentiam praemiosam." || *Pascuales oves pascales ins*-cienter Cato dixit in ea *quam scripsit de musta agna: "ali pasc*-alis ovis vetuit." *Idem pellitas oves Tarentin*-as appellat in ea oratione, *quae est* . . . . . : *co pre*-cio Tarenti, plus C. *HS., emit pellitam ovem, q*-uam ignaro † Tarentino *qd pascatur, nominant.* || "*Peri*-culatus sum", Cato ait in ea oratione, quam scribsit ad litis Censorias. || Parsi non peperci, ait Cato in eadem oratione: "Scio fortunas secundas neglegentiam prendere solere: quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi." || Praedonulos Cato hypocoristicos dixit in epistular. "quia saepe utiles videtur praedonuli." || Praecem singulariter idem in ea, quae est de coniuratione. || "Pulchralibus atque cupidus†" idem in ea, quae est de fundo oleario. || Punctatoriolas levis pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Histriae militari. || Proaedificatum dicitur, quod ex privato loco processit in publicū solum. || Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum fuisse ait Cato in ea, qua legem Orchiam dissuadet. || Prodidisse non solum in illis dr̄, qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam tempus longius fecisse. ut Cato: "Te, C. Caecili, diem prodisse† militibus legionis III, cum proditionem non haberent." || Pavimenta Poenica marmore Numidico constrata significat Cato, cum ait in ea, quam habuit, ne quis Cos. bis fieret: "dicere possum, quibus villae atque aedes aedificatae, atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pavimentis Poenicis stent." || "Prolato aere astitit", Ennius Achillae in † Aristarchi cum ait, significat clypeo ante se protento. || Poenitam † offam Naevius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui autem offam vocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem. || Privatae feriae vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis †, denecales. || Pronubae adhibentur nuptis, quae semel nupserunt, ut matrimonia paupertatem † auspicantes. || Pudicitiae signum in foro Bovario est, ubi familiana aedisset † Herculis. eam quidam Fortunae esse existimant. Item via Latina ad miliarium illi † Fortunae Muliebris, nefas

EMEND. LECT. Qu. XII, 11, 9. dr̄] i. e. *dicitur.* 17. *vepreculis.* 33. *in agro.* Qu. XII, 12, 8. *cupidiis.* 16. *prodidisse.* 23. *in Achille.* 24. 25. *Penitam.* 28. 29. *operationes.* 30. 31. *matrimonii perpetuitatem.* 32. *Aemiliana aedis est.* 34. *IIII.*

Portunus, qui et **Palaemon**, a Romanis inter deos colebatur.
Poenas pendere in eo proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso aere utebantur.
Pullariam Plautus dixit manum dextram. **Procedere** dicebant interdum pro succedere, interdum pro porro cedere.
Pertusum dolium quum dicitur, ventrem significat. **Pollit** pila ludit. **Pelliculationem** Cato a pelliciendo dixit.
Praemiosa pecuniosa. **Pascales** oves Cato posuit pro pascuales. **Petreia** vocabatur, quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata. 5
Periculatus sum Cato est usus in dicendo. **Parsi** idem Cato dixit pro peperci. **Praedonulos** ὑποκοριστικῶς id est diminutive idem Cato posuit pro praedonibus. **Precem** singulariter. **Pulchralibus** pro pulchris.
Punctariolas leves pugnas identidem ipse dixit. **Proaedificatum** dicitur, quod ex privato loco processit in publicum solum. **Prodidisse tempus** longius fecisse. 10
Pavimenta Poenica, hoc est marmore Numidico strata. **Prolato aere** apud Ennium significat scuto ante se protento. **Privatae** vocabantur feriae sacrorum propriorum, velut dies natales. (129)
Pudicitiae signum Romae colebatur, quod nefas erat attingi, nisi ab ea, quae semel nupsisset.

uam] cod. vg. Urs. *qu-am*, ut *am* tantum e cod. exhiberet. *ignaro*] *in agro* corr. Scal. Urs. *Tarentino*] Urs. *Terentino* cod. (in litura, affirmat Urs.) manifesto errore: quanquam A. Aug. de ludis in Terentino agro celebratis agi putaverat. Sed Scal. intellexit, oves pascales opponi pellitis, sive tectis, quae in Tarentino agro pascebantur. Urs. supplem. pauculis aucta reddidi, non quod ea certa putarem, sed ut statim intelligatur, de qua re Cato dixerit. Cf. Columella VII, 4. 34. *culatus*] cod. *ulatus* vg. Urs. etiam literas *Peri* cod. tribuit.

Qu. XII, 12, 1. *scribsit*] cod. *scripsit* Urs. Meyer. p. 36. Lion. p. 77. *litis*] *notas* coni. Urs. 5. *Praedonulos*] *Praedonculos* Scal. postulat propter analogiam, cui obsequerer, si populus, non Cato, hanc vocem finxisset. 6. *Praecem*] *Precem* vg. et sic corr. Urs. Terentium, Horatium, alios singulariter hoc voc. usos esse, Dac. admonet et luculentius docent lexica. 7. *de coniur.*] Meyer. p. 27. Lion. p. 77. 8. *cupidus*] *cupidiis* corr. Urs., ut vg. legitur. *cupediis* Dac. Illi formae patrocinatus sum in Suppl. Ann. 8. 9. *de fundo ol.*] Meyer. p. 41. Lion. p. 73. 10. *de re Histr.*] Meyer p. 78. Lion. p. 71. Quod Dac. scribit, in Ms. esse *punctariolas*, id pertinet ad Paulum. 10. 11. *Proaedificatum*] v. Suppl. Ann. 14. *qua*] Urs. *quam* (*qua* cum lineola supraducta) cod. *Orchiam*] Urs. *Orciam* cod. Meyer. p. 43. Lion. p. 74. 14. *Prodidisse*] Prodere diem, Terent. Andr. II, 1, 13. aliique. 16. *Cato*] Meyer. p. 70. 87. Lion. p. 80. *C. Caecili*] *M. Coeli* coni. Meyer. Non assentior. *prodisse*] *prodidisse* corr. Urs. cum aliis. 17. *haberent*] *haberes* corr. Scal., vereor ne minus recte, nam etiam milites, quibus longior vacatio non concessa est, dici possunt proditionem non habere. 19. *Cato*] Meyer. p. 55. Lion. p. 76. 21. *opere*] Urs. *ope* e cod. affertur. 23. *Achillae in*] *in Achille* corr. Scal. Urs. De Aristarchi Achille v. Scal. et maxime Plautus Pseud. Prol. 1. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 30. fr. 1. 24. 25. *Poenitam*] *Penitam* corr. Urs., ut est in vg. De offa penita intpp. laudarunt Plautum Mil. glor. III, 1, 164. et Arnob. adv. gent. VII, 24. 25. et cf. ipsum Festum Qu. XI, 32, 24. v. penem. Gloss. Labb.: *Penitus*, κερκώδης. 26. *offam*] cf. Qu. XII, 13, 33. v. puls, Qu. XIV, 2, 22. v. sonivium, cum Cicer. de divin. II, 35. 27. *Priv. feriae*] ferias proprias familiarum intelligit, ut verbis utar Macrob. Sat. I, 16. 28. 29. *operationis*] scribe *operationes*. Sic dicta esse sacrificia et convivia a privatis in privatis locis celebrata, significant poetae, Virgil. G. I, 339. Horat. C. III, 14, 6. Iuvenal. XII, 92. coll. Servio in Virg. Aen. III, 136. Nonio p. 523, 9. *Denecales* autem sive *denicales* per se ferias manium deorum significant. V. Cic. de legg. II, 22. 29. *nuptis*] cod. vg., sicut etiam Paulus. *nuptiis* Urs., quod ipsum *nuptis* significat. Virginibus legitime nubentibus univiram pronubam adhibitam esse, testatur Tertull. exhort. castit. 13. et imprimis Varro ap. Serv. in Virgil. Aen. IV, 166. p. 265. 30. *matr. paupert.*] *matrimonii perpetuitatem* corr. A. Aug. in mg. Urs. Sed Paulus, qui haec in pag. sequ. transtulit, *paupertatem* interpretari laborat. 32. *famil. aedisset*] *Aimiliana aedis est* (*aedis est* A. Aug. in mg.) coni. Scal. *Fulviana est aedes* Dac. Illud praetulerim, quanquam scriptores, qui non raro huius aedis mentionem iniiciunt (v. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 366.), cognomen non memorant. Comparat Scal. aedem Iovis Metellinam apud Fest. Qu. XVI, 5. p. 190, 10. v. Tarpeiae. 34. *illi*] *IIII* i. e. quartum corr. A. Aug. in mg. *Fortunae muliebris*] sacellum celebratissimum est. V. quos intpp. adduxerunt, Dion. Hal. VIII, 55. Val. Max. 1, 8. Plut. Coriol. 37. Serv. in Virg. Aen. IV, 19. Parietinas, quae huic aedi tribuuntur, memorat I. H. Westphal *Röm. Kampagne* p. 22.

ANNOT. PAULI. 1. *Portunus*] Gu. Lind. *Portus* M. *Portumnus* vg. 9. *Punctariolas*] boni codd. Lind. *Punctatoriolas* vg.

Patrimi et matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis, unus, qui facem praeferret ex spina alba, quia noctu nubebant, duo, qui nubentem tenebant. **Prima et secunda** diei hora causa ominis sponsis tribuebatur.

Pronubae adhibentur nuptis, quae semel nupserunt, causa auspicii ut singulare perseveret matrimonium.

Praetextatis nefas erat, obsceno verbo uti, ideoque **praetextatum** appellabant sermonem, qui nihil obscenitatis haberet.

5 **Palatualis flamen** ad sacrificandum ei deae constitutus erat, in cuius tutela esse Palatium putabant.

Puer, qui obscene ab aliquo amabatur, eius, a quo amatus esset, **pullus** dicebatur. Unde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta esset, **pullus Iovis** appellatus est.

Publica sacra, quae pro populo fiebant; **privata**, quae pro singulis hominibus familiisque, appellabant.

Prodit non solum in apertum exit significat, sed etiam porro it. **Portenta rerum** fieri dicuntur, quum

10 solida corpora raro se ostendunt, ut cometae, turbines, barathra, sereno coelo facta tonitrua.

Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id est terripuvium. **Puvire** enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere.

15 **Pedestria auspicia** nominabantur, quae dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo ceterisque animalibus quadrupedibus.

Piacularia auspicia appellabant, quae sacrificantibus tristia portendebant, quum aut hostia ab ara effugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset.

Pestifera auspicia esse dicebant, quum cor in extis, aut caput in iocinore non fuisset.

Praepetes aves dicuntur, quae se ante auspicantem ferunt. Nam **praepetere** dicebant pro anteire.

20 **Pecunia sacrificium** fieri dicebatur, quum fruges fructusque offerebantur, quia ex his rebus constat, quam nunc
(130) pecuniam dicimus.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 13, 1. *attingi*] cod. vg. *attigi* Urs. *Patrimi*] cf. Cramer. Opusc. p. 96. 3. *ex sp. alba*] de hac Varro de Vita P. R. II. et Masurius apud Plin. N. H. XVI, 18, 31. §. 75., et alia quae Dac. congessit. Cf. Paul. p. 66. v. facem. 5. *cum aur.*] cf. Festus Qu. IX, 2, 2. v. matronis. 8. *ducant*] *dicata* corr. Urs. *diei dicata* voluit Dac. Malo *dicantur* cum Huschkio. *ominis*] Urs. *hominis* cod. 9. *Praetextum*] *Praetextatum* corr. A. Aug. in mg. 11. *ali*] *alii* corr. Urs. 12. *clamentur*] scribe *acclamentur*. Fescennini versus, de quibus v. Paul. p. 64., ab his acclamationibus distinguendi sunt. 12. 13. *Palat. flamen*] de hoc v. Suppl. Ann. 14. *Portenta*] cf. Festus Qu. VIII, 23. v. monstra, cum annot. 17. *porro tendeatur*] *porro tendatur* Dac. et alii. Ac nescio, an illud apud Urs. non nisi ex errore typographi fluxerit, quoniam id vitium sine correctione transmittit, quanquam Arndtsii schedae nullam lectionis varietatem indicant. 18. 19. *monstra . . praecipiant*] cod. cum significatione lacunae, quae veram lectionem aperit: *ostendant; monstra, quae praecipiant*. Urs.: *ostendant monstra: praecipiant*. 19. *Postularia fulgura*] cf. Etrusc. rer. III, 7, 3. T. II. p. 170. et quae de postulionibus dicta sunt III, 1, 6. T. II. p. 10. 20. *ut*] *aut* corr. Urs., ut vg. 20. 21. *desid.*] *designant* vg. et sic corr. Urs. 22. *Perempt.*] de iisdem Festus supra Qu. X, 32, 22., ubi Gracchi definitionem plenius proponit quam hoc loco. 23. *ut*] v. supra ad X, 32, 24. annotata. *olunt*] *tollunt* corr. Urs., ut vg. 23. 24. *Pullus Iovis*] v. Suppl. Ann. 27. *Peregr. ager*] v. Varro de L. L. V. §. 33. 28. *hostilius*] cod. *hostilis* Urs. vg. Suspicor, *hosticus* legendum esse, ut apud Varronem. 28. 29. *Publ. sacra*] v. Suppl. Ann. 30. *curis*] cod. *curiis* Urs. *ad*] *at* corr. Urs. ut vg. 32. *Peremne*] cod. *Perenne* Urs., non recte, quanquam peremnis, ab amne, et perennis, ab anno, facile confundi poterant. Cf. de his auspiciis Festus Qu. IX, 5, 31. v. man. fons, et Qu. XII, 20, 12. v. Petronia. 33. *Puls*] cf. Festus Qu. XII, 12, 25. v. pen. offam, Qu. XIV, 2, 19. v. sonivium, et Qu. XIV, 4, 26. v. sollistimum.

Qu. XII, 14, 1-5. Urs. additamenta v. in Suppl. Ann. Discessi aliquantum ab illis, ut Pauli verba magis premerem et ut spatium reservarem explicationi v. *prodit*, quam Urs. plane neglexit. 2. *terripuv.*] *terripavium* a paviendo dicit Cic. de div. II, 34, 72.: sed Festus etiam puvire in simplici forma dixit. V. Paulus h. l. et v. obpuviat p. 113. Cf. tamen Festus Qu. XVI, 6. p. 191, 4. v. tripudium. 4. *offa*] ita de pulte etiam Plin. N. H. XVIII, 8, 19. §. 84. 5. *qui pa*] cod. Urs. om. *a*. 7. *rer*] cod. Urs. *re* e cod. 7. 8. Urs. supplem. nihil nisi Pauli verba reddit. 9. *Pedestria*] cf. Festus v. *quinque gen.* Qu. XII, 30, 26. 11. 12. *Proptervia*] servavi Urs. elegans inventum, quanquam ipsa vox *proptervia* teste caret, nisi quod apud Macr. Sat. II, 2. quidam: *proptervia fecisse*, scripserunt. 16. 17. *hostia . . . effugit*] cf. Serv. in Virg. Aen. II, 140. 18. *pa*] cod. Urs. tantum *p* e cod. refert. 20. *iocinere*] cod. recte puto. *iocinore* Urs. 20. *Pullarium*] Urs. supplementum reddidi, paululum immutatum. 22. *Praepetes*] cf. Festus Qu. X, 21, 26. v. praepetes. 25. 26. *fructumque*] *fructuumque* corr. Urs. 28. *Procurat.*] Urs. opinata, quae repudiavi, v. in Suppl. Ann. 31-34. Urs. supplementa nimis licenter inventa quaere ibidem. 34. Ante

est attingi, nisi ab ea, quae semel nupsit. || Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt; unus, qui facem praefert ex spina alba, quia noctu nubebant; duo, qui tenent nubentem. || Pilentis et carpentis per urbem vehi matronis concessum est, quod cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. || Prima aut secunda hora ducant † sponsalibus ominis causa, ut optima ac secundissima eveniant. || Praetextum † sermonem quidam putant dici, quod praetextatis nefas sit obsceno verbo uti. ali quod nubentibus depositis praetextis a multitudine puerorum obscena clamentur †. || Palatualis Flamen constitutus est, quod in tutela eius deae Palatium est. || Portenta existimarunt quidam gravia esse, ostenta bona. alii portenta quaedam bona, ostenta quaedam tristia appellari. portenta, quae quid porro tendeatur †, indicent; ostenta, quae tantummodo ostendant; monstra, *quae* praecipiant quoque remedia. || Postularia fulgura, quae votorum ut † sacrificiorum spretam religionem desiderant. || Pestifera, qnae mortem, aut exilium ostendunt. || Peremptalia, quae superiora fulgura ut † portenta peremunt, idest olunt †. || Pullus Iovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum eius dicebant. || Peregrinus ager est, qui neque Romanus, neque hostilius † habetur. || Publica sacra, quae publico sumptu pro populo fiunt, quaeque pro montibus, pagis, curis, sacellis. ad † privata, quae pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. || Peremne dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit. || Puls potissimum datur pullis in auspiciis, quia ex ea ne-

ces-*se est aliquid decidere, quod tripudium faciat,* id est *terripuvium. puvire enim ferire est. Malum e*nem † *augurium habetur, si pulli, per quos auspicantur,* non *ederint; bonum, si comederint, praesertim si offa iis* qui pa-*vissent ex ore deciderit.* || *Prodit non solum in aper*tum *exit significat, sed etiam porro it.* || *Portenta* rer-*um fieri dicuntur, cum insolita corpora aut quae raro* se ost-*endunt, apparent, ut cometae, turbines, barathra,* tonitr-*ua sereno caelo facta fiunt.* || *Pedestria aus*picia *nominantur, quae a vulpe, lupo, serpente, equo, ce*terisque *animantibus quadrupedibus fiunt.* || *Propter*via ap-*pellantur auspicia, quae se propter viam* ostent-*ant* . . . . . .
infirm . . . . . || *Piacula*ria app-*ellantur auspicia, antiqua quadam lo*quendi co-*nsuetudine, in sacrificis, cum aut hostia ab ara* fugit, aut *percussa mugitum dedit, aut in aliam quam* oportuit pa-*rtem corporis cecidit.* || *Pestifera auspicia* sunt, cum cor *in extis non invenitur aut caput* in iocinere. || Pul-*larium a pullis appellatum* quidam putant, quia non *aliud, nisi hoc ei peculia*re est, avem auspican-*di causa observare.* || *Praepetes* aves dicuntur, quae se *ante auspicantem ferunt,* nam antiqui praepetere *dicebant pro anteire.* || Pecunia sacrificium *fieri dicitur, cum frugum, fruc*tumque † causa mola pu-*ra offerebatur in sacrifi*cio, quia omnis res fam-*iliaris, quam pecuniam nunc* dicimus, ex his rebus con-*stat.* || *Procurationes sacra* appellantur, quae fulgu-*ritis locis, quo fulmina sunt con*iecta, depellendorum ma-*lorum et procurandorum* bonorum causa fiunt. || P . . . . . .
vanda iudicant pri . . . . . .
perae administratis, u . . . . . .
stabillantur †. || Parilia festa . . . . . .

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 13, 8. *dicantur.* 9. *Praetextatum.* 12. *acclamentur.* 17. *tendatur.* 20. *aut.* 23. *aut. tollunt.* 28. *hosticus.* 30. *at.* Qu. XII, 14, 2. 3. *enim.* 25. 26. *fructuumque.* 34. *stabiliantur.*

. . . . . u pa-
. . . . . || *Polubrum pelluvi*-um in *sacrificis vas, quod nos pelvem dicimus.* || Pu*blici augures differunt a reliquis au*-guribus
. . . . . plu-
. . . . . go ve-
. . . . . rtis
. . . . . tium
. . . . . ia, tae-
. . . . . Quirinal.
. . . . . extra ur-
. . . . . es faci-
. . . . . fecisti
|| *Picum regem a pico ave dictum Verrius* ait, ob *auguria quae ab eo capiebat. Is Fat*-uum, Faunum *ab alis dictum, filium procrea*-vit: et ex *hoc Latinus ortus, qui suos magnis beneficis* adfecit: ut *hic Troianorum regem, fugientem Ar*-givos Aenean *hospitio excepit, dedit ei* . . . civitatem, iunxit *natam connubio.* . . . . . *exi*-stimant quam
. . . . . formula, quae est
. . . . . istra, ut eius significa-
. . . . || *Patres appe*-llantur, ex quibus Senatus *primum compositus; nam initio urbis* conditae Romulus C. *viros elegit praestantissimos*, quorum consilio atque *prudentia res publica ad*-ministraretur; atque *ii patres dicti sunt, quia* agrorum partes ad*tribuerant tenuioribus*, perinde ac liberis. || *Pondo libram dicebant, quod* solebant iam inde a Ro*ma condita aes appendere, cum nondum* argenti signati ul*lus usus esset, quod antiquorum* publicae et privatae *rationes etiamnunc doce*-nt. || Publica pondera *ad legitimam normam exacta fuisse*, ex ea causa Iunius in
. . . . . *colligi*-t, quod duo Silli† P. et M. Trib. pleb. rogarint his verbis: "Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier qui† solet, uti coaequetur sedulum, ut hi † quadrantal vini octoginta pondo siet: congius vini decemp. is†: sex sextari congius siet in†: duo de quinquaginta sextari quadrantal siet vini. sextarius aequus aequo cum librario siet: sex dequinque librae† in medio† sient. si quis magistratus adversus hac d. m. pondera, mediosque†, vasaque publica modica, minora, maiorave faxit, iussit vere† fieri, dolumve adduit, quod† ea fiant, eum quis volet magistratus multaretur†, dum minore patri† familias taxat, liceto; sive quis in† sacrum iudicare voluerit, liceto." || Pecuum, cum dixit M. Cato per casum genitivum, a singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, id est pecu, ac testu, tonitru, genu, veru, quorum omnium genitivus pluraliter geminat u. litt.: nunc quia dicimus pecus, ut pectus, eam quae in usu est, formam in declinationibus sequimur. || Praeteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod, ut reges sibi legebant, sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos Consules quoque et Tribunos† militum consulari potestate coniunctissimos sibi quoque† patriciorum, et deinde plebeiorum legebant; donec Ovinia Tribunicia intervenit, qua sanctum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiati† in senatu† legerent. quo factum est, ut qui praeteriti essent et loco moti, haberentur ignominiosi. || "Pro censu classis iuniorum" Ser. Tullius cum dixit in descriptione centuriarum, accipi debet in censu, ut ait M. Varro in L. VI. rerum humanarum. sicuti pro aede Castoris, pro tribunali, pro testimonio.

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 15, 34. *Silii.* Qu. XII, 16, 2. *qui*] dele. 3. *uti* 4. *decem p.* (i. e. pondo) *siet.* 5. *vini.* 7. *sexdecimque librari.* 8. *modio.* 9. *modios.* 10. *iussitve.* 11. *quo.* 12. *multare. parti.* 13. *im.* 23. *Tribuni.* 25. *quosque.* 28. *curiatim. senatum.*

Polubrum pelluvium vas, quod nos **pelvem** vocamus. **Patres** senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes attribuerant tenuioribus ac si liberis propriis. **Pecuum** Cato dixit genitivum pluralem ab eo, quod est pecu.

Parilia interpunxi, cum hinc alius titulus incipiat. *festa*] Urs. Nunc in cod. *fe* solum apparet.

ANNOT. PAULI ad p. 244, 9. *it*] *ait* Gu. Lind. Sed hic non de prodendo, ut supra p. 125., sed de prodeundo dicitur. 10. *solida*] *solita* coni. Dac. Quid in Festo fuisse existimem, indicavi supplemento. 18. *iocinore*] *iocinere* ed. vet., nescio an non sola.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 15, 1. *u*] quod ante *pa* in cod. esse videtur, om. Urs. 2. *Polubrum*] haec e Paulo hic posui. Cf. Non. p. 544, 22., de quo loco dixi in Suppl. Ann. Placid. p. 493.: *Pollubreo, tulleo.* Scr. *Pollubro, trulleo.* 3. 4. *Publici . . auguribus*] haec cum iis fere concinunt, quae Urs. feliciter divinavit: quae deinceps supplevit, nimis quam incerta, relegavi in Suppl. Ann. Publicos augures ab reliquis discernit etiam Varro de L. L. V. §. 33., item Festus Qu. XII, 20, 27. v. Quinque, Paulus p. 16. v. auguraculum. Alia Urs. e marmoribus affert. 9. *tae*] cod. *te* Urs. 11. *extra*] Urs. Nunc literae *ext* non amplius apparent. 14. *Picum regem*] Urs. cum, quid hoc loco fuerit, ex tenuissimis vestigiis agnoverit, non nisi pauca verba mutavi. Stemma, quod Festus proposuisse videtur, non differt ab eo, quod habent Virgil. Aen. VII, 47. Ovid. Met. XIV, 320. Lactant. de falsa rel. I, 22. De Fatuo sive Fatuello, Fauni nominibus, v. Serv. in Virg. VI, 776. VII, 47. De Pico cf. supra Qu. X, 25, 32. 20-23. Quae Urs. tentavit, v. in Suppl. Ann. 24. *C.*] Urs., in cod. est ·*C*·. 23-32. Scal. et Urs. omnia haec ad *patres* pertinere existimantes aliena miscuerunt (v. Suppl. Ann.): equidem et in aliis ab iis discessi et in hoc maxime, quod ex v. 29-32. singularem feci titulum *Pondo libram.* Cf. Paulus p. 73. v. grave aes. 28. *perinde ac liberis*] Cf. Niebuhr. H. R. I. p. 340. Post h. v. plene interpunxi, cum Urs. commate tantum haec ab inferioribus distinxisset. 32. *Publ. pondera*] De hoc loco bene iam A. Aug., optime Scal. meritus est, quem Urs. secutus est, a quo in paucis descivi. Cf. Suppl. Ann. Ponderum in Capitolio asservatorum (de quibus Wernsdorf. P. L. M. T. V. Exc. XIV.) mentionem inferre dubitavi, quia Siliorum rogatio nihil de ea re indicat, et nullus ante Imperatorum tempora scriptor titulusve eorum notitiam significat. 34. *duo Silli P. et M.*] Urs. *duos illi p. et m.* in cod. esse, testatum habeo. *Silii* corr. Urs. cum A. Aug. probabiliter, quanquam Siliorum horum omnis periit memoria. De eorum plebiscito v. imprimis Boeckh. Metrol. quaest. p. 17. et pluribus locis.

Qu. XII, 16, 2. *qui*] delet Urs. cum A. Aug. *uti*] nisi aliud latet mendum, videtur excidisse *quodque.* 3. *coacquetur*] Urs. *coaequatur* cod. MENSURAS EXAEQUANDAS est in titulo Pompeiano. Romanelli Viaggio T. I. p. 156. Orelli 4348. *coeretur* coni. Huschk. *sedulum*] *se dolo m.* (i. e. malo) corr. Scal., acute. Sed ipsum sedulo, quod hic *sedulum* dicitur, significat sine fraude indiligentiaeve culpa. V. Caton. de R. R. 2.: *dicit vilicus sedulo se fecisse*, aliaque, quae Forcellinus attulit. *ut hi*] *uti* corr. A. Aug. in mg. Urs., delet Scal. 4. *decemp. is*] Urs. *de cemp. if.* cod. *decem p. (pondo) siet* corr. A. Aug. in mg. Scal. Urs. Posthaec plenius interpunxi, ne quis erret in distinguendis sententiae membris. 5. *in*] *vini* vg. et sic corr. Urs. *duo de quinq.*] Urs. *duo quinquaginta* e cod. notatum habeo. 6. *quadrantal*] Urs. *quadarantal* cod. 7. *aequo*] delet Scal., in *atque* mutat Urs. Puto satis defendi posse, ex illo responsionis studio, cuius exemplum est *par pari referre*, per utramque linguam late pervagato. 7. *librario*] *vinario* coni. A. Aug. in mg., non apte. Nihil intelligo, nisi librarius, qui hic significatur, sextarius frumenti erat. *dequinque*] cod. *de quique* Urs., qui cum Scal. recte corr. *sexdecimque.* *librae*] et hic *librari* fuisse puto. 8. *medio*] *modio* corr. Urs., ut vg. *hac*] *haec* corr. A. Aug. in mg. Scal. Urs. Illud autem tueor analogia structurae: intereā, propterea, hacpropter, posthac, multarumque similium. Etiam ADVORSUM EAD in SC. de Baccanalibus ablativo casu dictum est. 8. 9. *d. m.*] i. e. *dolo malo.* 9. *mediosque*] *modiosque* vg. 10. *iussit vere*] *iussitve re* vg. *iussitve* corr. Scal. 11. *quod*] *quo* corr. Scal. 12. *multaretur*] *multetur* corr. A. Aug. in mg. *multare, ut ei* Scal. *multare, uti* coni. Urs. Solum *multare* aptum est. *patri*] Urs. *patris* e cod. refertur, et sic vg. Scal. Sed rectius Urs. *parte*, vel potius antiquum ablativum *parti*, quem constat apud Lucretium et in tabb. Heracleensibus reperiri. Ac recte Urs. comparavit Caton. ap. Gell. VII, 3, 37.: *dimidium familiae multa esto.* 13. *in*] *im* corr. Scal. Urs. Cf. Paulus p. 77. v. im. 14. *Cato*] in orat. pro Rhod. ap. Gell. VII, 3, 37. Meyer. Oratt. fragm. p. 50. 17. *veru*] Urs. *verum* (i. e. *verū*) cod. 18. *nunc*] cod. (i. e. *nc*) et vg. *non* Urs., quo sententia pessumdatur. *nam quod* sive *quum* coni. Lind. *pecus*] Urs., sed id a cod. abesse comperio. 23. *Tribunos*] *Tribuni* corr. A. Aug. in mg. 25. *quoque*] *quosque* vg. et sic corr. Urs. 26. *Ovinia Tribun.*] de hac lege, quanquam non constat quando lata sit, non video tamen, quo iure A. Aug. et Scal. ea quae Festus narrat tanto supercilio contemnant. Cf. Niebuhr. H. R. T. I. p. 550. ed. sec. 28. *curiati*] *curiatim* corr. Urs., ut vg. legitur. *Centuriatim* corr. Huschk. de Servio p. 149.; idem tamen p. 711. *Curiatim* restituit: cui in eo non obsequor, quod legem curiatam intelligit. *senatu*] scribe *senatum.* Ita certe ceteri omnes dicere solent.

ANN. PAULI. 2. *tenuioribus*] ed. vet. Ald. vg. om. Lind., errore typothetae, quantum video. *ac si*] om. deteriores codd.: sed hoc recte defendit Lind.

Procare poscere est, unde et **proci** et meretrices **procaces**, et verbum **procas**, id est poscis.

Peculium servorum a pecore dictum, sicut et pecunia nobilium.

Puelli pueri per deminutionem. Ennius: "Poeni soliti suos sacrificare puellos."

Praeciamitatores dicebantur, qui flamini Diali, id est sacerdoti Iovis, antecedebant clamantes, ut homines se ab opere abstinerent, quia his opus facientem videre irreligiosum erat.

Pedum pastorale baculum incurvum, dictum, quia illo oves a pedibus comprehenduntur.

Pone gravi sono ponitur pro loci significatione.

Pure lautum, aqua pura lavatum.

Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia. **Proculato** provocato.

Praefericulum vas aeneum sine ansa patens summum, velut pelvis, quo ad sacrificia utebantur.

Patellae vasula parva picata, sacrificiis faciendis apta. **Pantices** frus ventris.

Perimit adimit, tollit, unde et peremptus, interfectus.

Procinctam classem, id est paratam ad bellum militum multitudinem, Diali flamini videre non licuit.

Posimerium pontificale pomoerium, ubi pontifices auspicabantur. Dictum autem pomoerium, quasi promurium, id est proximum muro.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 17, 1. *Procum*] Cic. Orat. 46, 156. *Iam, ut censoriae tabulae loquuntur, fabrum et procum audeo dicere, non fabrorum et procorum.* *patric.*] damnat Urs. cum Turnebo Adv. XVI, 22., iniuria, puto, nam proci patricii sunt proceres inter patricios, fortasse decem illi primi, aut maiorum gentium patricii. *ceassium*] cod., qui vocabula sic digerit: *nec eaf siumquam. classium* corr. A. Aug. in mg. 2. *i*] cod. *ii* Urs. 3. *proci*] cf. Paulus p. 123. v. procare, cum annot. 4. *μνηστῆρες*] Urs., in cod. deest *μ*. 5. 6. *nive eum procas*] videl. quem ego tibi tuli. Ita vel praetorem vel alterutrum litigantium dicere solitum esse, arbitratur Huschk. in Richteri Annal. 1837. p. 888. 7. *Praerog. cent.*] cf. Wunder. in Cicer. pro Planc. c. 20. Huschk. de Servio p. 646. 674. *centuriae*] Urs. *centuriaes* in cod. est. 8. *quae rus*] Urs. e cod., qui *quaeruf* continuatis literis habet. *quod rustici* corr. A. Aug. in mg. *quo rustici* em. Urs. 14. *a*] Urs., quod cod. non agnoscit. 15. *ex*] *et* corr. Urs., idque comprobat Paulus, quanquam etiam *ex* sententiae non refragatur. Cf. Paulus p. 20. v. abgregare. 17. *Enn.*] Ann. VII, 13. Mer. *suos*] *sos* em. Merula. Vera huius versus forma non apparebit, antequam Nonius, qui p. 158, 20. eundem versum affert, e codd. ms. fide diligenter examinatus prodierit. 18. *Lucil.*] IV, 22. p. 35. ap. Dousam. *homo*] apud Nonium l. l. legitur *tibi*. 19. *Plautus*] in Lenon. geminis. v. Bothe p. 439. *olim*] Urs. *holim* cod. *dolet* Priscianus VI. p. 697 P. (247. Krehl.); sed hic nominativo casu *hic puellus* pro dativo, qui comicorum consuetudini aptissimus est. 20. *Praeciamit.*] v. annot. ad Paulum p. 122. v. praeciae. 21. *antecedent*] *antecedentes* corr. A. Aug. in mg. 22. *feriis*] Urs. *ferehis* cod. 22. 23. *ut . . opere*] Urs.: "in exemplari est: *ut hom. ab opere se abstineant.*" Equidem nihil hic notatum accepi. 24. *Pedum*] cf. Qu. X, 28, 23. 26. *.m.*] i. e. meminit. 26. 27. *Verg. in Buc.*] V, 88. cf. Servius. 28. *Iphigenia*] Urs. *Iphigeniae* est in cod. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 50. fr. 2. 30. *iaculum*] *baculum* corr. Urs. 32. 33. v. Suppl. Ann. 33. 34. *prologi*] *pro loci* corr. Urs. Innuit Festus, **pone** nunquam de tempore positum esse: quod alii grammatici confirmant. 34. *praeicientes*] v. Suppl. Ann.

Qu. XII, 18, 3. 4. *Perimit . . interf.*] haec cum Urs. hic posui, ut a Paulo loco suo mota. 7. *iti*] Urs., in cod. *lti* esse videtur. 9. *fici*] cod., ut vg. *fic* Urs., qui supplet: *cum sacrificabant.* 14. *pro citato*] unum verbum esse puto coll. Paulo v. procitant p. 123. Urs. locum sic refingit: *et pro citato etiam usurpari solet.* 16. 17. *sacr. Opis Consiv.*] haec ab Urs. inventa non mutavi, nisi quod ille *Consiva* scripsit. Sed v. ann. ad Qu. X, 4, 26. 19. *capidulae*] hoc v. capis deminutivum memorat Priscian. VI. p. 708. P. De Urs. additamento v. Suppl. Ann. 20. *frus*] v. Suppl. Ann. 21. *etia*] cod. om. Urs. 22. *sus*] cod. *lus* Urs. *Procineta clas-sis*] Scal. et Urs. additamenta, quae in Suppl. Ann. apposui, in paucis mutavi. Cf. Paulus p. 43. v. classis, et annott. 28. 29. *Posimerium*] lacuna, quam Urs. initio v. 29. indicat et literis mu explet, in cod. nulla est. 29-34. Supplementis usus sum Scal. et Urs., sed non sine mutatione (v. Suppl. Ann.): de pomoerio pleraque complexus sum Etrusc. rer. III, 6, 8. T. II. p. 147. 29. 30. *pontificalis*] alibi *pontificii iuris* apud Festum legi solet, sed Qu. XII, 21, 13. tamen *de iure pontificali.* 30. *pomerium*] cod. *pomoerium* Urs. Item v. 33. 34. Illud non improbavi, cum oi et oe etiam in aliis vocabulis in e transierit Etiam apud Varron. de L. L. V. §. 143. est *pomerium.* 33. *promerium*] h. l. scribe *promurium.* Varro contra l. l. pomerium e postmoerio ortum existimat. 34. *rus*] *ius* corr. A. Aug. in mg. De hoc iure Liv. I, 44. Tacit. Ann. XII, 23. 24. Vopisc. Aurel. 21.

ANNOT. PAULI. 4. *Praeciamitatores*] *Preciamittatores* M. *Precia miratores* Berolinensis cod. Apparet prius t dubitationi obnoxium esse. 10. *Proculato*] boni codd. *Procalato* vg. Lind. Sed a calare fit proculare, sicut a calcare proculcare. 11. *ad*] ed. vet. Ald. vg. deest ap. Lind. 12. *vasula*] boni codd. Lind. *vasa* deteriores codd. vg. Illud vocabulum alibi non extat. *parva picata*] Gu. Lind. *picata parva* cett. 15. *Posimerium*] *Posimirium* boni codd. *Prosimurium* vg. Lind. V. Suppl. Ann.

||Procum patricium in descriptione ceassium†, quam fecit Ser. Tullius, significat procerum. i enim sunt principes. nam proci dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium, Graece μνηστῆρες. est enim procare poscere, ut cum dicitur in iudiceconlocando "si alium procas, nive eum procas" hoc est poscis; unde etiam meretrices procaces. ||Praerogativae centuriae dicuntur, ut docet Varro rerum humanarum l. VI., quae rus. . † Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent. Verrius probabilius iudicat esse, ut cum essent designati a praerogativis, in sermonem res veniret populi de dignis, indignisve, et fierent ceteri diligentiores ad suffragia de his ferenda. ||Peculium servorum a pecore item dictum est, ut ex† pecunia patrum familiae. ||Puelli per diminutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait: "Poeni soliti suos sacrificare puellos." et Lucilius: "cumque hic tam formosus homo, ac te dignus puellus. Et Plautus: "olim† huic puello sese venum ducier." ||Praeciamitatores dicuntur, qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali, antecedent† exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est. ||Pedum est quidem baculum incurvum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras, a pedibus. cuius .m. etiam Vergilius in Bucolicis, cum ait: "At tu sume pedum." sed in eo versu, qui est in Iphigenia Enni: "procede gradum, proferre pedum, nitere, cessas?" id ipsum iaculum† significari, cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedem cessas? nitere. ||Pone gravi sono antiqui utebantur prologi† significatione. Sed praeicientes vocabu-

li . . . . . .
. . . . . .
. . . . . ||*Per-imit, adimit, tollit. Unde et peremptus interfectus.*
5 ||P-*ure lautum antiqui dicebant aqua pura* la-*vatum*. . . . . .
iti . . . . . ||*Pura vest-im-enta sacerdotes populi Romani ad sacrifici-um habere solent, id est, non ob-*
10 *sita, non fulgurita, non funesta, non maculata,* ex h-*ac causa* . . . . . .
voca . . . . . .
tiata . . . . . ||*Proculato provocato. idem* pro citato *dicitur.* ||*Praefericulum vas*
15 aeneum s-*ine ansis appellatur, patens summum velut* pelvis, *quo ad sacrificia utebantur in sacrario* Opis C-*onsiviae.* ||*Patellae vasula parva picata,* item sacris fa-*ciendis apta, humiles et patentes* velut capidul-*ae, sed ansis carentes.* ||*Pantices*
20 frus ventris . . . . . .
pellat a quo etia . . . . . .
sus. ||Procincta clas-*sis dicebatur exercitus ad* proelium instructus, et pa-*ratus, quem Diali flamini vi-*
dere non licet: an-tiqui enim procinctum hominem
25 dixerunt, ut nunc quoque *dicitur, qui ad agendum expeditus* est. procincta autem *toga Romani olim* ad pugnam ire solit-*i sunt. unde et testamenta* in procinctu fieri *dicuntur q̃ ante pugnam fiunt.* ||*Posimerium* esse ait Antistius *in commentario iuris pontifi-*
30 *calis* pomerium, id est l-*ocum pro muro, ut ait* Cato. olim quidem omn-*em urbem oprehendebat p̃ter Aventinum,* nunc etiam intra ae-*dificia finitur. ita pomerium est* quasi promerium †. solet au-*tem iis solis dari* ~~rus~~ is † pomerii proferendi, *qui populum Romanum*

icalis cod.

promoeri solet

EMEND. LECTIO. Qu. XII, 17, 1. *classium.* 8. *quo rustici.* 15. *et.* 19. *dolet.* 21. *antecedentes.* 30. *baculum.* 33. 34. *pro loci.* Qu. XII, 18, 33. *promurium.* 34. *ius.*

*agro de hostibus capto auxerunt. antiquissimum Romuli pomerium Palatini montis radicibus terminabatur. protulit id Ser. Tullius rex. i-*tem *L. Cornelius Sulla dictator, imitatus, ut* videtur, *Tullium regem, proferre temptavit.* sed *pomerium cum locus sit qui finem urbani auspici fa-*ciat *intra agrum effatum certis regionibus terminatus,* ad *captanda auspicia, quem liceat proferre:* nemo *tamen Aventinum montem prolato po-*moerio *inclusit. cuius rei causa haec affertur, quod* Remus *in eo auspicatus sit avesque irritas habuerit.* in sequenti *tamen aetate et hic inclusus est. pomerium* si tactum *fulmine fuerit, periculum ab hoste imminet. po-*ntificum *autem libri pomerium omnē appellant locum* agrumq. *in quo augures magistratusque P. R. urban-*a constituerent *auspicia. ii docent, cum pomerium profer-*retur, tum *augures publicos P. R. haec verba praeir-*e solitos: *Di tutelares urbis pomerium hoc ne* minus maiusve *faxitis, sed iis quibus terminavero region-*ibus effereatis†. . . . . *dictum existimat pomerium* veluti post moerium, *quod agrum omnem complectitur* intro muris† urbis. ‖ *Promptum pro eo, qd quis aere parav-*it suo, videri aitpositum . . . . . de cuius aere tute- . . . . . *prompt-*um triticum in commentario *tuo retulisti.* . . *at* quidam prolatum significare *aiunt idem quod pro-*mptum. sed proprium† ait . . . *id promptum, quod in fu-*turum factum sit; cui *significatui penus contrarium* est, cum praesertim aliud *penus, aliud promptuarium* pantoleium† appelletur, ... mo. ‖ Potitus servitute *ab antiquis dicebatur,* qui, ut ait Labeo, servitutem *servit. tales consuetudi-*nes proxime Graeci noris† *sunt. eodem modo* dicebatur ab antiquis *potitus hostium.* ‖ *Penus v-*ocatur locus intimus in aede Vestae segetibus saepius†, qui certis diebus circa Vestalia aperitur. i dies religiosi habentur. ‖ Planta oliaginea est virga foliata ex olea deplantata. ‖ Pomonal est in agro Solonio, via Ostiensi ad duodecimum lapidem deverticulo a miliario octavo. ‖ Pubes et qui pubem† generare potest; his† incipit esse a quatuordecim annis: femina a duodecim viri potens, sive patiens, ut quidam putant. ‖ Prandicula antiqui dicebant, quae nunc ientacula. ‖ Prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur, unde homines quoque luxuriosi, prodigi. ‖ Petronia amnis est in Tiberim perfluens, quam magistratus auspicato transeunt, cum in campo quid agere volunt. quod genus auspici peremne vocatur. amnem autem feminine antiqui enuntiabant. ‖ Penetrale sacrificium dicitur, quod interiore parte sacrari conficitur. unde et penetralia cuiusque dicuntur; et penes nos, quod in potestate nostra est. ‖ "Puri, probi, profani, sui auri" dicitur in manumissione sacrorum causa. ex quibus puri significat, quod in usu porco† non fuerit. probique† recte excoctum pugnatumque† sit. profani, quod sacrum non sit et quod omni religione solutum sit. sui, quod alienum non sit. ‖ Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus. unde et pacisci adhuc, et paceo† in usu remanet. ‖ Presan-*tanea*† porca dicitur, ut ait Veranius, quae familiae purgandae causa Cereri immolatur, quod pars quaedam eius sacrifici fit in conspectu mortui eius, cuius funus instituitur. ‖ "Pateram perplovere" in sacris cum dicitur, significat pertusam esse. ‖ Pastillum est in sacris libi genus rutundi. ‖ Puilia saxa esse ad portum, qui sit secundum Tiberim, ait Fabius Pictor, quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficana via Ostiensi ad lapidem undecimum. ‖ Pave-

EM. LECT. Qu. XII, 19, 19. *efferatis.* 21. *a muris.* 26. *proprie.* 29. *panis, olei, vini.* 32. 33. *moris.* Qu. XII, 20, 1. *tegetibus saeptus.* 6. *et puber, qui. is.* 20. *spurco.* 21. *probi quod. purgatumque.* 25. *paco. Praesentanea.*

Penus vocabatur locus in aede Vestae intimus.

Pubes puer, qui iam generare potest. Is incipit esse ab annis quatuordecim; femina viripotens a duodecim.

Prandicula ientacula.

Prodiguae hostiae vocantur, quae consumuntur, unde homines quoque luxuriosi prodigi.

Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis. 5

Penetrale sacrificium dicebatur, quod in interiore parte sacrarii conficiebatur. Unde et **penetralia** cuiusque dicuntur, (131)
et **penes** nos, quod in potestate nostra est.

Puri, probi, profani, sui auri dicebatur in manumissione sacrorum causa. Ex quibus puri significat, quod in usu spurco non fuerit; probi, quod recte excoctum purgatumque sit; profani, quod sacrum non fuerit, et quod omni religione solutum sit; sui, quod alienum non sit. 10

Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus, unde et **pacisci** adhuc et **paco** in usu remanserunt.

Pateram perplovere quum dicerent significabant pertusam esse.

Pastillum in sacris libi genus rotundi.

ANN. FESTI. Qu. XII, 19, 1-12. Urs. supplementa intacta reliqui: cum res certe indicent, de quibus Festus dixit. Sed ultima tamen v. 12. 13. quae sic explevit: *Pomoerium - si tac - tum a privatis fuisset, poena statuta erat*, in aliam sententiam mutavi, de qua conferri velim Etrusc. rer. III, 7, 2. T. II. p. 165. 3. *tem*] Urs. *t* nunc in cod. non agnoscitur. *e* vg. 10. *Remus*] Urs. *emus* nunc in cod. solum apparet. *omus* vg. 10. 11. *insequenti aetate*] Claudii imperatoris. 13-15. Quae his vv. Urs. posuit de pontificali pomoerio, ea cum omni historiae fide et probabilitate destituta sint, non potui non mutare. Pauli enim, qui Festum saepe negligentius excerpsit, auctoritas nos non movebit, ut incredibilia credamus. 17. *e*] ab Urs. omissum in vg. et in cod. est, in hoc obliqua lineola distinctum. 18. 19. Hanc formulam ad Urs. exemplum reddidi, cum vera, quae h. l. scripta fuit, non multum ab ea differre potuerit. 19. *effereatis*] scribe *efferatis*, quanquam illud etiam in vg. est. 20. 21. His vv. aliud veriloquium pomoerii expositum fuisse quam superioribus, intelligere mihi videor, itaque haec ad alium auctorem rettuli. Aliter Urs., quem v. in Suppl. Ann. 21. *muris*] cod. vg. *muros* Urs. Videtur fuisse: *a muris*. 22. *Promptum*] Quae Scal. invenit, Urs. expolivit, servavi paucis resectis. 26. *proprium*] *proprie* corr. Urs. 29. *pantoleium*] *panis olei vini* ingeniose corr. Scal. cum Urs. 30. *ut est apud Plautum in Trinumo* suppl. Urs.: at in Trinumo nulla promptuarii mentio, sed in Amph. I, 1, 4. *Pot. servitute*] *Hodie qui fuerim liber, eum nunc potivit pater servitutis*, Plaut. Amph. I, 1, 23., sed de hoc usu Festus non monuisse videtur, qui potiri servitute, et, quod multo frequentius est, hostium cum Graeco ἀπαυρεῖν δουλείας comparasse videtur. 32. *nes*] cod. vg. *dines* Urs. *no*] *moris* fuisse statuit Urs.

Qu. XII, 20, 1. *segetibus*] *tegetibus* corr. Gifan. in ind. Lucret. v. saepta, Scal. Urs. *saepius*] *saeptus* iidem. Ovid. F. VI, 262. nihil ad rem. *Vestalia*] a. d. V. Idus Iulias. Cf. Varro de L. L. VI. §. 17. 2. *i*] cod., in quo haec sic coniunguntur: *aperituri*, et deinde interpungitur. *Planta oliaginea*] rectius *oleaginea*. Cf. Varro de R. R. I, 55.: *Qui quatiet* (oleam), *ne adversam caedat: saepe enim ita percussa olea secum defert de ramulo plantam*. 4. *agro Solonio*] cf. Liv. VIII, 12. Plutarch. Mar. 35. 5. *deverticulo*] cod. a prima manu. *deverticulum* a sec. manu, et sic Urs. Idem tamen corr. *deverticulo*. Id ita accipio, ut si quis ab Ostiensi via, octavo lapide, deverterit, post IV M. P. in Solonium agrum perventurus esse dicatur. 6. *Pubes . . . pubem*] *pubes et puber, qui* corr. Scal. probabiliter. *est* pro *et* A. Aug. in mg. *etiam* pro *et* coni. Urs., quod intelligi nequit. *his*] *is* vg. 11. *prodigi*] cf. Fest. Qu. X, 29. p. 37, 19. v. *prodegeris*. 12. *Petr. amnis*] cf. Paulus p. 35. v. Cati fons. 14. *peremne*] v. supra v. peremne p. 53, 32. 15. *feminine*] cf. Paulus p. 46. v. corius cum annotatis. 18. *Puri*] v. supra Qu. IX, 7, 14. v. manum. 20. *porco*] *spurco* vg. e Paulo. 21. *probique*] *probi quod* vg. Sic Paulus. *pugnatumque*] *purgatumque* apud eosdem est. 23. *Pacionem*] vocc. pacio et pactio eadem est proportio, ut vocc. condicio et condictio, legio et lectio aliorumque multorum. 24. *pacisci*] Urs.: in cod. est *pacisce*, sed obliqua lineola per *e* ducta. Antiquum tamen *paciscere*, de quo v. Non. p. 474, 16., huic loco non convenit. 25. *paceo*] *pacto paco*) A. Aug. in mg.: scribe *paco*; nam antiqua vocabula, quale est verbum *pacio*, a sententia Festi aliena sunt. *Presan-*] *Praesentanea* corr. et supplet Turneb. Adv. XVI, 22. Brisson. de form. I, 12. Scal. Urs. ex Victorino de orth. p. 2470 P. *praecidanea* voluerat A. Aug. Sed praecidanea, de qua supra Qu. XI, 3, 17. dictum est, mactabatur ante novos fructus captos; praesentanea praesente mortuo in quovis iusto funere immolabatur. Cf. Mucius Scaevola apud Cicer. de legg. II, 22. §. 57. 26. 27. *purgandae*] Urs., sed in cod. est *pugnandae*, ut v. 21. 29. *perplovere*] *perpluere* corr. Urs. non recte, nam pluere olim fuisse pluvere e nomine pluvia intelligitur, et uv antiquo tempore interdum in ov mutabatur, ut in *fovi* pro *fui* apud Gell. N. A. I, 12, 14. Macrob. Sat. I, 4. *flovius* in titulo apud Gruter. p. CCIV. De ipsa re v. Gronov. Observv. I, 20. (p. 84.). 31. *rutundi*] cod., ut Qu. XII, 32, 26. *rotundi* vg. Cf. Paulus p. 121. v. pastillus. 32. 33. *Pictor*] Urs. *lictor* cod. 33. 34. *Ficana*] cf. Liv. I, 33. et alii.

ANNOT. PAULI. 9. *non fuerit*] boni codd. Lind. *sit* vg. et sic Festus. 11. *pactionem dicimus*] M. *dicimus pact.* Gu. vg. Lind. *paco*] M. *paceo* Gu. vg. Lind.

Paludati armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta **paludamenta** dicebant.
Prox bona vox, ut aestimo, quasi proba vox. **Penates** alii volunt, ut habeat nominativum singularem penas, alii penatis.
Proculiunt promittunt. **Profestum diem** dicebant, qui festus non erat.
Profanum dicitur, quod fani religione non tenetur.
5 **Procubitores** dicuntur, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt.
Properam celerem strenuamque significat. **Praecidere** antecidere, id est ante immolare.
Pube praesente est populo praesente, *συνεκδοχικῶς* ab his, qui puberes sunt, omnem populum significans.
Priveras mulieres privatas. **Promellere** litem promovere.
Purime tetinero purissime tenuero.
10 **Pristina** velut priustina dictum est.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 21, 1. *ri*] *ra* corr. Scal., pavera frumenta intelligens quae paviendo multum trita sint. Sed recte Pontedera Opp. post. T. I. p. 30. pavere a rusticis poetico quodam sensu dictum putat, quasi metu spicae extra vaginam se credere non audeant, Hacpropter, Augustino teste de C. D. IV, 8., Patelana dea culta, ut, cum folliculi patescebant, spica exiret. Neque ego damnaverim passivum *paveri*, cum eius usus etiam a Plinio non alienus reperiatur. *dicebat*] *dicebant* vg., recte. 2. *Paludati*] sic *paludatus rorarius* dicitur a Lucilio, quem Dac. comparavit, l. X Satir. ap. Non. p. 553, 3. Cf. Varro de L. L. VII. §. 37. 4. 5. *Purimenstrio*] Urs.: in cod. est punctum inter *puri* et *menstrio*. *Purimenstruo* corr. Dac., quo non opus est. 6. 7. *carendo*] cf. Paulus p. 34. v. caerimoniarum. 7. *praesignificare*] *putant, significare* corr. Urs. cum vg. At sic obscuritas horum verborum non tollitur. Paulo comparato probabile fit, nonnulla verba intercidisse inter *velut* et *quidam*. Ut *quidam* in *quiddam* mutetur, suadet Huschkius. 9. *Penatis singul.*] huius usus incertum adducitur exemplum Liv. XXVIII, 18. 11. *proportio*] sic saepe Varro de L. L., ut VIII. §. 78.: *si proportione essent verba*. 13. 14. *Popul. sacra*] cf. Festus Qu. XII, 13, 28. v. publica sacra. Popularia ab illis differunt. 15. *sunt*] post hoc voc. excidisse *ut sunt*, coni. Huschkius. 16. *Fornac.*] cf. Paulus p. 63. *Laralia*] Urs. *laral.* cod. V. Suppl. Ann. *praecidania*] praestat *praecidanea*. Cf. supra Qu. XI, 3, 20. Iniuria Dac. haec abesse iubet. 17. *Polluc.*] v. Suppl. Ann. *quas c. deo*] supplevi. Nam opponi ceteros omnes deos Herculi, intellexit iam A. Aug. 18. *panis fermentalis*] Urs.: in cod. inter *panis* et *ferm.* interpungitur. *fermentatus* vg., et sic corr. Urs., sed *fermentalis* eodem sensu dici poterat. 19. *sesama*] Urs., in cod. lineola est supra *am*. Possis coniicere: *sesaminum oleum*, sed non placet, quod ita hoc solum olei genus polluceri diceretur. 20. *squarum*] Urs. *squatum* e cod. notatum est. *scarum* corr. A. Aug. in mg. Cf. Cassius Hemina apud Plin. N. H. XXXII, 2, 10. §. 20. Dirksen. *Versuche zur Kritik* p. 317. 21. *esculenta, pocul.*] Urs. *aesculenta, poscul.* in cod. est. 22. *est facere*] *facere est* transpositis verbis Scal. 23. *facere*] *licet* addit Scal. Cf. Qu. XI, 30, 25. v. profesti dies. 25. et 26. *feris*] cod. *feriis* Urs. 28. *feri vet.*] *fere velites* corr. Urs., ut vg. 30. *M. Cato . . de re milit.*] Lion. Cat. p. 44. 32. *antiquos*] Tacitus hanc consuetudinem reduxit. *Cato*] Lion. Cat. p. 44. 33. *tertia e*] Urs. *tertiae* cod. *fastris*] *castris* vg. et sic corr. Urs. 33. 34. *prosper.*] *properaque* corr. Urs., ut vg. 34. *Prop*] cod. vg. *Pro* tantum Urs.

Qu. XII, 22, 1. *quia*] cod. ut videtur. *quod* Urs. 3. *ter*] cod. i. e. *t* cum lineola supraposita. *tur* Urs. 4. *det*] cod. manifeste. *do* Urs., 5. *priv*] cod. *pr* tantum Urs. e cod., qui supplem. paulo aliter instituit. 6. *tur quod*] cod. *tur pro* Urs. Cum v. praecidere cf. v. porca praecidanea Qu. XI, 3, 20. 6. 7. *Pube praesenti*] sic Plautus Pseudol. I, 1, 123. 15. *agero*] cod. *agor* Urs. 20. *cari edicta q*] cod. *carie dicta quod* Urs., qui *lucar inde dicta* emendavit et caetera supplevit. Nec tamen damnanda est *pecunia lucari edicta*, ut dicitur de iis, quae censui, quae poenae multaeve sunt. Cf. Paulus p. 88. v. lucar. 21. *lucar a luce*] hic fuisse putat Dac. 22. *dixi*] *dici* corr. Urs. 23. *salla*] cod. *sala* Urs. 23. *Pipulum*] cf. Paulus p. 117. v. pipatio. Gloss. Isid.: *Pipuli convitio plorati* (scr. *Pipulo* et *ploratu*). 25. *lituum provere*] *litem promovere* corr. e Paulo Urs., qui et *ri* in *re* mutat, quod lacunam sic explet: *Verrius ait significare*. 26. *tenuer*] cod. vg. *tenue* Urs., ut e codice. Cf. Paulus p. 156. v. tetini. 27. *publicos*] *publicorum* corr. Urs., cuius additamenta ab iis, quae posui, diversa reieci in Suppl. Ann. 28. *Proditio*] cf. Qu. XII, 12, 13. v. prodidisse. Quae Urs. tentavit, v. in Suppl. Ann. 30. *Patronus*] Urs. sententiam quatenus deseruerim, v. in Suppl. Ann. 33. *Pristina*] *P* a sec. manu additum est: quapropter ab Urs. in v. 32. reiicitur. *prist-ina*] *priustina* corr. Urs. e Paulo.

ANNOT. PAULI. 1. *milit. orn.*] ed. vet. vg. *orn. milit.* Lind., nullo teste laudato. 3-6. *Proculiunt . . significat*] om. Lind. omnia, nescio quo casu; reposui ex ed. vet. et vg. 6. *praecidere*] vg. Lind. *praetercidere* boni codd. 7. *sunt*] vg. Lind. *sint* boni codd.

ri frumenta dicebat† antiqui, quae de vagina non bene exibant. || Paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici. || Purimenstrio esse dicuntur, qui sacrorum causa toto mense in caerimoniis sunt, idest puri sint certis diebus carendo. || Prox, bona vox, velut quidam praesignificare videtur, ut ait Labeo de iure pontificio L. XI. || Penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias. || Proculiunt, promittunt ait significare Antistius de iure pontificali L. VIIII. || Popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, Laralia, porca praecidania†. || Pollucere merces *quas cuivis deo* liceat, sunt far, polenta, vinum, panis fermentalis, ficus passa, suilla, bubula, agnina, casei, ovilla, alica, sesama, et oleum, pisces, quibus est squama, praeter squarum†: Herculi autem omnia esculenta, poculenta. || Profestum est facere† tamquam profanum facere, idest, quod eo die, qui dies feriarum non est, facere†. vel, ut quidam dixerunt, pro eo facere velut feriae non sint; aut id facere, quod feris fieri non liceat. Itaque diem profestum, diem sine feris esse. || Profanum est, quod fani religione non tenetur. || Procubitores dicuntur feri vetites†, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo, quem de re militari scripsit. || Properam, pro celeri, ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato, cum ait in libro de re militari: "tertia e fastris† eductio celeris prosperaque† est." || Prop . . . sta dolia ait dici Labeo

quia . . . . . .
r . . . . . .
ter . . . . . .
det . . . . . || *Priveras mulieres*
priv-*atas dicebant.* || *Praecidere id est antecidere dicitur* quod *ante immolare.* || *Pube praesent-i est populo praesente, συνεκδοχικῶς* ab *his qui puberes sunt, omnem populum significan-s* . . . . . .
qua . . . . . .
susc . . . . . .
dem . . . . . .
deci . . . . . .
conc . . . . . .
agero . . . . . .
eadem . . . . . .
tera loc-*a* . . . . . .
fulgura s-*acra* . . . . . || *Pecunia,* quae erogatur *in ludos et spectacula, appellatur lucari* edicta q-*uod e lucis captetur.* . . . . . .
in eodem libro . . . . . *lucar a luce* dixi† existimat, *cuius opinionis est et Valerius Messalla* in explana-*tione XII tab.* || *Pipulum dicebatur* ploratus. || Promel-*lere est ex opinione Veri* lituum provere†. || *Purime tetinero dictum est pro purissime* tenuer-*o.* || *Peregrinus ager secundum Augures* publicos est *ager pacatus extra Roman. et Gabin., qui usu* et iure Augurum *a peregrino discernitur.* || *Proditio diei est* prodictio: namque prod-*ere prodicere interdum et in praesens* valet. || Patr-*onus a patre cur ab antiquis dictus* sit, manifestum: quia *ut liberi, sic etiam clientes* numerari inter do-*mus familiam quodammodo possunt.* || Pristina, velut prist-*ina*†: *sic* . . . . . .
eius modi dictita-*bant* . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. XII, 21, 1. *dicebant.* 16. *praecidanea.* 20. *scarum.* 22. *facere est.* 23. adde *licet.* 28. *fere velites.* 33. *castris.* 33. 34. *properaque.* Qu. XII, 22, 22. *dici.* 25. *litem promovere.* 33. *priustina.*

. . . . . .
. c
. . . . . s
. . . . . nte
. . . . . rum
. . . . . qui
. . . . . || *Praesagitio dicta est*, quod *praesagire est acute sentire. unde et sagae anus d*-ictae, *quae multa sciunt, et sagaces canes, q̃ ferarum cubilia* praesentiunt. *SEXTI POMPEI FES*-TI *LIB. XVI. INCIPIT LIB. XVII. FELICI*-TER. || *Quirinus ex hac causa Romulus est appe*-llatus, *quod rex erat bellicosus, atque Roma*-ni eo *regnante curi, id est hasta, uti didicerunt.* || Quirinalis porta eadem, *quae et Collina, dicebatur,* ut legimus *apud antiquos scriptores* . . . itum autem
. . . . . tio ita con-
. . . . . *qu*-asi id suffragetur. *quam ideo nominari ait Collina*-m Santra, proxime eam *quod collis Quirina*-lis est. porta-m *rursum Quirinalem ideo appel*-lant, sive quod *ea in collem Quirinalem itur, sive* quod proxime eam sacellum *est Quirini. unde, ut videtur,* usurpatio facta, *et duplex nomen eidem portae im*-positum est. qui-
. . . . . derem fertur. Quiritis *Iuno dea Sabinorum, cui bellantes* aqua et vino *libabant, dicta a curi id est hasta. Eam* tamen quidm† curis, *dictam esse statuunt, quia in* his ei sacra fiant; *cui opinioni Verrius adver*-satur. ab eiusdem autem *deae nomine videtur ite*-m Curres † Sabinae *gentis oppidum dictum, quod ea gen*-s armis erat potens. || *Quirites quod est nomen universi pop*-uli singulare usurpabatur *olim, ut indici*-o est preco, qui in funeris *indictione ita pronuntiare solet:* illius† Quiris leto datus. Quirites autem dicti post foedus a Romulo et Tatio percussum, communionem et societatem populi factam indicant. || Quirinalia mense Februario dies, quo Quirini fiunt sacra. idem stultorum feriae appellantur † antequam in eum commigrarent fere Sabini Curibus venientes post foedus inter Romulum et Tatium † quod quidem † suorum fornacalium sacrorum cognominant †, eo potissimum rem divinam faciunt. || Quirinalis collis, qui nunc dicitur, olim egonus† appellabatur, ante quam in eum commigrarent fere Sabinis † Curibus venientes post foedus inter Romulum et Tatium ictum. a quo hanc appellationem sortitus est: quamvis existiment quidam, quod in eo factum sit templum Quirino, ita dictum. || Quirina Tribus a Curensibus Sabinis appellationem videtur traxisse. || Quiritium fossae dicuntur, quibus Ancus Martius circundedit urbem, quam secundum ostium Tiberis posuit, ex quo etiam Ostiam. et quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium. || Quincentum et producta prima syllaba, et per c. litteram usurpant † antiqui, quod postea levius visum est, ita ut nunc dicimus pronuntiari. || Qui patres, qui conscripti vocati sunt in Curiam? quo tempore regibus urbe expulsis, P. Valerius Cons. propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum C. et LX. et IIII., ut expleret numerum senatorum trecentorum, et † duo genera appellaret esse †. || Quispiam quin significet aliquis, et quaepiam aliquae †, similiter qui † alia eiusdem generis, ut dubium non est, ita ut † unde sequens pars eius coeperit, inveniri non potest. || Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui ferehis † celebrantur. qui scilicet errant tam hercule, quam qui triduo Saturnalia, et totidem

EM. LECT. Qu. XII, 23. 27. *quidam a.* 30. *Cures.* 34. *ollus.* Qu. XII, 24. 5-7. *antequam . . Tatium*] delenda. 7. *qui diem.* 8. *ignorant.* 9. *Agonus.* 11. *Sabini.* 21. *usurpabant.* 27. *ita ea.* 28. *appellata sunt.* 29. *aliqua. que.* 30. *ut*] dele. 33. *feriis iis.*

Praesagitio dicta, quod praesagire est acute sentire. Unde sagae dictae anus, quae multa sciunt, et sagaces canes, qui ferarum cubilia praesentiunt.

LIBER XV.

Quirinalis porta dicta, sive quod ea in collem Quirinalem itur, seu quod proxime eam est Quirini sacellum.

Quirinalia dies, quo Quirino fiebant sacra: eadem et stultorum feriae sunt appellata. 5

Quirinalis collis dictus est, quia in eum commigrarunt Sabini a Curibus venientes, quamvis alii a templo Quirini dictum putent.

Quiritium fossae dictae, quod eas Ancus Martius, quum Urbem circumdedit, Quiritium opera fecit.

Quispiam significat aliquem, sed unde sequens pars eius usurpari coeperit, inveniri non potest. (132)

Quinquatrus festivus dies dictus, quod post diem quintum iduum celebraretur, ut triatrus et sexatrus et septimatrus 10 et decimatrus.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 23, 7. *Praesag.*] cf. Paulus p. 122. v. praesagire. 10. *sentiunt . . . FESTI.*] aliter Urs., qui v. 10. post voc. *sentiant* concludit, et v. 11. ponit: LIBER XVI. SEX. POMPEI FESTI. Sed haec in cod. uno v. 10. continentur. Cf. ad v. 24. 25. annotata. 12. *Quirinus*] cf. Ovid. F. II, 477 sqq. et de curis vocabulo Paulus p. 37. v. curis, cum annot. Urs. quae tentavit, v. in Suppl. Ann. *appe-lla*] *lla* in cod. est, non *la* solum quod indicat Urs. 14. 15. *Quirin. porta*] cf. Festus Qu. XIV, 31, 10. v. Salaria. Paulus p. 9. v. Agonium. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 193. Ursini verbis tanquam Festi utitur. 16. *itum*] cod. vg. *-tum* Urs. Huius supplem. vv. 16 . . 18. reieci in Suppl. Ann., sequentia in paucissimis mutata reddidi. 20. *lis*] cod. eadem tanquam e suppl. Urs. *llis* vg. 21. *lant*] cod. *ant* solum cod. tribuit Urs. *ellant* vg. 24. 25. *qui . . . derem fertur*] haec, quae in cod. et in vg. (nisi quod ibi *dere* est) conspicue extant, om. Urs. Sic numerus versuum in cod. constabit, si eieceris Ursini v. 10. 25. 26. *Quiritis*] cf. Paulus p. 38. v. Curitis. Ea, quibus Urs. Quirites nomen explicare studuit, v. in Suppl. Ann. 27. *quidm*] *quidam a* corr. Urs. *quid in* vg. *curis*] *curiis* vg., sed illud cod., ut solet. 30. *Curres*] *Cures* corr. Urs. 32. *uli*] cod. cum dimidio *p. li* e cod. exhibet Urs. 33. *o est*] quod in cod. et vg. est, literis inclinatis expressit Urs. *funeris*] *funeribus* corr. Urs.; sed recte *in funeris indictione* suppl. Dac. Cf. Qu. XV, 8. p. 144, 24. v. simpludiarea, Paulus p. 79. v. indictivum funus. 34. *illius*] *ollus* corr. A. Aug. in mg. Cf. Varro de L. L. VII. §. 42.

Qu. XII, 24, 1. *Quirites*] cf. Varro de L. L. V. §. 51. 3. *Quirinalia*] a. d. XIII. Kal. Mart. Cf. Paulus p. 63. Fornacalia, cum annot. 5-7. *anteq. . . Tatium*] haec quae aliorum exemplo obelis decussatis circumsepsi e loco de Quirinali colle perperam huc translata esse apparet. 7. *quod quidem*] scribe: *quod qui diem. quod quidam* coni. A. Aug. Urs. *quod quidam qui* Scal., qui postea *sacrorum* mutat in *sacra Romae*. 8. *cognominant*] scr. *ignorant. ignari* corr. A. Aug. *ignoraverant* Scal. *cum ignorant* Urs., sed etiam sic Ursiniana lectio sensum non adiuvat. Mea in h. l. inventa occupaverat Huschkius meus in schedis. *potiss.*] *die* hic addendum coni. A. Aug. Urs. Post h. voc. in cod. plene interpungitur. 9. *Quirinalis collis*] cf. Varro de L. L. V. §. 51. *egonus*] *Aegonus* vg. *Agonus* corr. A. Aug. Urs. Cf. annot. ad Paulum p. 9. v. Agonium. 11. *fere*] delet A. Aug. Urs., sed defendi quoddammdo potest. *Sabinis*] *Sabini* vg. et sic corr. Urs. Post h. v. et post *venientes* in cod. plene interpungitur. 14. *templum Quir.*] v. Varro de L. L. V. §. 52. Ovid. F. II, 511. 14. 15. *Quirina tr.*] Curenses Sabinos in ea tribu fuisse, quanquam aliunde testatum non habemus, Festo credimus. Etiam Amiternum, Foruli et fortasse Reate Sabinorum Quirinae tribui accensebantur. V. C. L. Grotefend. in Zimmerm. Ephem. 1836. Nr. 115-117. 16. *Quir. fossae*] v. Liv. I, 33. Niebuhr. H. R. I, p. 392. tert. ed. 17. *secundum ostium*] ad Tiberis ostium, explicat Dac. non recte, nam secundum indicat regionem, in quam conversa erat ea urbis pars, quae hac fossa cincta erat. 20. *prod. pr. syllaba*] haec componenda cum illis, quae de producta prima syllaba in confecit, constituit, insanus, infestus significant Cic. Or. 48, 159 et Gell. N. A. II, 17, 1. IV, 17, 6. 21. *usurpant*] *usurpabant* corr. A. Aug. in mg. *levius*] cf. Varro de L. L. V. §. 133.: *R. exclusum propter levitatem*, et quae ibi annotavi. 22. 23. *patres . . conscripti*] cf. Paulus p. 6. v. adlecti. Perizon. Animadv. histor. p. 199. 23. Signum interrogationis addidi. 24. *urbe*] Urs. *urbem* cod. *P. Valer. cons.*] cf. Niebuhr. I. p. 549. ed. sec. 27. *et*] scribe *ita* vel *ita ea*, nisi plura interciderunt. 28. *appellaret esse*] *appellata sunt* corr. A. Aug. in mg. Urs. 29. *aliquae*] *aliqua* corr. A. Aug. in mg. Urs. *qui*] *que* vg. et sic corr. Urs. 30. *ut*] om. vg. delet Urs. 31. *coeperit*] Urs. *coperit* cod. *inven. non potest*] at hoc piam ex Osca lingua, quae in relativis formis p posuerit pro q, repetendum esse monuit Lind., adhibito meo de Etrusc. libro T. I. p. 31. 31. 32.

Quinquertium Graeci vocant πένταθλον, quo die quinque genera artium ludo exercebantur. Ipsos quoque athletas Livius quinquertiones appellat.

Quisquiliae putantur dici, quicquid ex arboribus minutis surculorum foliorumque cadit, velut quicquidcadiae.

Quintipor servile nomen frequens apud antiquos a praenomine domini ductum, ut **Marcipor**, scilicet a Quinto et Marco.

Quippe significat quidni.

Quianam pro quare et cur ponitur. Ennius: "Quianam dictis nostris sententia flexa est?"

Quietalis ab antiquis dicebatur orcus.

Quintia prata trans Tiberim a Quintio Cincinnato, cuius fuerant, dicta sunt.

Quintana appellatur porta in castris post praetorium, ubi rerum utensilium forum sit.

Querqueram frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius: "Iactans me ut febris querquera." Et alibi: "Querquera consequitur capitisque dolores." Item Plautus: "Is mihi erat bilis querqueratus."

Quinquat.] v. Varro de L. L. VI. §. 14. Gell. N. A. II, 21. et plura Etrusc. rer. III, 3, 2. T. II. p. 49. 33. *qui ferehis*] Urs. e cod., in quo *fere* et *his* disiungitur. *qui feriis* corr. Urs. cum Scal. *quibus feriae* vel *qui feriis* coni. A. Aug. *qui feriis hisce* Huschkius. Scribe *qui feriis iis.* 34. *qui triduo*] *quitriduo* vel *quitriduo* cod., nam literarum ductus non satis certi sunt. *quatriduo* Urs. *qui triduo* vg., recte. V. Macrob. Sat. I, 10.

ANNOT. PAULI. 6. *a Cur.*] *a* addidit Lind. ex omnibus codd. om. vg.

ANNOT. FESTI. Qu. XII, 25, 1. *Competalia*] cod. *Compitalia* Urs. *Competa* habet Varro de L. L. VI. §. 25. Intellige *celebrant* ex superioribus. 4. *his*] *is* vg. 6. *dicatum*] Urs. *dicatur* cod. 9. *quem*] scribe *quod.* 10. *omnis aequalis*] versus senarius ignoti poetae. 11. *Livius*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 15. fr. inc. 17. Versus senarius est, si *praeco in* non coalescit. 12. *Quisquiliae*] de huius voc. origine Lind. aliis et ipso Festo saniora attulit. Est sine dubio Graecorum κόσκυλμα. Gloss. Labb.: *Quisquiliae*, φυγάνων χάπη. Cf. Isidor. Orr. XVII, 6, 28. 14. *quidquidcadiae*] voc. est fictum ad explicandum *quisquiliae*: cuiusmodi plura in his libris reperiuntur. Itaque non accedo Urs. corrigenti cum vg.: *quidquid cadit*; nedum Barthio, qui Adv. XXXIX, 5. *calit* pro *cadit* dictum esse opinatur. 15. *Caecil.*] v. Bothe V, II. p. 151. fr. inc. 15. Spengel. p. 57. fr. 12. *volantis*] commate disiunxi a sequentibus, ut accusativum esse appareret. 15. 16. *memoranti modo*] *memoras. i modo* corr. Scal., qui hunc tetrametrum ita sanávit, ut aliae coniecturae, etiamsi ab literis minus discrepent, velut: *memorant hi*, placere nequeant. 16. *Novius*] v. Bothe V, II. p. 54. *abi*] *abi abi* Scal. ad explendum numerum tetrametri. 16. 17. *deturba te*] *deturbate* coni. Scal. *deturbato te* Lind., sed imperativus futuri vix huius loci erat. Mihi *de* addendum videtur. 18. *aput*] cod. *apud* Urs. 20. *gripor*] *Caipor* corr. Urs. Praestat *Gaipor.* De voc. por cf. Suppl. Ann. 22. *quid ni*] Urs. *quodni* cod. Dubitationes Vv. Dd. solvere studui in Suppl. Ann. 23. *XL*] *XI* corr. Urs. Merula posuit versum in Ennii Ann. XI, 3. 24. *L. XVI.*] XVI, 1. apud Merulam. Hic legit *monere*, sed *moveri* Graecum est κινεῖσθαι, et significat: ex oblivione excitari et produci. 26. *et*] *est* corr. Urs. 27. 28. *Summe deum regnator*] Naev. de B. P. III, 5. apud E. S. Scal. et Hermann. Doctr. metr. p. 636. ea verba recte in duos Saturnios sic dispescuerunt . . . . *súmme deum regnator* | *quianám genuisti* . . . . 28. *genus isti*] *genuisti* corr. Scal. et Merula Enn. p. 416. 29. *quianam . . satyra*] etiam haec verba a librario temere repetita Urs. cancellis sepsit. 30. *L. VII.*] VII, 85. apud Merulam. 31. *quianam*] *Heu quianam* addunt ad versum explendum A. Aug. Scal., ut est apud Virgil. Aen. V, 13. Nec tamen hoc *heu* in eo codice legebatur, quo Paulus usus est. 32. *usurparise*] *usurpavisse* corr. Urs., ut vg. 32. 33. *Afr. in epistula*] Bothe V, II. p. 168. fr. 1. 33. ante *quid nisi*] interpunxi, cum quidnisi eodem sensu ponatur quo quidni. 34. *Quietalis*] Urs. *quiet aliis* cod.

Qu. XII, 26, 1. *Quintia prata*] cf. Liv. III, 26. Urs. supplem. reddidi, omissis vv. 5-8., qui minus placebant. 7-10. His vv. Quintanae explicationem posui neglectam plane ab Urs. Non dixi eam *portam*, sicut in Paulo legitur, cum Lipsius de Mil. Rom. V, 5, 3. Opp. T. III. p. 143. recte negasse videatur, fuisse unquam portam Quintanam. Forum autem quoddam castrorum ita dictum esse, quod erat in postico praetorii, bonis testibus advocatis demonstravit Lipsius. 7. 8. *ea-sis*] corrige *castris.* 10. *Quinctil. Luperci*] haec paucis mutatis debentur Urs. Cf. Paulus p. 66. v. Fabiani. 17. 18. *Quintanam classem* quibus explicuerit Festus, in medio relinquere malui, quam A. Aug. et Urs. supplem. adsciscere, quippe quae aperte falsa continent. V. Suppl. Ann. 24. *Querqueram*] Scal. et Urs. supplem. in pauculis correxi. V. Suppl. Ann. 25. *quercu*] scr. *a quercu.* 30. *xu*] cod. vg. Urs. codicis literas non distinxit ab adiectis. 31. *Frivol.*] Bothe p. 438. fr. 2. Versum eundem adduci a Prisciano VI, 16, 87. T. I. p. 279., sed mutata lectione: *Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera*, monuit A. Aug. Plauti manum in hoc testium dissidio vix assequi licebit. 32. *Lucil.*] p. 12. fr. inc. 91. ap. Dousam. 34. *ret*] hinc Scal. *Et*, Urs. assumpto vacuo superioris v. spatio, *terret* fecit, quod minus placet. *alibi*] fr. inc. 18. p. 6.

ANN. PAULI. 3. *quicquidcadiae*] Gu. Lind. *quicquid cadit* M. vg. 8. *Quietalis*] *Quietalus* M. vg. Cf. Praff. I, 3. 8. *ab ant. diceb.* M. vg. *diceb. ab ant.* reliqui. 10. *appell. porta*] codd., nisi quod Gu. ordinem invertit. *app. pars* corr. Lipsius; sed probabilius existimo, *porta* ab ipso Paulo incuria adiectum esse. Fuit qui *porca* scribendum putaret, comparato Festo Qu. XII, 3. p. 43, 31. v. porci effigies. *sit*] *fit* Gu. Barthii liber ms. *fuit* vg. 11. *Querqu. consey.*] *febris*, quod vg. et a Lind. additur, ad versum heroicum explendum scilicet, om. boni codd. 12. *querqueratus*] Pauli codd., et sic ipse Paulus, quod in Festo erat, *querquera tussis* corrupisse videtur. *is querquera tussis* coni. Barth. Adv. XXXIX, 5.

diebus Competalia. nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra. forma autem vocabuli eius, exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata est, quod post diem quintum iduum est his† dies festus, ut aput Tusculanos Triatrus, et Sexatrus, et Septematrus, et Faliscos Decimatrus. Minervae autem dicatum eum diem existimant, quod eo die aedis eius in Aventino consecrata est. ||Quinquertium vocabant antiqui, quem† Graeci πένταθλον, ut indicat versus hic: "omnis aequalis vincebat quinquertio." Livius quoque ipsos athletas sic nominat: "quinquertiones preco† in medium vocat." ||Quisquiliae dici putantur, quidquid ex arboribus minutis surculorum, foliorumve cadit: velut quidquidcadiae. Caecilius: "quisquilias volantis, venti spolia, memoranti† modo." et Novius in Togularia: "abi deturba te† saxo, homo non, quisquiliae. quid est?" ||Quintipor servile nomen frequens aput antiquos erat, a praenomine domini ductum, ut Marcipor, gripor†, quamvis sint, qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. ||Quippe significare quid ni, testimonio est Ennius L. XL†: "quippe solent reges omnes in rebus secundis." Idem L. XVI.: "quippe vetusta virum non est satis bella moveri." item alii complures. ||Quianam pro quare, et cur, positum et† apud antiquos, ut Naevium in carmine Punici belli: "summe deum regnator, quianam genus isti†." et in satyra,† quianam genus isti. et in satyra†: "quianam Saturnium populum pepulisti." et Ennium in L. VII.: "quianam dictis nostris sententia flexa est." ||Quid nisi usurparise† antiquos, testis est Afranius in epistula: "Me auctore mater abstinebis: quid nisi?" ||Quietalis ab antiquis dicebatur orcus.

||Qui-*ntia prata dicta sunt, ubi Quintius Cincinnatus* sib-*i, damnato filio, venditis omnibus, quattuor iugerum* agr-*um trans Tiberim paraverat. quem agrum colentem* Sen-*atus Dictatorem per viatorem salutavit*
5 Cin-*cinnatum* . . . . . .
riv . . . . . .
dec . . . . . ||*Quintana appellatur in casis† post praetorium locus, ubi praedam et captivos divendunt et utensilium forum constituunt,*
10 quod eo *quintana via itur.* ||*Quinctiliani Luperci* appel-*lati sunt a Quinctilio quodam, qui praepositus* est Lu-*percis, ut a Fabio dicti sunt Fabiani* Luperci, *quibus hic praepositus fuerit. fuisse autem* Romuli *temporibus institutos utrosque et Fabianos*
15 et Quinctili-*anos, multi sunt qui tradiderint.* quorum num-*erum postea auctum esse, quia honoris* gratia *multi in Lupercis adscribebantur.* ||*Quintanam* classem . . . . . *Ser. Tullius*
rex distribut . . . . . .
20 fecit, cum eas ord-*inaret* . . . . . *causam* de capite . . . . . .
nihil praeter se h . . . . . *Lucilius* sic meminit quod . . . . . .
adeptus. ||Querque-*ram febrem gravem et mag-*
25 nam quidam† querc-*u dictam volunt, quod id genus* arboris, cum gr-*ave sit ac durum, tum etiam in* ingentem evada-*t altitudinem. Aurelius autem* Opilius frigidam a-*it dici et cum horrore tremen-*tem. Santra eam ex G-*raeco ducit, qui tremorem*
30 eiusmodi *κά-ρκαρον dicunt, unde dictum esse* etiam carcerem. Plau-*tus in Frivolaria: "Is mihi* erat bilis querque-*ra tussis." Lucilius L.* . . .
"iactans me ut feb-*ris querquera* . . . . . .
ret alibi: "querque-*ra consequitur capitisque dolores."*

EMEND. LECT. Qu. XII, 25, 4. *is.* 9. *quod.* 12. *praeco.* 15. 16. *memoras: i.* 17. adde *de.* 20. *Gaipor.* 23. *XI.* 26. *est.* 28. *genuisti.* 29. *quianam . . satyra*] delenda. 32. *usurpavisse.* Qu. XII, 26, 7. 8. *castris.* 25. adde *a.*

|| *Quadriplatores dicebantur, qui eo quaest*-ius † *genere se tuebantur, ut eas res persequerentur,* quae † *rum ex legibus quadrupli erat a*-ctio
. . . . . ibus
. . . . . ata
. . . . . oem
. . . . . abant
. . . . . ab eo
. . . . . in
. . . . . tis
. . . . . que licto-
. . . . . populo
. . . . . *cur*-ia Ca-
labra . . . . . m̃ legum
. . . . . populi do-
minatu. || *Q. R. C. F. Quando Rex com*-itia sic †, *fas: sic notatum esse diem in fastis i*-n honorem *Regis sacrorum, aiunt qui de feris* menstruis scrip-*serunt, quae nonalibus sacris in Curia a* Rege dicuntur †. *huius nominis causae a multis scriptori*-bus traditae sunt. *Quo autem die Rex in Comitium venit, eius* pars ante-*rior nefas habetur, donec ille sacra facit:* posterior *fas, cum sacris peractis inde fugit.* si quis alius pro Rege *eo die in comitio fecerit, puta Pon*-tifex, tum his † dies *fastus est.* || *Q.S.D.F. Quando ste*-rcus delatum, fas. eo-*dem modo in fastis notatur di*-es, qui talis est, ut *aedis Vestae purgetur,* stercusque in alvum † Ca-*pitolinum eversum certo loco condatur:* cum id factum sit, *tunc praetori liceat fari tria verb*-a. || Quaestores *dicebantur, qui quaererent de rebus* capitalibus, unde *iidem etiam . . . Quaestores parri*-cidi appellantur. || *Quando cum gravi voce pro*-nuntiatur, significat *quod: acuta est temporis adverbium,* ut Plautus in Me-*naechmis ait: "Ideo quia* mensam, quando edo, detergeo." et in Pseudolo: "Dabo, quando erit. ducito, quando habebis." et Ennius l. XVI.: "Nox quando mediis signis praecincta volabit." in XII. quidem cum c † littera ultima scribitur, idemque significat. || Quadrata Roma in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi reposita sunt, quae solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. eius loci Ennius m. cum ait: "et quis est erat † Romae regnare quadratae." || Quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod scilicet ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piraeo, Sunio. || Quaeso, ut significat idem, quod rogo, ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium l. II.: "Ostia munita est; idem loca navibus pulchris mundo † facit, nautisque mari quaesentibus vitam." et in Chresponte †: "ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia." et in Andromeda: "liberum quaesendum causa familiae matrem tuae." || Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Graeco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo et XL. capit sextarios. Plautus in Curculione: "Anus haec sitit, quantillum sitit? modica est, capit quadrantal." et Cato contra Oppium: "Vinum redemisti, praedia pro vini quadrantalibus sexaginta in pulli † dedisti, vinum non dedisti." || Quaxare ranae dicuntur, cum vocem mittunt. || Quartarios appellabant antiqui muliones mercennarios †, quod quartam partem quaestuus † capiebant. Lucilius: "Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos colligere † omnes." || Quatenus significat, qua fine, ut hactenus, hac fine. At quatinus, quoniam. sed antiqui quatenoc † dicebant, ut Sci-

EMEND. LECT. Qu. XII, 27, 1. *quaestuis.* 2. 3. *qua-rum.* 16. *comitiassit.* 19. *edicuntur.* 24. *is.* 27. *elivum.* Qu. XII, 28, 4. *d.* 9. 10. *et qui se sperat.* 16. *munda.* 18. *Cresphonte.* 26. 27. *publicum.* 29. *mercenarios.* 30. *quaestuis.* 32. *collisere.* 34. *quatenos.*

Quercus dicitur, quod id genus arboris grave sit ac durum, tum etiam in ingentem evadat amplitudinem. Querqueram enim gravem et magnam quidam putant dici.

Quadriplatores dicebantur, qui eo quaestu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Quando rex comitiavit fas, in fastis notari solet, et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. 5

Quando stercus delatum fas, eodem modo in fastis notatur dies, quo stercus purgatur ab aede Vestae.

Quando quum gravi voce pronuntiatur, significat quod, quoniam, et est coniunctio; quando acuto accentu, est temporis (133) adverbium.

Quatrurbem Athenas Accius appellat, quod ex quatuor urbibus in unam illam civitatem se homines contulere.

Quaeso significat id quod rogo. Quaesere tamen Ennius pro quaerere posuit. 10

Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiat. Plautus: "Anus haec sitit. quantillum sitit? modica est, capit quadrantal." Quaxare ranae dicuntur, quum vocem mittunt.

Quartarios appellabant muliones mercenarios, quod quartam partem capiebant quaestus.

Quatenus significat qua, ut hactenus hac fine, quatinus vero quoniam; sed antiqui quatenos dicebant.

et sacra, et sancta, et religiosa fiant, sed quo modo, quod† supra expositum est, cum de sacro diximus. ||Repotia postridie nuptias apud novum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio. Pacuvius in Iliona: "Ab eo depulsum mamma paedagogandum accipit appottalis libet†." ||Repagula sunt, ut Verrius ait, quae patefaciundi gratia qua† ita figuntur, ut ex contrario quae oppanguntur†. Cicero in Verrem l. IIII.: "Postea convolsis repagulis, effractisque valvis demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur." quae poetae interdum repages appellant. ||Repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam. Accius: "Repudio eiecta ab Argis iam dudum exsulo." ||Repedare, recedere. Pacuvius: "Paulum recede† gnate a vestibulo gradum." ||Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cuius natum† mutatur fodiendo, cum aut silvester ex quo dicatur†, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui†, vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea, quam scribsit de suis virtutibus contra Thermum: "Ego iam a principio in parsimonia, atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam meam abstinui† agro colendo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis, atque conserendis." Afranius in Repudiato: "Repastina serati† senex fugis." ||Reluere, resolvere, repignerare. Caecilius in Carine: "Ut aurum, et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit† pignori." ||Resignare, antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere. Cato de spoliis, ne figerentur, nisi quae de ho-*ste capta essent: "sed tum, ubi ii dimissi sunt,* rev-*ertantur resignatis vectigalibus* . . . . . .
nar . . . . . .
requi . . . . . .
5 alia a . . . . . .
quod n . . . . . .
reb . . . . . .
indi . . . . . .
tertium . . . . . .
10 ranorum . . . . . .
positi . . . . . .
nisi a . . . . . .
vocaba . . . . . .
cretum . . . . . *Re*-
15 sulta-*re saepe resilire.* ||*Restibilis ager* dicitur, qui bie-*nnio continuo seritur farreo spico,* id est arist-*ato; quod ne fiat, solent qui praedia locant,* exciper-*e.* ||*Reses et residuus dicitur ignavus, quia* residet. Accius *in* . . . . . .
20 residuos, sumn-*o*† *deditos* . . . . . *Afranius* in Rosa: "praetere-*a* . . . . . ."
Pacuius in arm-*orum iudicio*: ". . . . . .
Tuque te desider-*e mavis residem, at contra* nos hic esse in *labore*" . . . . . .
25 ||Resecrare, resol-*vere religione* . . . *uti, cum* reus populum co-*mitis oraverat per deos,* ut eo periculo li-*beraretur, iubebat magi*stratus eum resec-*rare* . . . . . .
se liberarent, inst-*abat* . . . . . .
30 innocensque esset, cau-*sabatur* . . . . . .
est, ne eidem iterim† . . . . . .
animadvertisti . . . . . .
cumque comitia esse . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. XIII, 17, 1. 2. *eo modo quo.* 6. *repotiali lacte.* 8. *qua*] dele. 8. 9. *oppangantur.* 16. *repeda.* 18. *natura.* 19. *excodicatur.* 20. *pascuus.* 25. *obstinui.* 27. *Repastinasse actatem tu.* 30. *ipsa opposivit.* Qu. XIII, 18, 20. *somno.* 31. *interim.*

. . . . . .
. . . . . aut
. . . . . iure
. . . . . ut
. . . . . dica
. . *Plautus*: "*Resecroque, mater, quod dud*-um obsecraveram." . . . . . *resec*-ror
. . . . . ||*R*-es conperendinata significat . . . . . *iu*-dicium *in tertium diem constitutum.* ||*Ravam* vocem *significare ait* . . . . . *raucam et* parum *liquidam, proxime canum latratum son*-antem: *unde etiam causidicum pugnaciter* loquentem *rabulam appellabant, ut est apud* Lucilium . . . . . t ravi*llae* . . . . . *ravist*-elli, nisi *a ravi potius dictos velimus, ut est apud P*-lautum, qui *ait in Aulularia*: "*Ubi si quid* poscamus quod† *ad ravim poscam prius.*" *Et ali*-bi: "Expurgabo *hercle omnia ad raucam* ravim." ||*Rosea in agro Reatino camp*-us appellatur, *quod in eo arva rore hum*-ida semper serent†. ||*Rediculi fanum extra portam* Capenam Cornificius . . . . . *statuit pro*-pterea appellatum *esse, quod accedens ad u*-rbem Hannibal, *ex eo loco redierit, quibus*-dam visis perterritus. ||*Reserari* . . . . . *ait* dici ab eo, quae† demota *sera a ianuae card*-ine patefiant *fores: inde quae patefacta et* declusa sint, reserata *dici. serae* neque dicantur† fustes, *qui opponuntur clausis* foribus. Pacuvius in . . . . . pandite valvas, *removete seras, ut* complectar." ||Remanant, reptent†. Ennius l. I.: "desunt† rivos camposque remant†." ||Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. esse enim rectum rei fert, dativo scilicet, non ablativo casu. sed esse iam usu possessum. ||Ridiculus proprie dicitur, qui in rebus turpibus ridetur. **LIBER XVII. SEXTI POMPEI FESTI LIBER XVIII.**

||"**RIDEO, INQUIT GALBA CANterio**" proverbium est, quod Sinnius Capito ita interpretatur, nisi † qui principio rei alicuius inchoatae deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in provinciam exiens, ad portam ipsam canterium suum animadvertisset cecidisse: rideo (inquit) canteri te iam lassum esse, cum tam longum iter iturus, vix id sis ingressus. ||Retricibus cum ait Cato in ea, quam scribsit, cum edissertavit Fulvi Nobilioris Censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum, et tertium. qua inrigantur horti infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam. ||Recepticium servum, Cato in suasione legis Voconiae cum ait, significat, qui ob vitium redhibitus sit: "ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet." ||Rogat est consulit populum, vel petit ab eo, ut id sciscat, quod ferat. unde nos quoque in consuetudine habemus pro petere, et orare. Cato in dissuasione, ne lex Baebia derogaretur, ait: "hoc potius agam, quod hic rogat." ||Restat

EMEND. LECT. Qu. XIII, 19, 18. *poscam, usque.* 22. *seruntur.* 27. *quod.* 30. *namque dicuntur.* Qu. XIII, 20, 1. *repetunt. destituunt.* 2. *remanant.* 12. *si.*

Res comperendinata significat iudicium in tertium diem constitutum.

Rava vox rauca et parum liquida, proxime canum latratum sonans, unde etiam causidicus pugnaciter loquens **rabula**.

Rosea in agro Reatino campus appellatur, quod in eo arva rore humida semper seruntur. (138)

Rediculi fanum extra portam Capenam fuit, quia accedens ad Urbem Hannibal ex eo loco redierit quibusdam perterritus visis. 5

Reserari a sera dictum est.

Remant† repetant. Ennius: "Rivos camposque remant."

Ridiculus, qui in rebus turpibus ridetur.

Retricibus quum ait Cato, aquam eo nomine significat, qua horti irrigantur.

Receptitius servus est, qui ob vitium redhibitus est. 10

Rogat est consulit populum vel petit ab eo, ut id sciscat, quod ferat.

Restat Ennius posuit pro distat.

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 19, 1. In cod. v. 1. totus lacuna interceptus est; hunc Urs. notare neglexit. Sic confiunt versus XXXIII, cum ab Urs. XXXII solum numerati sint. Sed non indicatum invenio, quo loco in col. II, quae apud Urs. item XXXII. versuum est, tertius et trigesimus inferciendus sit. Putavi tamen, huius spatium expleri literis maioribus, quibus versus tres post sextum conspicui sunt. 2. *aut*] Urs. *ut* cod. vg. 5. *dica*] cod. sed *d* incertum est. *ica* Urs. vg. 6. *Plautus*] Aulul. IV, 7, 2. indicari, vidit A. Aug. 8. *Res comper.*] cf. Ps. Ascon. in Act. II. in Verr. l. I. §. 26. p. 163 Or. Plura e Cic. et Gellio, affatim nota omnia, referunt Dac. Goth. 9. *dicium*] cod. vg. *d* codici subripuit Urs. 13. *loquen-*] *r* ante hoc voc. unus Urs. codici assignat. 14. *rabulam*] v. supra Qu. XIII, 10, 31. *Lucil.*] cod. vg. *cilium* tantum Urs. e codice ponit. 16. *ravistelli*] cf. supra Qu. XIII, 10, 17. v. ravi. 17. *ravi*] v. Qu. XIII, 11, 29., ubi iidem Plauti versus leguntur. *lautum*] cod. vg. *utum* tantum Urs. 18. *poscamus quod*] *poscam usque* scribendum esse monuit Grauert. in Anal. p. 72. 21. *Rosea*] v. de hoc campo Varro de R. R. I, 7, 10. cum Schneideri annot. p. 274. Nomen ex antiquiore forma Latinae linguae mansit, quo ros, gen. rosis, dicebatur. Gloss. Labb.: *Roseus*, *δροσώδης*. *camp-us*] *'fus)* e cod. notatum habeo, *us* vg. Urs. totum voc. supplemento tribuit. 22. *ida*] cod. vg. *da* tantum e codice ponit Urs. *serent*] *seruntur* Paulus. *ferunt* corr. Dac. Praefero *seruntur*, quanquam Plinius non nisi ad pabulum probari Roseae arva testatur. 23. *Rediculi fanum*] Rediculi campus, teste Plin. N. H. X, 43, 60. §. 122., in via Appia erat ad II lapidem. 24. *pro-pterea*] Urs. *propterea* vg. *protere* cod. 25. *rbem*] cod. *bem* e codice Urs. *urbem* vg. 27. *Reserari*] cf. Non. p. 41, 10. Supplementa a Scal. indicata Urs. ad spatia vacua diligentius accommodavit. *quae*] *quod* corr. Urs. 28. *ine*] haec tantum cod., ut in vg., habet: Urs. omnia haec *uae cardine* cod. tribuit, aperto errore. 30. *neque dicantur*] *denique dicuntur* corr. Scal. *namque dicuntur* coni. Urs., recte. 31. *oppon. . . . foribus*] cf. Paulus p. 22. v. asserere. *Paeuv.*] Quae posui supplem., sunt Scal.: Urs. quae temere, ut mihi videtur, addidit, v. in Suppl. Ann. V. Bothe V, I. p. 107. Arm. iud. fr. 15. 33. 34. *Reman.*] *Remant* Paul. *Revitant* corr. Scal. Urs., quod idem esse putant ac *rebitant* a rebitere. *remetant* coni. Lind., collato verbo cognato commetare, quod cum accusativo struitur a Plauto Capt. I, 2, 76. Puto *remanant* teneri posse, ut Barth. Advers. XXXVIII, 11.

Qu. XIII, 20, 1. *reptent*] *repetant* Paulus, et sic corr. Scal. Urs. *repetunt* Lind. *desunt*] *destituant* corr. Scal. *deserunt* coni. Urs. *destituunt* Lind. 2. *remant*] v. annot. ad col. 19, 33. *reditant* vel *remigrant* coni. Merula, Enn. Ann. I, 66. 4. *fert*] Urs. *fer* cod. De ipsa re dictum est in Suppl. Ann. 10. 11. *canterio*] *canteri* coni. Dac., sed non opus est hac mutatione. 12. *nisi*] *in iis* corr. Scal. *de iis* coni. Urs. Mihi Festus scripsisse videtur: *si*. 16. 17. *canteri te*] Urs. *canteritae* cod. 19. 20. *Cato in . . F. Nob. cens.*] v. Meyer. Orr. fragm. p. 27. 44. Lion. Caton. p. 62. De his *retricibus* v. Suppl. Ann. 24. *Receptic.*] hanc sententiam a Verrio expositam esse constat in l. II. de obscuris Catonis: cui suam opponit Gell. N. A. XVII, 6., veriorem et probatam etiam a Nonio p. 54, 9. Cf. Praef. II, 2. 25. *Cato in suas. legis Voc.*] Meyer. Orr. fragm. p. 46. Lion. Caton. p. 75. 27. *sectari*] *Propterea servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa compellaret.* Sic Verrius ipse ap. Gell. XVII, 6, 3. 28. *Rogat*] cf. supra Qu. XIII, 4, 2. v. rogatio. *est*] cod., ut vg. *id est* Urs. 31. 32. *Cato in dissuasione* etc.] Meyer. Orr. fragm. p. 62. Lion. Caton. p. 74.

ANNOT. PAULI. 2. *rabula*] vg. Lind. *ravilla* codd. 3. *seruntur*] codd. praeter Gu., qui *feruntur*, quod Lind. per ellipsin v. *esse* explicat. 7. *Remant*] v. annot. ad Festum.

Ruri esse, non rure dicendum testis est Terentius, quum ait: "Ruri se continebat."

Retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur: "Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle?" quia murmillonicum genus armaturae Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnae institutum est a Pittaco, uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus propter controversias finium, quae erant inter Atticos et Mytilenaeos, rete occulte lato impedivit Phrynonem.

Resignatum aes dicitur militi, quum ob delictum aliquod iussu tribuni militum, ne stipendium ei detur, in tabulas refertur. **Signare** enim dicebant pro scribere.

Rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus scriptum est, quo ritu urbes condantur, arae aedesque sacrentur, curiae, tribus et centuriae distribuantur.

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 21, 1. *distat*] *resistit* legendum coniicit Goth., ut apud Non. p. 378, 27. Gell. I, 22.: non recte. *ait*] supplendum esse *Verrius*, observavit Urs. *Ennius*] *Ennium* corr. Urs. *his*] *is* corr. Urs. V. Ennii Ann. VII, 55. Mer. 2. *aut*] *ast* coni. Scal. *haud* corr. Turneb. Adv. XIII, 25. Urs. Merula. Sufficit *haut*. Dac. ridiculus est, qui Ennii versum e medio carmine sumptum rectius se interpretari posse putat, quam Verrium. *Restat* est i. q. nondum attigit. 3. *Ruri*] de hoc locativo qui dicitur casu nuper multi egerunt, primus Fridericus Rosen in Prolus. corp. rad. Sanscrit. Berol. 1826. *Ruri* dicebatur, ut humi, domi, Sicyoni, Lacedaemoni, illi (quod obsolevit propter vulgatum illic), pro *in rure*. 4. *Phorm.*] II, 3, 16. *se*] *se fere* legitur apud Terentium. 5. *patre*] non tota sententia redditur, sed abrumpitur in fine versus, ut saepius facit Festus. Monuit de ea re Perizon. Animadv. hist. p. 381. 6. *porta Carm. egredi*] eadem Ovid. F. II, 201. *infelici via dextro Iano portae Carmentalis*, ait Liv. II, 49. Cf. Qu. XV, 7, 2. v. Sceler. porta. 7. *est*] cod. vg. om. Urs. 7. 8. *haberi*] *habere* corr. Urs.: quo non opus est. 9. *Cremeram*] Urs. *cremeran* in cod. est. 10. *S. C.*] de hoc Liv. II, 47.: sed is in curia, non in Iani templo SC. factum esse narrat. 11. *Retiario*] cf. imprimis Lips. Saturn. II, 8. Post h. v. nulla in cod. lacuna est, ut apud Urs. 11. 12. *murmill.*] sic MUR in titulo ap. Marin. *Iscriz. Alb.* p. 12. Orell. 2566. murmillonem significat, ac reperitur etiam in Graeco titulo *Μουρμιλλων* ap. Spon. Misc. 347. n. 78. 16. *piscis*] extant etiamnum Murmillonum cassides delphino insignitae, quas nuper tractavit ill. Oleninius, *Essai sur le costume des gladiateurs* p. 3. 17. *Pittaco, uno*] Urs. *pii tacouno* cod. De Pittaci et Phrynonis certamine Strabo XIII. p. 600. Plutarch. de Herod. malign. 15. Polyaen. Strateg. I, 25. Diog. Laert. I, 74. Schol. in Aesch. Eumen. 401. Suidas v. *Πιτταχός*. Eusebius id Olymp. XLIII. a. 1. factum statuit. 21. *lato*] *allato* coni. Dac.: commode, quamquam etiam Paulum *late* legisse codd. consensus ostendit. 21. 22. *Res. aes*] cf. Paulus p. 53. v. dirutum aere. 23. *Tr. Mil.*] post haec excidisse vv. *ne stipendium ei detur*, quae Paulus servavit, viderunt A. Aug. Urs. *resignare*] *signare* Paulus, quod aptius est. 25. *Rituales*] scripsi de his Etrusc. rer. II, 1, 1. T. I. p. 343. III, 2, 5. T. II, p. 30. Hartung. de rell. Rom. T. I. p. 243. antiquos Romanorum rituales libros fuisse statuit, qui nulli unquam fuerunt. 29. *distribuantur*] *distribuentur* Lind. e Santandreana, quae Romanam Ursini reddit, sed multis parvis mendis inquinatam, quae hinc fluxerunt in Lindemanni contextum. *constituantur*] Urs. *constituant* cod. 31. *Rut. canes*] cf. Paulus p. 35. v. catul. porta. 32. 33. *can. sacrificio*] Hinc canarium augurium petebatur, v. Plin. N. H. XVIII, 3, 3. §. 14. 34. *sideris caniculae*] cf. Ovid. F. IV, 939. *praecipuae*] Urs. *praecipue* cod.

Qu. XIII, 22, 1. *censoria maiestas*] de hoc titulo refingendo dixi in Suppl. Ann. 11. *oculo-rum*] Urs.: *ocula* cod., ut fortasse *ocularem* scribendum sit. *ocul* vg. 14. *Ti. Sempr.*] cf. Valer. Max. VI, 5, 3. Cic. de R. P. fragm. VI, 2, 6. ap. Gell. N. A. VI, 16. 15. *labefa*] cod. vg. *labe* tantum codici tribuit Urs. 17. *condempnat*] cod. vg. *condempa-verat* Urs. 18. *cond-*] *d* e cod. est, quod Urs. om. *conde* vg. 19. *Paulus*] *Pauli* corr. Urs. *Paulli* e vg. Suppl. h. l. admodum incerta sunt. Cf. Plutarch. Paul. 39. 21. *capi*] cod. vg. *capitis* Urs. 22. *Sc-*] cod. vg. *S* Urs. 23. *post cons. q. fr. v.*] C. Popilium Laenatem cos. DLXXXI., iterum DXCV. Sed hoc supplem. minus placet; ac simpliciter fatendum est, rem a Festo enarratam obscuram esse. 25. *M. Valer.*] cf. Piso apud Plin. N. H. XVII, 25, 38. §. 245., unde sua petiit Urs. 30. *infamesque*] cod. vg. *infames quae* Urs., qui supplet: *rursus fecit* etc. 32. *C.*] cod. vg.: Urs. idem *C* ut ex supplem. ponit. Alii hunc Marcium Censorinum L. dicunt. Cf. Valer. Max. VI, 9, 10. 34. Urs. supplet: *plurimi itaque censuram adepto damna|tionis poenam remiserunt.*

ANNOT. PAULI. 2. *murmillonem*] M. Gu. *mirmillonem* vg. Lind. et sic postea. 4. *qui*] *quia* M. 5. *Mytilenaeos*] Gu. Lind. *Mitylenaeos* vg. *late*] v. annot. ad Festum.

pro distat ait Ennius† ponere, cum his† dicat: "Impetus aut† longe mediis regionibus restat." ||Ruri esse, non rure dicendum, testis est Terentius in Phormione, cum ait: "ruri se continebat, ibi agrum de nostro patre." ||Religioni est quibusdam porta Carmentali egredi; et in aede Iani, quae est extra eam, Senatum haberi: quod ea egressi sex et trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt, cum in aede Iani S. C. factum esset, uti proficiscerentur. ||Retiario pugnanti adversus murmillonem, cantatur: "Non te peto, piscem peto. quid me fugis Galle?" quia murmillonicum genus armaturae Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hoc autem genus pugnae institutum videtur a Pittaco, uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus propter controversias finium, quae erant inter Atticos et Mytilenaeos, rete occulte lato† impedivit Phrynonem. ||Resignatum aes dicitur militi, cum ob delictum aliquod iussu TR. Militum† in tabulas refertur. resignare† enim antiqui pro scribere interdum ponebant. ||Rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus praescribtum est, quo ritu condantur urbes, arae, aedes sacrentur, qua sanctitate muri, quo iure portae, quomodo tribus, curiae, centuriae distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, ceteraque eiusmodi ad bellum, ac pacem pertinentia. ||Rutilae canes, id est non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito canario sacrificio pro frugibus deprecandae saevitiae causa sideris caniculae. ||Religionis praecipuae habetur Censo-*ria maiestas, cuius in libris de vita P. R.* Varro exe-*mpla haec profert. M. Fulvius Nobilior*, cum M. *Aemilio Lepido Censor factus, cum ei* admodum i-*nimicus antea extitisset, saepeque iudicia* cum e-*o ipsi fuissent, a R. P. aliena existimans odia,* quae in pri-*vata vita exercuerat, eo delato munere,* homini *inimicitias statim remisit: quod eius animi* iudicium fu-*it omnibus gratum et probatum. A. Postumius* Q. F-*ulvius Censores facti, postquam Fulvius duo filios* amiserat *in Illyrico militantes et propter gravem morbum* oculo-*rum censuram gerere non poterat, Postumius ut* libri Sibyl-*lini adirentur auctor fuit, atque ut publice* supp-*licaretur pro valetudine collegae.* Ti. Sempron-*ius, cum a Rutilio Tr. pl. Censoria* fides labefa-*ctaretur, ob parietem dirutum iratus* cum esset ae-*dis suae, collega suo C. Claudio a populo* condempnat-*o, fecit, ut eaedem illae, eodem quae in loco* erant, cond-*empnatum absolverent centuriae.* L. Aemili Paulus† *et Q. Philippi religiosa censura* fuit. Laboravit *Paulus morbo gravi et paene* amissione capi-*tis in eo honore. Religiosa item* et P. Corneli Sc-*ipionis Nasicae, cui collega M. P*opilius, post cons-*ulem qui fratrem vidit, censura* fuit: vadatus *enim cum esset . . . a P. R. liberatum* constat. M. Val-*erius Messala, C. Cassius Longinus* Censores, *quod in eorum magistratu subversa pudicitia* fuerat, famosi *extiterunt. nam palmam, quae* in Capitolio in ara *ipsa Iovis optimi maximi bello Persico* nata fuerat, *tum prostratam ferunt, ibique esse enatam* ficum, infamesque *fecisse illos, qui sine* ullo pudicitiae resp-*ectu fuerant, Censores.* L. Corneli Lentuli C. *Censorini sequitur censura,* Lentulus iudicio pu-*blico repetundarum dampnatus* fuerat. plurimi itaque *timebant, ne censor poenas repeteret.*

EMEND. LECT. Qu. XIII, 21, 1. *Verrius Ennium. is.* 2. *haut.* 21. *allato.* 23. adde: *ne stipendium ei detur.* 23. 24. *signare.* Qu. XIII, 22, 19. *Pauli.*

sed ille nulli gravis fuit. P. Africani L. Mummi *censura insignis: sed in qua segniti*-ae in agendo *notetur Mummius. is Asellum nulla* soluta poena *ex aeraris exemit., Africani irrisa se*-veritate, *qui illum fecerat aerarium. Sed et* Q. Fulvi *Nobilioris et eius collegae Ap. Claudii Pulc*-ci† fuit *nobilissima censura, nobilitati* tribus notis *inustis severissimis. Q. Pompei et Q. Cae*-cili Metelli *Macedonici censura lectus se*-natus; ad summum *senatores amoti sunt* tres, et eo lumine, *qui aliorum offunderent* claritatem. ‖*Redinunt significat redeunt:* Ennius *in Annalibus . . . . . red*-inunt in *patriam." item prodinunt, ferinunt pro prod*-eunt ferinunt. . . . . ‖*R*-egium est, *quod aut est aut fuit regis*, ut servus *regis et domus regia, quae fuit olim* Numae Pompili: *nunc pro fano habetur. regale est di*-gnum rege. ‖*Romanos in l. XI Annal. Graeco*-s appellat Ennius *cum ait: "Contendunt Grae*-cos, Graios memorare *solent sos . . . . . lin*-gua longos per *temporis tractus . . . . . H*-ispani. Non Roman . . . . . cum Romulus urbis *conditor . . . . . .* inae locutus sit; . . . . . gentis fuerit . . . . . *pronuntia*-tione mutata. . . . . *ind*-icat origo eius, ... *u*-surpatio. ‖"Rigido *tum caerula suro" cum ait* Ennius locatus† videtur . . . . . *caeru*-li. est enim a manis† nomine. *eodem verbo de eadem* re usus est et L. II. . . . . *pont*-i caerula prata", caerula *prata mare dixit.* et alibi: "Inde Parum, *cui caerula vi valida ass*-ulabant†", Parum insulam refert. Item: "Unum surum surus ferre† tamen defendere possunt†." suri autem sunt rustes†, et hypocoristicos surculi. ‖Reque eapse Scipio Africanus, Paulli filius, cum pro aede Castoris dixit, hac conpositione usus est: "quibus de hominibus ego saepe, atque in multis locis opera, factis, consiliis, reque eapse saepe† benemeritus spem†", id est et re ipsa. ‖Resp. multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea, quam conscripsit de lege .p. Enni† et peregrinis, cum ait: "eae nationes, cum aliis rebus, per avaritiam, atque stultitiam, res publicas suas amiserunt." ‖"Recto fronte ceteros sequi si norit." Cato in dissertatione consulatus. antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque "a stirpe supremo." et "Ilia dia nepos." et "lupus feta." et "nulla metus." etiam in commentariis sacrorum pontificalium frequenter est hic ovis, et haec agnus, ac† porcus. quae non ut vitia, sed ut antiquam consuetudinem testantia, debemus accipere. ‖Recipie apud Catonem, pro recipiam, ut alia eiusmodi complura. ‖Redemptitavere item, ut clamitavere, Cato idem in ea, qua egit de signis et tabulis: "honorem temptavere†", ait, "l. efacta† benefactis non redemptitavere." ‖Repulsior secunda conlatione dixit Cato in ea, quae est contra Cornelium apud populum: "haec quis† incultior, religiosior, desertior, publicis negotis repulsior." ‖Ratissima quoque ab his† quae rata dicimus. unde etiam rationes dictae. Cato in Q. M. Thermum: "Erga remp. multa beneficia ratissima atque gratissima." ‖Regillis, tunicis albis, et reticulis luteis utrisque *re*-ctis, textis susum ver-

EMEND. LECT. Qu. XIII, 23, 6. *Pulcri.* 29. *iocatus.* 30. *maris.* 34. *assultabant.* Qu. XIII, 24, 1. *In unum surum ad surum ferte:.* 2. *possent.* 2. 3. *fustes.* 7. *saepe*] dele. 8. *siem.* 10. *Penni.* 19. *haec.* 25. *emptitavere.* *malefacta.* 28. *ecquis.* 30. *its.*

Redinunt redeunt.
Regium est, quod aut est, aut fuit regis. **Regale** est dignum rege.
Reaque eapse re ipsa.
Recipie recipiam.
Redemptitavere, ut domitavere.
Repulsior Cato dixit comparative a repulso.
Ratissima quoque ab his, quae dicimus rata, unde etiam **rationes** dictae.

ANN. FESTI. Qu. XIII, 23, 3. *poe*] Urs. vg. *pae* cod. 4. *veritate*] cod. vg. *severitate* Urs. ut e codice. 6. *Pule-ci*] *Pulcri* scribendum. De aliorum opinionibus v. Suppl. Ann. 8. *cili*] cod. vg. *ili* tantum Urs. Urs. supplem. vix placere possunt. 12. *Redinunt*] cf. Qu. XI, 29, 22. v. prodinunt. 12. 13. *Ennius in Ann.*] VI, 34. Mer. 13. *inunt*] cod. vg.: *redinunt*, ut e codice, Urs. 14. 15. Haec similiter supplevi ac Dac. 17. *domus regia*] sic suppl. Urs. *leges regiae* Scal., minus apte. 18. *nunc pro fano*] sumpsi e Qu. XIII, 15, 21. *at regale facinus, quod est di-gnum rege* suppl. Urs. 19. *Ennius*] Ann. XI, 7. Mer. Versus: *contendunt — sos* est etiam apud Festum Qu. XIV, 5, 17. v. sos, ubi *Graios*, *Graecos* inverso ordine scribitur. 20. *memo*] cod. vg. *me* tantum Urs. 21. Ennii versus, qui secuntur, et omnia usque ad v. 28. Urs. parum probabiliter explevit. V. Suppl. Ann. 22. *ispani*] *Hos pavi* corr. Scal. et Merula, eo sensu, ut Ennius se Romanos ita Graeco sermone pavisse glorietur, ut se iam Graecos habeant. *Hesperiae* corr. Urs. 24. *inae*] cod. vg. Urs. tantum *nae* codici tribuit. 28. 29. *Rigido . . suro*] Sic haec concinnavit Urs. Merula posuit ea Ann. XIV, 4. 29. *locatus*] *iocatus* corr. A. Aug. in mg. Urs. 30. *super etymo verbi caeru-li* supplet Urs.: nec tamen video, qua in re hic iocus appareat. *manis*] cod. vg. *matris* Urs., qui *maris* corr. 31. *est et*] *est. et* cod. *L. II.*] II, 43. apud Merulam, qui *caerula prata* tantum agnovit. Urs. supplet: *Fert sese per laeta camp-i caerula prata*: sed Ennianus locus apud Macr. VI, 3., in quo hic versus est: *Fert sese campi per caerula laetaque prata*, equum per viridia prata, non mare, exultantem describit. 34. *ulabant*] *assultabant* correxi, et versum aliter explevi, atque Urs., qui: *Inde Parum per caerula navibus amb-ulabant*: quod putat pronunciatum esse *ambullabant*, non recte usus Festi testimonio v. solitaurilia. Merula Ann. X, 34.

Qu. XIII, 24, 1. *Unum surum*] Urs. *Unum usurum* cod. vg. Infra Qu. XIV, 3, 7. legitur ex eodem versu *su-rus surum*; sed Paulus habet versum integrum: *Unus surus surum ferret, tamen defendere posset.* Quae per caliginem obiectam aucupari mihi visus sum, explicui in Suppl. Ann. Merula, Ann. VII, 20., verba sic disponit, admodum mirifice: *unus Sūru' sūrum ferret, tamen defendere posset*, atque explicat ea de castris tam munitis, ut a milite uno palo tantum armato defendi possent. 2. *possunt*] *possent* corr. A. Aug. in mg. Urs. ex inferiore loco. 2. 3. *rustes*] *fustes* corr. A. Aug. in mg. Urs. 3. *Reque eapse*] Urs. *Reque apse* cod. Cf. Qu. XIII, 16, 2. v. reapse. 4. 5. *Scipio . . . pro aede Cast.*] Meyer. Orr. fragm. p. 104. 6. *ego*] *cum ego* coni. Scal. 7. *saepe*] delendum esse notavit A. Aug. 8. *spem*] *siem* corr. Scal. et Urs. *sum* coni. A. Aug. in mg. 8. 9. *Resp. . . plural.*] hic usus a Cicerone non alienus est. V. Beier. in Cic. de off. III, 5. p. 220. 9. 10. *C. Gracch. . . d. l. p. Enni*] de hac oratione Meyer. Orr. fragm. p. 117. *Pénni* corr. A. Aug. in mg. Urs. Hic Pennus, tr. pl. a. u. c. DCXXVIII., teste Cic. de off. III, 11, 47. peregrinos Urbe uti prohibebat eosque exterminabat. Beier. in Cic. l. l. p. 262. *Fanni* substituere voluit, contra codd. et Ciceronis et Festi manifesta indicia. 14. *Cato in diss. cons.*] Meyer. Orr. fr. p. 73. 15. *Enn.*] huius versus, qui omnes pleniores extant, indicavit A. Aug. 16. *a stirpe supr.*] v. Non. p. 226, 30. et Festus ipse Qu. XIV, 18, 21. v. stirpem. Ennii Ann. VI, 5. Mer. *Ilia d. n.*] v. Non. p. 215, 7. Ann. I, 60. Mer. 16. 17. *lupus feta*] cod. vg. *lupus foeta* Urs. *foemina* corr. A. Aug. in mg. aliique ex Nonio p. 378, 18. et sic Merula Ann. I, 78. Sed nihil opus est mutatione: nam eadem lupus femina etiam feta dicitur, cum ubera praeberet Romulo et Remo. De lupo femina dictum in annot. ad Paulum p. 6. v. agnus. 17. *nulla metus*] Urs. *nullam & us* cod. V. Paulus supra p. 46. v. corius, et annott. 18. *hic ovis*] cf. Paulus p. 114. 19. *haec agnus*] cf. Paulus p. 6. v. agnus. *ac*] *haec* corr. Urs. 21. *Recipie*] Urs. *Recipiae*, non *recipiem*, in cod. est. *Recipiem* corr. Fruter. Verisim. I, 18. in Gruter. Lamp. T. II. p. 834. Scal. Urs. Sed v. supra Paulus p. 22. v. attinge. 23. *clamit.*] *domitavere* Paulus. *idem*] ab A. Aug. aliisque cancellis inclusum iis liberavi. Continuantur glossae Catonianae. 24. *de sign. et tab.*] Meyer. Orr. fragm. p. 36. 25. *temptavere*] *emptitavere* coni. Urs., egregie. *l. efacta*] *malefacta* vg.: sic corr. Urs. 26. *Repulsior*] similia componit Gronov. Obss. I, 14. p. 117. (63.). 27. *Cato . . c. Corn.*] Meyer. Orr. fragm. p. 66. 28. *haec quis*] cod. *Nec quis* vg. *ecquis* corr. A. Aug. aliique 29. *negotis*] cod. *negotiis* Urs. 30. *his*] *iis* vg.: sic corr. Urs. 31. *in Q. M.*] ita *in .q.* cum lineola

Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut, si ea non est, ex proxima necessitudine, quum ad virum traditur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.

(139) **Rapi** solet fax, qua praelucente nova nupta deducta est ab utrisque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in sepulchro comburendam curet, quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur.

5 **Receptus mos** est, quem sua sponte civitas alienum adscivit.

Regalia exta appellabant, que potentibus insperatum pollicebantur honorem, humilioribus haereditates, filiofamiliae dominationem.

Roscii appellabantur in omnibus perfecti artibus, quod Roscius quidam perfectus unus in arte sua, id est comoedia, iudicatus sit.

10 **Rica** est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicae pro palliolo utebantur. Alii dicunt, quod ex lana fiat sucida alba, quod conficiunt virgines ingenuae, patrimae matrimae, cives, et inficiatur coeruleo colore.

supraposita in COD. legendum videtur. *in quam* URS.: sed idem corr.: *in Q. M.*, i. e. *Minucium. in Q.* vg. Meyer. Orr. fragm. p. 35. 33. *Regillis*] cf. Non. p. 539, 10. 34. *ctis*] *rectis* suppl. A. AUG. in mg. Cf. supra Qu. XIII, 13, 8. v. rectae.

ANNOT. PAULI ad p. 287. 2. *aut est*] *aut* om. M. *his*] Pauli codd., ut codex Festi.

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 25, 1. 2. *virginis*] *virgines* corr. A. AUG. in mg. URS. 2. *ominis*] URS. *hominis* COD. 3. *totis*] *togis* vg.: sic corr. URS. 4. *Rapi . . virgo*] cf. Catull. LXI, 256. Appulei. Met. IV. p. 88. Bip. et Welckeri libellus "*Über eine Kretische Kolonie in Theben.*" p. 69. 6. *traditur*] *trahitur*, ut vg. legitur, aut *ducitur* corr. URS. 7. *Rapi . . fax*] de face in nuptiis praelata Paulus p. 66. v. facem, cuius usus caussam explicat Varro in Aetiis apud Serv. in Virg. Ecl. VIII, 29.: sed mos, quem Festus mirifica ratione explicat, alio testimonio non proditus est. 8. *utrisque*] *utriusque* corr. A. AUG. in mg. URS. 11. *alterius utrius*] *alterutrius* corr. A. AUG. in mg., quod et URS. voluisse videtur: sed nihil mutandum est. 12. *Ritus*] cf. Festus Qu. IX, 5, 15. v. mos. 15. *Religiosi*] cf. Qu. XIII, 16, 10. v. religiosus. 17. *dilectum*] COD. vg. *delectum* URS. *nec se superst.*] cf. Non. p. 431, 25. 18. *inplicant*] COD. *implicant* URS. *Renovat.*] cf. Paulus p. 11. v. adtestata. 19. *functio*] *significatio* coni. DAC.: sed ea puto sacra indicari, quae priore fulgure postulata sint. 21. *Referri d. pr.*] Papinianus (quem DAC. laudavit) in Dig. IV, 8, 33.: *Arbiter ita sumptus ex compromisso, ut et diem proferre possit, hoc quidem facere potest: referre autem contradicentibus litigatoribus non potest.* 24. 25. *L. Iuli et P. Licini*] censor. a. u. c. DCLXIV. lustr. LXVII. 25. *fecerint*] COD. *fecerunt* vg. URS. 30. *Respicere*] cf. Qu. XV, 5, 9. v. spectio. *autem et*] *avem est* corr. A. AUG. in mg. URS. 34. *ad*] *at* corr. A. AUG. in mg. URS.

Qu. XIII, 26, 2. *religiosa*] Sepulcra religiosa erant, ex quo gleba in mortuum coniecta est, ut Cic. ait de legg. II, 22. Quae defecerant verba, ea recte suppl. A. AUG. 3. *Reus*] cf. supra Qu. XIII, 9, 16. v. reus 4. *Sinn. in eo, quem*] *de reo inscribit* suppl. URS., quem his omissis in reliquis fere secutus sum. Minus prospere in h. l. versatus est SCAL. 6. *p-*] om. vg. 6. *Roscii*] in hoc suppl. Pauli verba paulo fidelius reddidi quam URS. 9. 10. *l. I. de orat.*] c. 28, 130. Indicavit A. AUG. 10. *Rust. vinalia*] de his dici vidit SCAL. Cf. supra Qu. XIII, 1, 28. 13. *olitores*] cf. Paulus p. 45. v. cocum, cum annotatis. 15. *Raucos*] cf. supra Qu. XIII, 19, 9. v. rava vox. Supplem., quae reddidi, URS. a SCAL. accepit et in paucis mutavit. Cf. Turneb. Adv. XIII, 25. 19. *Rica*] cf. supra Qu. XIII, 13, 5. v. ricae, et Varro de L. L. V. §. 130. *vestim.*] *v* e codice ponitur vg. 20. *Flaminicae*] cf. Paulus p. 67. v. flammeo, et p. 69. v. flammeo vest. *pur-*] *purp-* vg. 22. *Titius*] *Titinius* URS.: eique talem versum subiicit: *Rica ex lana - sucida alba vesti-tus.* Sed Paulo collato apparet verba *sucida alba* non ex poeta sumpta esse. Itaque eundem Titium, qui Qu. X, 21, 2. v. offendices laudatur, hic testem adhiberi statui. 23. *vesti-*] *vestit-* vg. 25-27. Supplem. URS., quae reieci, ut Paulo pressius adhaererem, v. in SUPPL. ANN. 26. *pe-*] vg. *p* tantum URS. Haepropter *perenni*, non *pura* posui. 27. *Respici avis*] URS. supplem. a SCAL. sumpta sunt: hic autem statuit nonnisi primum v. ad hunc titulum pertinere, sequentia omnia autem a superiore loco de resecratione divulsa esse, atque in eo ritu explicando versari. Mihi, cum in integris Festi pagellis nullum se obtulerit exemplum tituli sic distracti, a tam audaci coniectura abstinendum videbatur. Ceterum cf. Paulus p. 50. Capitalis lucus. 28. *inp*] COD. *imp-* URS. 30. *alisque*] COD. vg. *alii* URS. et *sque* ex supplem.

ANNOT. PAULI. 4. *alterius utrius*] M. vg. *alterutrius* GL. LIND. 11. *sucida*] M. *succida* GU. vg. LIND.

sum a stantibus pridie nuptiarum diem virginis† indutae cubitum ibant ominis causa, ut etiam in totis† virilibus dandis observari solet. ||Rapi simulatur virgo ex gremio matris: aut, si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum traditur†, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit. ||Rapi solet fax, qua praelucente nova nupta deducta est, ab utrisque† amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in sepulcro comburendam curet, quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur. ||Ritus est mos comprobatus in administrandis sacrificiis. ||Receptus mos est, quem sua sponte civitas alienum adscivit. ||Religiosi dicuntur, qui faciendarum, praetermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent nec se superstitionibus inplicant. ||Renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, si factum est simile fulgur, quod idem significat. ||Referri diem prodictam, id est anteferri, religiosum est, ut ait Veranius in eo, qui est auspiciorum de comitiis, idque exemplo comprobat L. Iuli et P. Licini Censorum, qui id fecerint sine ullo decreto Augurum, et ob id lustrum parum felix fuerit. ||Regalia exta appellantur, quae potentibus insperatum honorem pollicentur: privatis et humilioribus hereditates; filio familiae dominationem. ||Respicere autem et† in auspicando, unde quis avem prospexit, cum eodem revertitur. ||Religiosum ac sacrum est, ut templa omnia, atque aedes, quae etiam sacratae dicuntur. ad† quod per se religiosum est, non utique *sacrum est, ut sepulcra,* quod ea non *sacra, sed religiosa sunt.* ||Reus, cum pro u-*troque ponatur, ut ait Sinnius* in eo, qu-*em . . . . scribsit, qui aut dicit* pro se a-*ut contra te agit: uterque iuramento* tuo uti p-*otest.* ||*Roscii vulgo appellari* solent, in *omnibus perfecti artibus, quod Roscius* comoedus in *sua arte unus tam perfectus fuit, ut ei* nihil deesset *ad absolutionem perfectionemque, ut l. I* de oratore ai-*t Cicero.* ||*Rustica vinalia* mense Aug-*usto, ut est in Fastis, Veneri fiebant,* quod eodem illo *die aedis ei deae consecrata* est, iumenta-*que et olitores ab opere cessant, quia* omnes horti *in tutela Veneris esse putantur.* ||Raucos appella-*tos esse ait Verrius videri* ab ariditate, *sive a similitudine quadam spi*carum aristae. in sp-*icis enim flava fru*menta rava appe-*llari idem Verrius* docet. ||Rica est *vestimentum quadratum,* fimbriatum, pur-*pureum, quo Flaminicae pro* palliolo, mitra ve *utebantur, ut . . . . .* existimat. Titi-*us autem ait, quod ex lana fiat* sucida alba vesti-*mentum dici ricam, idque esse* triplex, quod conf-*iciant virgines inge*nuae; patrimae, m-*atrimae, cives, quod confec*tum lavetur aqua pe-*renni et tingendo fiat caeru*leum. ||Respici avis *tum dicitur, cum peracto sacri*ficio, quasi finis inp-*etratus est . . . . . .* comitia perfecta, sum *. . . . . sacer*dotes suo more, alisque *. . . . . religio*nem luci, in quo sacra fa-*c . . . . . ca*latoribus ingeniculato *. . . . . .* vinum in caput infun-*debatur solenni cum pre*catione. ||Remisso *exercitu simul etiam au-*

EMEND. LECT. Qu. XIII, 25, 1. 2. *virgines.* 3. *togis.* 6. *trahitur.* 8. *utriusque.* 30. *avem est.* 34. *at.*

gur, quo consul in bello u-sus est in *auspicando, una discedere* iubetur, quod *tunc illo discedente cer*-tum est, exercitum *etiam esse remissum, ita tamen,* ut cum opus sit, *augurem consul denuo ad se posce*-re possit. nam *consules et censores non* in perpetuum *auguribus praesentibus utu*-ntur, ut ait . . *sed in re gerenda sunt iis in auspi*-cio, quas† *poposcerint, augures. a quo prius se*-cures habitae *sunt, eum et in augure legendo priorem* esse ait Antis*tius Labeo* . . . . . *qu*-oque lege signi*fic* . . . . . *auspi*-cando dicitur, ut . . . . . *in libro de* officio Augu*rum* . . . . . in consilio fa*cere ac remanere, quo se*-det loco; pullis . . . . . *solistim*-um facit auspi*cium* . . . . . *ve*-lit, intra pome*rium* . . . . . *tem*-plo consistit. ‖ Re*pertum dicitur, cum quid* amissum recipe*re contigit, quasi repartum et re*-paratum. ‖ Rictus, *ringi, rixae, rixosae* dici videntur, quia *in diversum rumpantur,* contrariaque sint *recto, quod vocabulum a* regendo, ut commo- . . . . . dictum videri po*test.*

‖ *S* . . . . . *in salia*-ri carmine ap*pellatur* . . . . . pia pro sedilibus di- . . . . . *ad*-huc in consuetudi*ne.* ‖ *Susque deque fre*-quens est, pro plus minusve. *proprie est sursum deorsumq.,* quod antiquis usque† dice*bant pro et sursum.* ‖ *Soni*-vio significat in car*mine* . . . . . *a*-ugurali, sonanti. ‖ *Sine sacris hereditas* in proverbio dici solet, *cum aliquid obvenerit* sine ulla incommodi a-

ppendice: quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant, sed etiam privata. relictusque heres sic† pecuniae, etiam sacrorum erat; ut ea diligentissime administrare esset necessarium. ‖ Suppum antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus ex Graeco, videlicet pro adspiratione ponentes † litteram, ut cum idem hylas dicunt, et nos silvas. item ἓξ sex. et ἑπτὰ septem. eius vocabuli meminit etiam Lucilius: "Si vero das, quod rogat, et si suggeri suppus †." ‖ Sempronia horrea qui locus dicitur, in eo fuerunt lege Gracchi, ad custodiam frumenti publici. ‖ Statua est ludi eius, qui quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Ianiculo. cuius ossa postea ex prodigis, oraculorumque responsis Senatus decreto intra urbem relata in Volcanali, quod est supra Comitium, obruta sunt. superque ea columpna, cum ipsius effigie, posita est. ‖ Servilius lacus appellabatur † eo, qui eum faciendum curaverat in principio vici Iugari, continens basilicae Iuliae, in quo loco fuit effigies hydrae posita a M. Agrippa. ‖ Sonticum morbum in XII. significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant esse, qui noceat, quod sontes significat nocentes. Naevius ait: "Sonticam esse oportet causam, quam ob rem perdas mulierem." ‖ Sacram viam quidam appellatam esse existimant, quod in ea foedus ictum sit inter Romulum, ac Tatium. quidam, quod eo itinere utantur sacerdotes idulium sacrorum conficiendorum causa. itaque ne eatenus

EMEND. LECT. Qu. XIII, 27, 8. *quos.* 30. *antiqui susque.* Qu. XIII, 28, 3. *sicut.* 7. adde *s.* 11. *suppum.* 21. adde *ab.*

Repertum dicitur quasi repartum et reparatum.

Rictus, rixae, rixosae*, ringitur dici videntur, quia in diversum rumpantur, contrariaque sint recto, quod vocabulum dictum videtur a regendo.

LIBER XVII.

Susque deque significat plus minusve.

Sonivio sonanti.

Suppum antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus.

Servilius lacus Romae a conditore vocatus.

Sonticum iustum. Naevius: "Sonticam esse oportet causam, quamobrem perdas mulierem."

Sacra via in urbe Roma appellatur, quod in ea foedus ictum sit inter Romulum ac Tatium.

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 27, 1-18. Augurem consuli adfuisse, cum exercitus imperaretur, testatur Varro de L. L. VI. §. 95. Cf. de R. R. III, 2. Festus Qu. XV, 5, 9. v. spectio. Sed reliqua, quae Festus h. l. exposuerat, alio auctore non cognita sunt: reddidi tamen Scal. et Urs. supplem., approbata a Gronovio Obss. I, 1. p. 4. (11.), sed ita ut in v. 4-9. pauca mutarem, quae probabilius constitui posse viderentur, et v. 11-18. omitterem, quae fide omni destituta repperissem. V. haec in Suppl. Ann. 8. *quas*] *quos* corr. Scal. Urs. 9. *cures*] Urs. vg. *ures* nunc in cod. solum est. 17. *lit*] Urs., in quo cod. nunc non variat. *elit* vg. *pome-*] cod. vg. *pomoe* Urs. Cf. Qu. XII, 18, 29. 18. 19. *Repertum*] Urs. additamenta aliquantum mutavi. V. Suppl. Ann. 20. *Rictus*] cf. Non. p. 455. v. rictus, p. 165. v. ringitur. Urs. supplem., quatenus ex Paulo petita sunt, servavi; reliqua reieci in Suppl. Ann. 26. *ri*] Urs. *in* vg. 27. *pia*] Urs., et cod. nunc non variat. *esopia* vg. Hinc illud *sesopia* ortum, quod pro sedilibus poni statuerunt, non sine dubitatione tamen, A. Aug. et Urs., cuius additamenta v. in Suppl. Ann. Apud Plautum Truc. II, 8, 15. vocabulum *esopitius* iamdudum meliori lectioni cessit. 28. *huc*] Urs. *dhuc* vg. 30. *antiquis*] cod. vg. *antiqui* Urs. Scribendum puto *antiqui susque*, et in eam sententiam Urs. supplem., parum illa idonea, immutavi. V. Suppl. Ann. Ceterum Festi explicatio dictioni: susque deque esse vel haberi, minime convenit. 31. *Sonivio*] de hoc augurii genere Scal. docte. Cf. Festus Qu. XIV, 2, 19. v. sonivium, Qu. XIV, 4, 26. v. sollistimum. 32. *saliari et augurali* in lacuna ponit Urs., vix recte. *ugurali*] cod. *augurali* vg. *gurali* codici tribuit Urs. 33. *Sine sacris hered.*] hoc proverbium intelligi vidit A. Aug., et comparavit Plautum Capt. IV, 1, 8. Trin. III, 4, 83. De ICtorum invento, quo senes ad coemptiones faciendas reperti sunt, ut sacra interimerentur, e nostratibus dixit praecipue Savinius de sacr. privat. *Zeitschrift* II, III. p. 387 sqq.

Qu. XIII, 28, 3. *sic*] *sicut* corr. Scal. Urs. 5. *Suppum*] hinc trinionem in tesserarum ludo suppum dictum esse (Isid. Orr. XVIII, 65.), probabiliter coniicit Scal. 7. 8. *litterum*] *s litteram* recte coni. Gothofr. *litteram s* Dac. Cf. Qu. XIII, 30, 9. 10. *Lucilius*] Urs. *Lucius* cod. Apud Dousam est fragm. inc. 45. 11. *suggeri*] i. e. *suggeris*, quod in mg. ponit A. Aug. *suppus*] *suppum* coni. Scal. *Sempr. horrea*] constituta esse videntur C. Gracchi lege frumentaria. 12. *in eo fuer.*] supple: *horrea*. 14. *ludi eius*] *ludionis* corr. Urs.: sed *ludi* est pro *ludii*. Victor ille qui dicitur, quam in VIII Regione inter ficum Ruminalem et Graecostasin columnam cum statua M. Ludii (sic) memorat, manifesto ex hoc Festi fragmento sumpsit. 16. *prodigis*] cod. *prodigiis* vg. Urs. 17. *in Volcanal. . . supra Comit.*] de hoc celebri situ Plin. N. H. XVI, 44, 86. §. 236. Gell. N. A. IV, 5. Dion. Hal. II, 50. 19. *columpna*] cod. *columna* vg. Urs. 20. *Servil. lacus*] Locum eius, ut Festi testimonio convenit, indicavit Ed. Gerhard. *della basilica Giulia (Effemer. letter. di Roma. Nov.* 1823.) p. 19. 21. *eo*] *ab eo* corr. A. Aug. in mg. Urs. 24. *hydrae*] unius e signis, de quibus Plin. N. H. XXXVI, 15, 24, 121. 24. 25. *Sont. morbum*] cf. Paulus p. 83. v. insons, cum annot. 25. *in XII.*] v. Dirksen de XII. tabb. p. 192. 28. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 23. fr. inc. 15. 30. *quidam*] cf. Serv. in Virg. Aen. VIII, 641. p. 496. Lion.: *Huius pacti in Sacra via signa stant: Romulus a parte palatii, Tatius venientibus a rostris.* 32. *quidam*] in his est Varro de L. L. V. §. 47. 33. 34. *idulium sacrorum*] de Iovis ovi iduli Paulus p. 78. v. iduli. *edulium* coni. A. Aug. in mg., mirifice.

ANN. PAULI. 2. *Rictus*] hunc art. quin Lind. invitus omiserit, dubitare non poteram, cum eum invenissem in ed. vet. Ald. vg. *rixosae*] corr. A. Aug. in mg. *rixiosae* ed. vet. Ald. vg.

Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes hi solidi integrique sint corporis. **Solum** enim lingua Oscorum significat totum et solidum. Unde tela quaedam **solliferrea** vocantur tota ferrea, et homo bonarum artium **sollers**, et quae nulla parte laxata cavaque, **solida** nominantur.

5 **Socordiam** quidam pro ignavia posuerunt; Cato pro stultitia posuit. Compositum autem videtur ex se, quod est sine, et corde.

Semis, semodius, semuncia ex Graeco trahuntur, sicut et alia nonnulla, quae S literam pro aspiratione eorum habent, ut ἑπτά septem, ὕλαι silvae. Sic ista ab eo, quod illi dicunt ἥμισυ, declinata sunt.

Supervacaneum supervacuum.

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 29, 1. *ut vulgus opinatur*] eidem opinioni contradicit Varro de L. L. V. §. 47. Exspectares pro vv.: *ne eatenus quidem* potius *non eatenus tantum*. Sed hic error in dicendo videtur ipsius Festi fuisse. 2. *regia*] cf. Festus Qu. IX, 28, 24. v. Oct. equus. 3. 4. *Streniae*] Urs. *Sireniae* cod. vg. 4. *rusus*] cod. *rursus* Scal. Urs. Sed illud a Latino usu non abhorret. V. ann. in Varr. de L. L. X, §. 52. *nec*] *nec ita* corr. A. Aug. in mg. Urs. *sacram viam* excidisse putant A. Aug. in annot. Dac., quod coniuncte scribendum est. Voc. *coniuncte* interponit Goettling. de Sacra via (in Iahnii Annal. Supplem. T. III. p. 631.). 5. *disiuncte*] Urs. *disiunctae* cod. 6. *caeteras*] cod. *ceteras* vg. Urs. 7. *Nov. viam*] *viam novam* coni. Dac., sine iusta caussa. 8. *Scita plebei*] cf. supra Qu. XII, 2, 29. v. pop. commune. 10. *Solitaurilia*] cf. Charis. I. p. 84. P. (nam apud Quinctilian. Inst. I, 5, 67. *suovetaurilia* recte repositum est) et imprimis Festus Qu. X, 5, 10. 16. v. opima. 12. *arietis*] Urs. *arijetis* cod. 14. *contra aci*] posthaec parva lacuna in cod. est, non tanta quantam Urs. indicavit. *contrari* corr. Scal. Urs. Sed deest etiam *boves*, quo voc. boves castratos significat, quos a tauris distinguit, Colum. de R. R. VI, 20. 14. *verbices*] *verveces* vg., et sic corr. Urs. Puto illud a Festo scriptum esse. *maiales*, *qui*] *maialesque* corr. Urs. Omnia a *contrari* usque ad *maialesque* parenthetice dicta sunt. 15. *sollum*] vg. Urs.: in cod. est *soli.um*, deleta litera inter *i* et *u*, quae *d* fuisse videtur. Cf. Festus Qu. XIV, 4, 6. v. solla, et quae illo loco secuntur. *solidum*] vg. Urs. *solo dum* in cod. est. 16. *solii ferrea*] cod., quod esse debebat *solliferrea*, ut in vg. *soluferrea* Urs., qui et ipse *solliferrea* corrigit. 20. *tauri*] i. e. obscenae partes, v. Diomed. II, p. 444. P. 21. *creditur*] *caeditur* corr. Urs., ut vg. *sunt*] ante h. v. plenius interpunxi; apud Urs. comma est. 22. *portent*] *putent* vg., et sic corr. Urs. *praecipue*] Urs. *praecipuae* cod. 25. *confixa*] *confusa* vg., sic corr. Urs. 27. *si*] *sit* vg., quapropter *est* uncis includitur. *sc.* i. e. *scilicet* corrigendum putat Urs., non recte. 27. *sollo*] Urs. *solio* cod. 28. 29. *antiquae consu.*] coniunxi cum superioribus. *antiqua consuetudine* corr. A. Aug. in mg. Urs., qui haec cum sequentibus iungunt. 32. *Ennius mut. fertur*] v. annot. ad Paulum p. 6. v. anus.

Qu. XIII, 30, 1. *mutas semiv.*] cf. supra Qu. IX, 7, 6. 1. 2. *Socord.*] *Secordiam* Urs., ut apud Paulum in ed. princ. legebatur. Item v. 5. 3. 4. *Origg. l. VII.*] v. Lion. Cat. p. 30. Krause fragm. histor. p. 118.: sed hic Catonis quae verba supersunt, non apposuit. Equidem posui tantum, quae probabiliter restitui possunt. 7. *conpos-*] cod. vg. *compos-* Urs. 9. *Semis*] cf. Qu. XIII, 28, 5. v. suppum, et infra Qu. XV, 23, 24. v. serpo. 15. *pon*] Urs. *po* vg.: nunc *p* tantum in cod. agnoscitur. De sublicio ponte v. imprimis Plin. N. H. XXXVI, 15, 23. §. 100. 16. *esse*] Urs. ponit tanquam e cod., in quo non extat. *a* vg. *sublicis*] scripsi. *sublicibus* Urs. Illud necessarium est propter v. 21. Sublicas dicunt Caesar, Livius, Vitruvius: *Sublices*, καταπήγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες legitur in Gloss. Labb. 19. *Formiani*] hi Volscorum in finibus fuerunt. Quae verba in hoc v. interciderint, divinare nequeo, Urs. suppl. v. in Suppl. Ann. In universum in hoc titulo resarciendo magis Scal. sententiam secutus sum quam Urs. exemplum. 20. *qu*] vg. *q* nunc in cod. extat. *et quae* supplendo addit Urs.: tanquam in codice neutrum legeretur. 24. *meminit*] *Sub*, quod Urs. addit, nec cod. nec vg. agnoscit. 25. *in belli*] Quanquam verisimile puto, e Naevii bello Punico versum unum duosve de sublicio ponte allatos fuisse, despero tamen, hos versus ex iis quae supersunt fragminibus restitui posse. Apud Ern. Spangenberg. est B. P. II, 6. 27. *ali*] i. e. alii. *ab* coni. Urs. 30. *inrumiendi*] coniicio: *inrumpendi*. 32. *sent*] cod. vg. *essent* Urs.

ANNOT. PAULI. 2. *sint*] M. vg. *sunt* Gr. Lind. 2. 3. *solliferrea*] ed. vet. vg. *soliferrea* Lind., nescio an e codd. 5. *Socordiam*] boni codd. Lind. *Secordiam* vg. 8. *ὕλαι silvae*] *ylai silvae* M. Gr. *ὕλη silva* vg. Lind. Illud in Festo fuisse apparet. *dicunt ἥμισυ*] *ἥμισυ dicunt* Gr. Lind.: illud propter M. retinui.

quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a regia ad domum Regis sacrificuli, sed etiam a Regis domo ad sacellum Streniae, et rusus a regia usque in arcem. nec† appellari debere ait Verrius, sed disiuncte, ut caeteras vias Flaminiam, Appiam, Latinam. ut ne Novamviam quidem, sed Novam viam. ||Scita plebei appellantur ea, quae plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante. ||Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes eae solidi, integrique sint corporis; contra aci . .† verbices maiales qui† quia sollum Osce totum et solidum significat. unde tela quaedam solii ferrea† vocantur tota ferrea, et homo bonarum artium sollers, et quae nulla parte laxata cavaque sunt, solida nominantur. atque harum hostiarum omnium inviolati sunt tauri, quae pars scilicet creditur† in castratione. sunt quidem qui portent†, ex tribus hostiis praecipue nomen inclusum cum solido tauri, quod amplissima sit earum. quidam dixerunt omnium trium vocabula confixa†, suis, ovis, tauri, adeffecisse id, quod uno modo appellarentur universae. quod si a sollo, et tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis, per unum L enuntiari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo. quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, ut pote Graecus Graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas, semi-*vocales et liquidas.* ||*Socordiam quidam pro ignavia posuerunt:* M. Cato pro *stultitia posuit Originum l.* VII. cum ait: . . . . . *ob immensam ti-miditatem et socordiam causa erat,* ne quid neg-*oti publici* . . . . . *gereretur.* conpos-*itum autem videtur ex se,* quod est sine, *et corde* . . . . . ||Semis, semodi-*us, semuncia: qua ratione* ex Grae-*co trahuntur etiam alia, quae s.* litteram pro *aspiratione eorum* habent, ut -*ἑπτὰ septem, ὕλαι* silvae, sic *ista ab eo, quod illi ἥμισυ* dicunt, *declinata sunt.* ||Sublicium pon-*tem quidam putant* appellatum *esse a sublicis, peculiari vocabulo* Volsco-*rum, quo appellant tigna* in latitudinem *extensa, unde pontem non aliter* Formiani *vocant* . . . . . librorum: qu-*ae ab alis auctoribus* sublices voca-*ntur. quidam, quod sub eo* aqua liquens *laberetur, sublicium dicunt,* in qua opinio-*ne fuit* . . . . . et meminit *Sublici pontis Naevius,* qui ait in belli *Punici libro* . : "... quam liquidum . . . . . amnem", et ali tab-*ulas* . . . . . *nomen* retinet *Sublicius pons* . . . . . Sallustius libro qua-*rto historiarum:* "ne inrumiendi† p-*ontis Sublici* . . . . sublicibus cavata . . . . . *essent.*" ||Supervacaneum, ut *videtur,* secludit Verrius ab v-*acuo, quod*

EMEND. LECT. Qu. XIII, 29, 4. adde *Sacramviam.* 13. *(contrari boves.* 14. *maialesque).* 16. *solliferrea* 21. *caeditur.* 22. *putent.* 25. *confusa.* Qu. XIII, 30, 30. *inrumpendi.*

vacuum quidem dicatur id t-antummodo, *quod supersit abunde*-que sit familiae; *quod autem inutile*, *super*-vacaneum: *sed non probatur ea distinctio.*

|| *Strufertarios appellabant* antiqui . . *ut ait* . . . . . *ho*-mines conductos *mercede*, *qui ad* arbores fulgoritas *noxarum com*-missarum *causa sacrificia quaedam* struae † et *ferto solennibus verbis f*-aciunt. "*Precor te Iuppi*-ter uti mihi *volens propitius sies.*" *quod n*-ullo etiam *fiebat adhibito stru* - fertario.

|| *Suberies arboris genus*, ex qua cortex *natatorius detrahitur.* Lucilius . . . . . ti hibernaculi."

|| *Silicernium dicitur coena fu*-nebris, quam *Graeci* περίδειπνον *v*-ocant. sed . . . . . *V*-errius existimat, *cibi genus*, *q*-uod nos *farcimen dicimus*, *quo purgabatur* letum † familia, *silicernium dici*, *quod*, *cuius n*-omine ea res *instituebatur*, ... *i*-s iam silentium *cerneret. Caecilius Ob*-olostate: "*Credidi silicernium eius* messe † esurum."

|| *Sudum Verrius ait sig*-nificare sub *udum. sed auctor*-um omnium fere *exempla poscunt*, *ut sud*-us siccum significet. *itaque sudum quasi seudum*, *id* est, sine udo, ut *securus sine cura.*

|| *Sublesta antiqui* dicebant infirma *et tenuia.* Plautus in Persa: "Ad paupertatem si immigrant infamiae, gravior paupertas fit, fides sublestior." id est infirmior. Idem in Nervolaria vinum ait "sublestissimum," quia infirmos faciat vel corpore, vel animo.

|| Satur, et vir, et caro non habent †. || Supellectilis recto casu, et senis ratione dicebantur, quae nunc contraria videntur esse finitioni portionis †: quia omnia vocabula X littera finita per declinationes obliquorum casuum syllabam accipiunt. haec autem duo desciverunt ab ea, ut alta compium †, quae non ideo infirmare debent praeceptum.

|| Scurrae vocabulum Verrius ineptissime aut ex Graeco tractum ait, quod est ΣΚΥΡΟΑΖΑΙΝ*, aut a sequendo, cui magis adsentitur, quod et tenuioris fortunae homines, et ceteri alioqui, qui honoris gratia persequerentur quempiam, non antecedere, sed sequi sint soliti. quia videlicet dicat Lucilius: "Cornelius P. noster Scipiadas dicto †, tempusque intorquet in ipsum † oti et † delicis, luci effictae †, atque cinaedo. et sectatori † adeo ipsi † suo, quo rectius dicas. ibat forte domum, sequimur multi, atque frequentes." cum secutos videri velit, ob eorum iurgia, non ob adsuetum officium.

EMEND. LECT. Qu. XIII, 31, 9. *strue.* 22. *fletu.* 26. *me esse.* Qu. XIII, 32, 8. adde: *ἀναλοφίαν.* 11. *finitionis proportioni.* 15. 16. *alia complura.* 21. *ὀκυροπαιχτεῖν?* 27. 28. (*Scipiadam dico.*) 28. 29. *tempus quom torqueat ipsum.* 29. *et*] delendum. *cum lucifuga?* 30. *sectatore. ipse.* Post v. *cinaedo* non interpungendum, post *dicas* v. 31. nonnisi [illegible].

Strufertarios dicebant, qui quaedam sacrificia ad arbores fulgoritas faciebant, a ferto scilicet quodam sacrificii genere. (140)
Silicernium erat genus farciminis, quo fletu familia purgabatur. Dictum autem silicernium, quia cuius nomine ea res instituebatur, is iam silentium cerneret. Caecilius: "Credidi silicernium eius me esse esurum."
Sudum siccum, quasi scudum, id est sine udo. **Securus** sine cura.
Sublesta infirma et tenuia. Plautus: "Gravior paupertas fit, fides sublestior," id est infirmior. Idem vinum ait "sublestissimum," quia infirmos faciat vel corpore vel animo. 5

ANNOT. FESTI. Qu. XIII, 31, 1-4. Verrium supervacaneum a supervacuo distinxisse, statui cum Urs., sed discrimen aliud finxi. Cf. Suppl. Ann. Ultima addidi propter Pauli testimonium. 5. *Strufert.*] horum supplendorum auctor mihi fuit Urs., huic Scal. 6. *mines*] cod., vg. *omines* codici tribuit Urs. 8. *noxarum*] interim posui, donec melius aliquid reperiatur. *piacularium*, quod Scal. et Urs. posuerunt, dici non potest pro *piaculorum*. 9. *struae*] *strue* corr. Scal. Urs. Post h. v. delevi punctum, quod est apud Urs. 10. *aciunt*] cod. vg. *faciant* Urs. 11. *Precor te*] Hic versus neque in cod., neque in vg. maiusculis literis expressus est, ut apud Urs. De formula restituenda v. Suppl. Ann. *ter*] *et* vg. 12. *ullo*] vg. *nullo* Urs. *llo* nunc in cod. legitur. 14. *Suberies*] Urs. supplementa petita sunt ex Isidori Origg. XVII, 7, 27. 16. *hibernacu-*] cod. *hibernacul* vg. *hibernaculi* Urs. Ego *li* transtuli in sequentem versum, qui in cod. vacuus relictus est, quod Urs. non indicavit. 18. *Silicern.*] cf. Donat. in Terent. Ad. IV, 2, 48. Serv. in Virg. Aen. V, 92. Nonius p. 48, 4. Fulgentius p. 560.: et de farcimine illo Arnob. adv. gent. VII, 24. In reficiendo articulo ubi a Scal. et Urs. discesserim, v. in Suppl. Ann. 21. *uod*] cod. vg. *quod* totum codici tribuit Urs. 22. *letum*] cod. vg. *fletum* Urs., qui corr. *fletu*. Item v. 23. *n* ad *omine* ab Urs. temere adiectum est. 25. *Caecil.*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 140. fr. 5. Spengel. Caecil. fragm. p. 34. fr. 5. In *Ob-olostate* cod. et vg. non habent *Ob*, ut Urs. 26. *messe*] scr. *me esse*, quod vg. tanquam e codice ponitur. 27. Hic v. in cod. vacuus est, quod Urs. notare neglexit. 28. 29. *subudum*] supplet Urs., recte. Ita *semiudum* putat esse sudum Philargyr. in Virg. G. IV, 77. Serv. Fuld. in Aen. VIII, 529., ipsumque *subudum* ad explicandum vocabulum adhibet Serv. in Aen. l. l. Apud Non. p. 31, 14. legitur: *Sudum dictum est quasi semidium*, sed et hic scribendum *semiudum*: quo voc. etiam Arnobius utitur adv. gent. VII, 3. 29. *um*] cod. vg. *orum* Urs., ut e codice petitum. 30. *us*] cod. vg. *s* Urs. 33. *Sublesta*] cf. Non. p. 177, 11., qui Plauti versus minus fideliter reddit. Isid. Gloss.: *Sublestis*, *infirmus*, *tristis*. 34. *Pl. in Persa*] III, 1, 20.

Qu. XIII, 32, 3. 4. *in Nervol.*] Bothe p. 440. fr. 5. Perperam etiam vocc. *quia* .. *animo* tribuuntur Plauto. 7. In hac pagina, ut numerus versuum constaret, post v. 6. et 17. vacuum spatium reliqui, quanquam neque ab Urs., neque ab Arndtsio indicatum. 8. *non habent*] *obliqua* supplent A. Aug. Dac., contra sententiam Festi puto. Cur enim viri non haberetur obliquus casus voc. vir, ut liberi voc. liber? Sed non habent ἀναλογίαν vir, satur, caro: quod voc. cum Graecis literis expressum esset, facilius excidere poterat. 11. *finitioni portionis*] *fin. proportionis* vg. et sic corr. Urs.: sed *finitionis proportioni* scribendum est. Proportionem enim ἀναλογίαν intelligit (cf. Varro de L. L. X. §. 2.) finitionem syllabam voc. finientem. 15. *desciverunt ab ea*] quod senex nulla, supellex duabus syllabis augetur in declinando. 15. 16. *alta compium*] *alia complura* vg., et sic corr. Urs. 19. 20. *ineptissime*] pertinet ad *tractum*, non ad *ait*. 21. *SKYPOAZAIN*] cod. vg. σκυροάζειν vg. *schypoazain* Urs. συγκυρεῖν coni. Scal. σκιρτάζειν (fort. σκιρτᾶν) Lind. Verbum currendi potestate praeditum fuisse putat Lobeck. Aglaoph. p. 1317., ut σκυριάζειν, quod cum praev. ἀπὸ compositum habeat Hesych. Sed Hesychius habet ἀποκυριάζειν, non ἀποσκυριάζειν, et nulla caussa est, cur etiam hoc etymon a currendi verbo petitum autumemus. Opinor potius verbum hic fuisse, quemadmodum σκιραφεύειν est vel σκιροπαικτεῖν. In σκίρος, σκίῤῥος, σκύρος fluctuavit scribendi consuetudo. 22. *tenuioris*] cod. vg. *tenuiores* Urs. 26. 27. *Lucil.*] inc. 6. apud Dousam. 27. 28. *Scipiadas dicto*] *Scipiades dicto* Scal., cuius ratio valde contorta est. *Scip. dictus* coni. Dousa. *Scipiadem dico* Lind. probabiliter, nisi quod *a* in *Scipiadam* servari potest. 28. *temp. . . ips.*] *penitusque intervenit ipsi* Scal., intolerabili audacia. *tempusque interduit ipsum* Lind., quod vult esse i. q. interpellat. Tentavi: *tempus quom torqueat ipsum*. 29. *oti et delicis*] cod. *o. et deliciis* Urs. vg. *molli et d.* coni. Scal. *Orci deliciis* Dousa. *oti, et delicias* Lind. Mihi *et* delendum videtur. *luci effictae*] *Luci, effigiae* coni. Scal., sed idem secundis curis: *et lucifugae*. *lucifugae* Lind. Si scripseris *cum lucifuga* et proximo v. *sectatore* structura expediri poterit. Punctum v. 30. post voc. *cinaedo*, et v. 31. post *dicas* tollendum. 30. *adeo ipsi suo*] *assiduo* coni. Scal. *ipse suo* Lind., omisso *adeo*, quo non opus est, si *et* superiori versui additur. *sectatori adeoque suo* Dousa, "nisi quis malit *Scurrae adeo ipsiusque suo*." De explicando hoc vexatissimo loco v. Suppl. Ann.

ANNOT. PAULI. 1. *Strufertarios*] vg. Lind. *serufert.* boni codd. *fulgoritas*] retinui e bonis codd. *fulgur.* vg. Lind.

Secus aliter; haud secus, non aliter.

Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo†, quod datur in stipendium militi, et quum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

Sobrinus est patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius.

5 **Sororiare** mammae dicuntur puellarum, quum primum tumescunt.

Surregit et **sortus** pro surrexit, et quasi possit fieri surrectus, frequenter posuit Livius.

Sors et patrimonium significat. Unde **consortes** dicimus; et dei responsum et quod cuique accidit in sortiendo.

Soracum est, quo ornamenta portantur scenicorum.

Sobrium vicum Romae dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino
10 supplicabatur. **Sons** nocens; **insons** innocens.

Sodales dicti, quod una sederent et essent, vel quod ex suo datis vesci soliti sint, vel quod inter se invicem suaderent, quod utile esset.

Sodes si audes, uti **sis** pro si vis, et **illico** pro in loco. Terentius in Andria: "Dic, sodes, quis heri Chrysidem habuit?"

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 1, 3. *Stipem*] cf. Varro de L. L. V. §. 182. 4. *de eo quae*] *id quod* vg.: ita corr. Urs. 6. *Sobrinus*] cf. Qu. XI, 32, 31. v. propius sobrino. 8. *isdem*] cod. *iisdem* Urs. 10. *consobrino*] *sobrino* corr. A. Aug. in mg. Urs. 11. *Sororium tigillum*] de eadem re Liv. I, 26. Dion. Hal. III, 22. Aurel. Vict. de vir. ill. 4.: sed Festo quaedam propria sunt. Paulus cum articulum transtulit in p. 143. 13. *Metti*] *Metii* corr. Urs. cum vg.: sed non opus est. *Fufitii*] *Suffetii* corr. Urs. cum vg.: sed rectius *Fufetii* correxisset. Sic, *Φουφέντιος*, est apud Dionysium. 14. *Hor. et Curati*] *horati et curati* cod. *Horatii et Curatii* Urs. in contexto habet, et corr. *Curiatii*, ut vg. legitur. 17. *victorque*] Urs. *victoque* cod. 19. *nomine*] Urs. *nomino* e cod. notatum habeo. 21. *sceleri*] *sceleris* corr. Urs., ut vg. legitur. 27. 28. *Iun. Sororiae*] Iovem etiam habet Tigillum Augustin. de C. D. VII, 11. 29. *noxia*] cf. annot. ad Fest. Qu. IX, 23, 33. 31. *Sororiae*] *Sororiare* corr. Urs. cum vg. Cf. Paulus p. 68. v. fratrare. 34. 1. *Plautus in Fribol.*] Bothe p. 438. fr. 6.

Qu. XIV, 2, 1. *Fribol.*] *Frivolaria* corr. A. Aug. in mg. Plauti versus Scal. sic resarcit: *tunc papillae primitus Fraterculabant. illud volui dicere, Sororiabant. quid opus est verbis.* Urs.: *tunc sororiabant papillae primulum, sed illud volui dicere, fraterculabant. quid opus est verbis multis.* Hunc deserui propter metrum et sententiam, illum propter spatia in cod. indicata. 5. *sortus*] id pro *sorctus* dictum est, ut fartus, artus pro farctus, arctus: sorctus autem erat pro surrectus. Non opus est, ut *sorctus* scribatur, ut in Forcellini Lexico legitur. 7. *Livillus*] *Livius* Paulus habet, sine dubio recte. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 20. inc. 49. 9. *consortes*] cf. Paulus p. 55. v. desertiones, et p. 62. v. erctum citumque. 10. *Deis*] *Dei* corr. A. Aug. in mg. Urs. *resp*] cod. vg. *respon* Urs. codici tribuit. 11. Soracum Polluci X, 29, 136. est *σώρακος, τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν.* Sarraca temere immiscet Meurs. Exerc. crit. II, III, 5. 12. *ornamenta*] dicuntur personae et vestitus histrionum, ut saepe apud Plautum. Hoc fortasse faciet ad Varronis illa VI. §. 76. intelligenda: *Indidem (ab ore) ornamentum, quod, sicut olim, ornamentum scenici plerique dicunt.* Apud Vitruv. V, 7. *spatia ad ornatus comparata* sunt, quae Harpocr. v. *παρασκήνια* dicit *τόπον ταῖς εἰς τὸν ἀγῶνα παρασκευαῖς.* 13. *Plautus in Persa*] III, 1, 64. 14. *iccillum*] *eccillum* corr. Scal., ut apud Plautum legitur. 18. *ali, quod*] *aliquod* cod. vg. *alii quod* Urs. 18. 19. *lacte non vino*] *non lacte sed vino* Urs. contra sententiam; nam hi sobrium vicum dictum statuerunt a *νηφαλίαις θυσίαις.* 19. 20. *Sonivium*] cf. supra Qu. XII, 13, 33. v. puls. 22. *plus*] *puls* corr. Urs. *quadr*] cod. vg. Urs. tantum *quad* e codice affert. *ex ore*, quod Urs. post *quadrupedive* addit, non satisfacit. Servio auctore in Virg. Aen. III, 90. p. 192. ed. Lion. etiam appellatur *tripudium sonubium* (scribe *sonivium*), *si arbor sponte radicitus cadat, si terra tremat.* Cf. Fest. Qu. XV, 19, 32. v. spiciunt. *Sons*] singulare dixit Ausonius in technopaegnio. Cf. Paulus p. 83. v. insons. 26. *ex suo datis*] intelligit *ἔρανον. datis* Pauli libri praebent, *dapibus* in Paulo corr. Scal., et in Festo suppl. Urs. 27. *se*] cod. vg. Urs. id tanquam ex supplem. ponit. 28. *ess*] cod. *es-* vg. Urs. 29. *congre*] *congeras* corr. Scal. Urs., collato Festo Qu. XVI, 5. p. 190, 20. v. tappulam. Praetulerim *congerras*. Cf. annot. ad Paulum p. 32. v. cerrones. *vocar*] cod. *vocan* vg. *voca-ri* Urs. 30. *γέρρα*] non in cod. est, sed suppletum a Scal. Urs. 31. *Sodes*] cf. Paulus p. 39. v. cumalter, et annot. Cicero Orat. 45. *si*] cod. vg. *sis* Urs. 32. *Terent. in Andr.*] I, 1, 58.

ANNOT. PAULI. 2. *et de eo*] boni codd., quod servavi, quoniam ab ipso Paulo scriptum esse apparet. 9. *putant*] vg. Lind. *putatur* boni codd. 13. *uti*] M. *ut* Gu. Illud Festi liber habet.

|| Secus Valgius putat ex Graeco quod est ἑκὰς dictum. absurde scilicet. significat enim aperte aliter, exemplis omnium fere, qui eam vocem usurpant. || Stipem esse nummum signatum, testimonio est et de eo quae† datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. || Sobrinus est, ut ait Gallus Aelius, patris mei consobrini filius, et matris meae consobrinae filius. femina isdem de causis appellat fratrem, et fratrem patruelem, et consobrinum, et propius consobrino†, et sobrina. iidem gradus in sobrina quoque sunt. || Sororium tigillum appellatur hac de causa. ex conventione Tulli Hostili regis, et Metti Fufitii† ducis Albanorum, Trigemini Horati, et Curati† cum dimicassent, ut victores sequeretur imperium, et Horatius noster exsuperasset, victorque domum reverteretur, obvia soror, cognita morte sponsi, sui fratris manu occisi, aversata est eius osculum, quo nomine Horatius interfecit eam. et quamquam a patre absolutus sceleri† erat, accusatus tamen parricidi apud Duumviros, damnatusque provocavit ad populum, cuius iudicio victor, duo tigilla tertio superiecto, quae pater eius constituerat, velut sub iugum missus, subit, consecratisque ibi aris Iunoni Sororiae, et Iano Curiatio, liberatus omni noxia sceleris est auguriis adprobantibus. ex quo sororium id tigillum est appellatum. || Sororiae† mammae dicuntur puellarum, cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Fribolaria†: *"fraterculabant mulieri* papillae pri-*mum: sed illud* volui dicere, *sororiabant. quid* opus est verb-*is pluribus?"* || *Surregit* et sortus an-*tiqui ponebant pro surrexit* et eius parti-*cipio, quasi sit surrectus, quibus* L. Livill-*us*† *frequenter usus* est. || Sors et *patrimonium significat*, unde con-*sortes dicimus, et* Deis† resp-*onsum, et quod cuique* accidit in so-*rtiendo.* || *Soracum est,* quo ornamen-*ta portantur scenicorum.* Plau-*tus in Persa: "librorum* iccillum† *habeo plenum soracum."* || Sobrium vicum *dictum putant* . . . . et Aelius, quod *in eo nullus tabernae* locus neque caup-*onae fuerit.* ali, quod in eo M-*ercurio lacte, non* vino, solitum *sit supplicari.* || *Sonivium* tripu-*dium, ut ait Appius* Pulcher, quod *sonet, cum pullo excidit* plus†, quadr-*upedive* . . . . . || *Sons* nocens, ut ex c-*ontrario insons innocens.* || Sodalis *quidam dictos esse putant*, quod una s-*ederent essentque;* alii, quod ex suo *datis vesci soliti essent;* alii, quod inter se *invicem suaderent*, quod utile ess-*et. eosdem, quod coeant* crebro, congre† vocar-*i a Graeco* vocabulo, quod est -*γέῤῥα.* || Sodes, si audes, uti si-*s pro si vis, et illico* pro in loco. Terentius *in Andria: "Dic* sodes, quis heri Chry-*sidem habuit?"* || Surum dicebant, ex quo *per demi-*

EMEND. LECT. Qu. XIV, 1, 4. *et id quod.* 10. *sobrino.* 13. *Fufetii.* 14. *Curiati.* 21. *sceleris.* 31. *Sororiare.*
Qu. XIV, 2, 1. *Frivolaria.* 7. *Livius.* 10. *Dei.* 14. *eccillum.* 22. *puls.* 29. *congerras.*

nutionem surculus fac-tum est. Plau-
tus in . . . . . *surus* non est tibi."
surum dicebant pal-um, item: nam qui-
. . . . . cus surculis,
. . . . . m, tum poli-
ebant . . . . . aut asulae
. . . . *Ennius: "In unum su*-rus† surum
ferte: tamen defende-re possent."
‖*Suremit, sumpsit* . . . *"Inque* manum su-
remit hastam." et: "puerum surempsit,"
. . . . . pue-*rum* sustule-
rit. ‖*"Syrium non Scyr*-ium" dixit:
. . . . . est, quod cum
. . . . . cio nobilissi-
mi . . . . . atque ob eam
. . . . . issimus semper
. . . . . *i*-nstituit, cum
. . . . . imus sumere-
tur is, qui esset . . . . ipso dignior.
. . . . . σκύριον-καὶ οὐκέτι σύ-
ριον . . . . . t. quod si mon-
. . . . . tem non num-
quam . . . . . Socratem. quas
. . . . . *coniece*-rat in librum
. . . . . *quem* inscripserat Scy-
rium . . . . . gratia id appel-
la . . . . . ‖*Summu*-ssi dicebantur
murmuratores . . Naevius: "odi, inquit,
summussos, pro-inde aperte dice,
quid siet, quod times." Ennius in sexto
Annalium: "I-ntus in occulto mussa-
bant." et Enniu-s in Andromacha: "di-
cere . . . . *no*-n est: nam mussare si-
. . . . . *Iuventiu*-s in Agnorizomene†:
"quod potes, sile, cela, occulta, tege,
tace, mussa, mane." ‖Sum, pro eum
usus est Ennius li. I.: "At tu† non ut sum
summa† servare decet rem." et l. II.:
5 "At† se se sum quae dederat in lumi-
nis oras." ‖Sollo Osce dicitur id quod
nos totum vocamus. Lucilius: "suasa†
quoque omnino dirimit†, non sollo
dupundi", id est, non tota. idem Li-
10 vius. Sollicuria, in omni re curiora†.
et solliferreum genus teli, totum
ferreum. Sollers etiam in omni re pru-
dens; et sollemne, quod omnibus
annis praestari debet. ‖Solla†
15 appellantur sedilia, in quibus non
plures singulis possint sedere,
ideoque soliar sternere dicuntur,
qui sellisternium habent, et so-
laria† vocantur Babylonica, qui-
20 bus eadem sternuntur. quae, ut a-
it Verrius, omnia ducta sunt
solo†. alvei quoque cavandi† gratia
instituti, quo singuli descendunt,
solla† dicuntur. quae ascendendo†
25 potius dicta videntur, quam
a solo. ‖Sollistimum, Ap. Pulcher
in Auguralis disciplinae l. I. ait,
esse tripudium, quod aut† exci-
dit ex eo†, quod illa fert: saxum ve
30 solidum, aut arbos viviradix
ruit, quae nec prae vitio, humani†
caedantur ve, iaciantur ve, pel-
lantur ve. ‖Solum, terram. Ennius
l. III.: "Tarquinio dedit imperium

EM. LECT. Qu. XIV, 3, 7. *surum ad.* 34. *Anagnoriz.* Qu. XIV, 4, 3. *te.* 4. *summam.* 5. *Ad.* 7. *vasa.* 8. *redimit?*
10. *curiosa.* 14. *Solia.* 18 19. *soliaria.* 22. *a solo. lavandi.* 24. *solia. a sedendo.* 28. *quom avi.* 29. *orc.* 31. *humanare vi.*

Surum dicebant, ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius: "Unus surus surum ferret, tamen defendere possent."

Suremit sumpsit: "Inque manus suremit hastam." **Surempsit** sustulerit.

Summussi murmuratores. Naevius: "Odi, inquit, summussos, proinde aperte dice, quid sit." Terentius† mussare (141)
pro tacere posuit, quum ait: "Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa."

Sum pro eum usus est Ennius. 5

Sollo Osce dicitur id, quod nos totum vocamus. Livius, **solliferreum**, genus teli, id est totum ferreum. **Sollers** etiam in omni re prudens, et **sollemne**, quod omnibus annis praestari debet.

Solla sedilia, in quibus singuli tantum possunt sedere, ideoque **soliar** sternere dicuntur, qui sellisternium habent, et **solaria**† vocantur Babylonica, in quibus eadem sternuntur.

Solum terram dicunt. 10

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 3, 1. *Plau-*] cod. vg. *Pla* Urs. 3. *palum*] cf. Paulus p. 45. v. crebrisuro. 4. 5. 6. Urs. additam., quae omisi, v. in Suppl. Ann. 5. *m*] cod. vg. *rum* Urs. 7. 8. *Enn.*] de hoc versu v. Qu. XIII, 24, 1. v. rigido. 9. *Suremit*] cf. annot. ad Paulum. Coniectanea de his posui in Suppl. Ann. *manum*] *manus* Paulus. 11. *pue-rum*] in cod., ut vg., legitur *pue* (*e* in cod. formam diphthongi *ae* habet) cum parva lacuna. Urs. *uerum* tanquam e codice ponit. 12. *Syrium non Scyr.*] Urs. quae hic reposuerit et quae mihi infuisse videantur, v. in Suppl. Ann. *ium*] *ium* incertum, an *cum* in cod. *cum* vg. Urs. 14. *cio*] *nio* vg. 18. *imus*] cod. vg. *mus* tantum Urs. codici tribuit. 20. σκύριον] non est in cod., sed ab Ursino profectum: quanquam id voc. etiam in annot. ab eo ut e codice ductum profertur. 28. *Naev.*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 95. inc. 22. 29. *aperte dice*] *dice aperte* verba ponit Scal., propter diaeresin in medio tetrametro, ut videtur: sed plus valet Festi et Pauli codicum consensus. 30. *quid siet*] Scal. recte, *quid sit* Urs. ex Paulo. *times*] cod. vg. Urs. id supplem. attribuit. 30. 31. *Enn. in sexto Ann.*] v. Paulus p. 100. v. mussare cum annot. 32. *Enn. in Androm.*] Bothe V, I. p. 35. fr. 5. *Aecius* posuerat Urs., sed ab hoc Andromache iure abiudicatur. Hunc versum Urs. sic explet: *Dice iam mater non est: nam* (corrigit *iam*) *mussare sine.* Voluit certe *dicere.* 34. *Iuventius*] de huius poetae nomine, quod Paulus in *Terentius* mutavit, v. Suppl. Ann. *Agnoriz.*] *Anagnorizomene* corr. A. Aug. in mg. Urs.

Qu. XIV, 4, 1. *sile*] pro pyrrhichio est, ut efficiatur tetrameter trochaicus. *occulta*] *culta* manu sec. scriptum est; eaedemque syllabae iterum scriptae fuisse videntur in lacuna proxime sequenti. 2. *Sum*] cf. annot. ad Paulum p. 36. v. callim. 3. *Ennius*] Urs.: *enius* cod. *li. I.*] I, 152. apud Merulam. *tu*] *te* corr. Merula. 4. *summa*] *summam* vg., et sic corr. Urs. Merula. *l.*] cod. *li.* Urs. *II*] II, 28. Mer. 5. *At se se*] *Accedit* corr. Merula. *Ad sese* Dac., cogitatione addens *advocat* vel simile verbum. 6. *Sollo*] cf. supra Qu. XIII, 29, 10. v. solitaur. 7. *Lucil.*] fr. inc. 38. apud Dousam. *suasa*] *vasa* corr. A. Aug. in mg. Urs. Dousa, recte: nam suasum coloris nomen, de quo v. Qu. XIV, 8, 12., ab hac re alienum. 8. *dirimit*] *redimit* corr. Dousa: quo metrum adiuvatur, sententia non explanatur. *sollo*] *solla* vg., et sic corr. Urs. Dousa: sed *sollo* Osce dici ipse Festus monuit. 9. *dupundi*] *dupondi* vg. Dousa, qua correctione non opus est. 9. 10. *Livius*] hic *sollo* dixit, non *sollicuria*, ut creditur. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 21. inc. 55. 10. *curiora*] *curiosa* corr. A. Aug. in mg. *Sollicurio* et *curiosus* coni. Dac., temere. 14. *Solla*] *Sola* vel *Solia* coni. A. Aug. in mg.: hoc probant Scal. Urs. 17. *soliar*] *solla* vg. Quod in cod. est, recte tuetur Scal. Idem voc. posuit Varro in Cosmotoryne apud Non. p. 3, 25. 18. *sellist.*] cod. vg. *sollist.* Urs. Illud unice verum, auctore Ernestio in Tac. Ann. XV, 44. aliisque VV. DD. Qui sellisternium habent, sunt στρῶται dearum. 18. 19. *solar.*] *soliaria* corr. Scal. 22. *solo*] *a sollo* corr. A. Aug. in mg. Scal. Urs.: sed Verrii sententia postulat: *a solo.* *cavandi*] *lavandi* vg., et sic corr. Urs. 24. *solla*] corrige *solia.* *ascendendo*] *a sedendo* vg., ita corr. Urs. Cf. Qu. XV, 16, 12. 26. *solo*] *sollo* vg., et sic corr. Urs.: non recte. His ultimis verbis Festus totam Verrii sententiam de etymo solii repudiat. *Solist.*] cf. Cic. de div. II, 34, 72. 28. *quod*] coniicio *quom.* *aut*] *avi* vg., sic corr. Urs. 29. *eo*] puto fuisse *ore.* 30. *aut*] *aut si* coni. Lind., nescio quam ob caussam. *arbos vivir.*] idem fere dici sonivium, annotatum est ad Qu. XIV, 2, 22. 31. *humani*] *humanave vi* vel *humi cadant* coni. A. Aug. in mg. Illud merito praefert Urs. 33. 34. *Ennius l. III.*] III, 6. Mer.

ANNOT. PAULI. 1. *possent*] ed. vet. vg. *posset* Lind., quod errore factum puto. 2. *Suremit*] M. (qui poetae verba om.) *surremit* Gu. vg. Lind. *Surempsit*] Gu. *surrempsit* M. vg. Lind. 3. *Terentius*] v. annot. in Festum. 6. *Livius*] Mirum quod Paulus, cum negligenter Livii nomen ad aliam rem transferret, casu vera dixit, nam Livius rerum Romanarum scriptor solliferreum memoravit XXXIV, 14. 8. *sellisternium*] *sollistern.* M. 9. *solaria*] v. annot. ad Festum.

Solea vel ea dicitur, quae solo pedibus subicitur, vel genus piscis, vel materia robustea, super quam paries craticius exstruitur.

Solox lana crassa, vel pecus lana non tectum*. Titinnius: "Lana soloci ad purpuram data"; et Lucilius: "Pascali pecore ac montano, hirto* atque soloce."

5 **Sos** pro eos antiqui dicebant, ut Ennius: "Constitit inde loci propter sos dea diarum†."

Sos interdum pro suos ponebant; per dativum casum idem Ennius effert: "Postquam lumina sis oculis," pro suis.

Sultis si vultis. Plautus: "Sequimini me hac sultis;" et Cato: "Audite, sultis, milites."

Solatum genus morbi.

Solipugna genus bestiolae maleficae, quod acrius concitatiusque fit fervore solis, unde etiam nomen traxit.

10 **Sospes** salvus. Ennius tamen sospitem pro servatore posuit.

Sospitare est bona spe afficere, aut bonam spem non fallere.

Succrotilla vox, tenuis et alta. Titinnius: "Feminina fabulare* succrotilla vocula."

ANN. FESTI. Qu. XIV, 5, 1. *aliubi*] *alibi* corr. A. Aug. in mg. Urs. 3. *solea*] nos dicimus: *Schwelle, Schwellenbalken.* 5. *pro*] *per* in cod. esse affirmat A. Aug. in mg. *robustea*] *robusta* corr. Urs. cum vg.: sed constat illa vocabuli forma etiam Vitruvium uti. 6. *paries crat.*] nos: *Fachwerk-Mauer.* V. Vitr. II, 8. VII, 3. Ulpian. in Dig. XVII, 2, 52. §. 13. Cf. Paulus p. 82. v. intergerivi. *Solox*] Gloss. Labb.: *Solox*, ἔριον παχύ. Fronto de eloqu. p. 228. ed. Mai., laudatus a Forcellino: *pallium philosophicum soloci lana.* 8. *non tectum*] i. e. pellibus, qualibus vestitae erant pellitae illae oves Galaesi (Horat. C. II, 6, 10.): de qua re pluribus agit Varro de R. R. II, 2. Explicuit Lind. 8. 9. *Barrato*] *Barathro* vg. *Barbato* em. Urs. Hoc nomen fuisse eius fabulae, arbitratur Mercer. in Non. p. 3, 20, et alii, quanquam parum intelligitur, cur tam notum vocabulum saepius quam semel in *barratum* et *varratum* abierit. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 59. fr. 4. 10. *Lucil.*] fr. inc. 48. ap. Dousam. *Pastali*] *Pascali* corr. Urs. cum vg. Cf. Qu. XII, 11, 29. v. pascales. 11. *Sos*] cf. Qu. XIV, 4, 2. v. sum. 13. *li. II.*] *libro primo* vg. Merula posuit Ann. I, 166. *inde loci*] ita Ennius etiam apud Paulum p. 86. v. lituus. 14. *dea diarum*] *dia dearum* corr. A. Aug. in mg., Turneb. Adv. XVII, 7., Urs. 14. *l. III*] III, 14. apud Merulam. *sos quae*] cod., ut corr. Scal. *que* vg. et Urs., tanquam e codice. 15. 16. *l. VII*] VII, 57. Mer. 17. *hortantur be*] cod. *hortanturve* vg. Urs. *ei* corr. Scal. Merula. *ibi* Lind. *ibei* ad cod. formam proxime accederet. *l. XI*] XI, 7. Mer. Cf. supra Qu. XIII, 23, 20. v. Romanos. 19. *pro suos*] v. annot. ad Paulum p. 36. v. callim. 20. *Enn.*] III, 5. Mer. 22. *Sultis*] cf. idem voc. Qu. XV, 17, 17. 22. 23. *Pl. in Frivol.*] Bothe p. 438. fr. 3. 23. *hac*] Urs. vg. *hanc* cod. 24. *sultis*] Urs. vg. *stultis* cod. Scal. hunc versum cum eo, qui est apud Varron. de L. L. VII. §. 58., coniungit. 25. *in Rud.*] III, 5, 40. *hace sultis*] Urs. vg. *hec stultis* cod. 26. *M. Cato pro L. Caes.*] v. Meyer. Orr. fragm. p. 79. 31. *Pacuv.*] Bothe V, I. p. 151. fr. inc. 22. 33. *Solatum*] Plinium, notum est, solatos dicere sole correptos, N. H. XXIX, 6, 38. §. 119.

Qu. XIV, 6, 1. *Afran.*] Bothe V, II. p. 198. inc. 6. 2. *arquato*] de arquato morbo, qui et regius dicitur, plura Nonius p. 35, 12. Isid. Gloss.: *Auruginosus arcuatus.* Constat eum morbum propter luteum oculorum colorem etiam auraginem dictum esse. 3. *tigine*] *aurigine* hic putat fuisse Urs., sine iusta caussa. *Solipugna*] solipugam et solpugam idem animalculum dictum esse constat: sed illud omnes Pauli codd. tuentur. 7. *ferre*] *fere* corr. Urs. 9. *Vergil.*] Aen. VIII, 470. Hunc intelligi vidit Urs. Scal. Pacuvium in Teucro significari putaverat. 12. *patrem*] De Urs. additam. v. Suppl. Ann. 13. *Acc.*] Bothe V, I. p. 250. inc. 8., qui non recte de Urs. supplem. iudicat. 15-17. *Enn. . . liber*] Haec ex Pauli excerptis effecit Urs., et comprobatur ea vis activa nominis sospes cognomine Iovis Iunonisque sispitis. V. Qu. XV, 17, 19. v. sispes. Enn. Ann. IV, 8. Mer. 17. *sospit.*] cf. Non. p. 176, 3. 21. *Titinnius*] cod. *Titinius* Urs. vg. Bothe V, II. p. 74. inc. 12. *feminina*] *feminea* Urs. v. Paulus. 22. 23. *Afran.*] Bothe p. 168. fr. 3. 23. *episto-*] *epistul-* vg. 26. *in Syro*] Bothe p. 441. Hic *sodellis* ab A. Aug. mutatur in *todillis*, a Scal. et Urs. in mg. in *todellis*, ab eodem in annot. (qui ad Varronis de L. L. VI. falso provocat) in *crocotilis*, a Krehlio in *todinis*. At de toto loco v. disputata in annot. Pauli p. 41. v. crocotillum. 28. 29. *Sucula*] de hoc genere machinae v. Turneb. Adv. VII, 25. Gesner. lex. rust. h. v. 31. *porculi*] scripsi e Cat. de R. R. 19. *porci* suppl. Urs., cuius reliqua supplem., quanquam non satisfaciant, intacta reliqui. 33. *volunt*] *volvunt* corr. Urs. 34. *ruin que*] cod. in quo aliquae literae post h. v. crasae sunt. *ruitque* vg. *ruint que* Urs., qui corr. *quinque*. Tot Hyadum stellas esse constat: easque hic intelligi vidit iam Scal.

simul et sola regni." et aliubi†: "Sed sola terrarum postquam permensa parumper." ||Solea, ut ait Verrius, est non solum ea, quae solo pedis subicitur, sed etiam pro materia robustea, super quam paries craticius extruitur. ||Solox, lana crassa, et pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinius in Barrato†: "Ego ab lana soloci ad purpuram data." et Lucilius: "Pastali† pecore, ac montano, hirto, atque soloce." ||Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius li. II.: "Constitit inde loci propter sos dea diarum†." l. III.: "Circum sos quae sunt magnae gentes opulentae." l. VII.: "Dum censent terrere minis, hortantur be† sos." l. XI.: "Contendunt Graios Graecos memorare solent sos." interdum pro suos ponebant, ut cum per dativum casum idem Ennius effert: "Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit." ||Sultis, si voltis. Plautus in Frivolaria: "Sequimini me hac sultis legiones omnes lavernae." et in Rudente: "Curate haec sultis magna diligentia." M. Cato pro L. Caesetio: "Audite sultis milites, si quis vestrum in bello superfuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit."

||Solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuvius, cum ait: "Solatur, auxiliatur, hortaturque me." ||Solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afrani-*us in* . . . . . arquato med-*eri* . . . . . *vertigine.* ||Solip-*ugna genus bestiolae* maleficae, q-*uod acrius concitatiusque* fit fervore so-*lis, unde etiam nomen* traxit. ||Sos-*pes significat apud* omnes ferre† auc-*tores salvum; sic* Afranius in ep-*istola: "Di te sospitem* servent tuis." *Vergilius li. VIII. Aeneid.* "Maxime Teu-*crorum ductor, quo sospite* numquam." En-*nius in* . . . . . parentem et pa-*trem di servate* sospitem." Ac-*cius in* . . . . . "*Si* rite ad patri-*am sospes pervenisset.*" Ennius vi-*detur servatorum significare* cum dix-*it: "Quo sospite* liber." caeterum s-*ospitare Verrius* ait esse bona spe *afficere, aut bonam* spem non falle-*re.* ||*Succrotilla* tenuis diceba-*tur et alta vox.* Titinnius in . . . . . "*Feminina* fabulare succro-*tilla vocula." Afranius* in episto-*la: "loquebatur succrotilla* voce serio." *Plautus in describendis* mulie-*rum cruribus* gracilibus in Syr-*o: "Cum extortis* talis, cum sodellis† cr-*usculis." belle,* quae non pedibu-*s valerent.* ||*Sucula* est machinae *genus teretis* materiae, et foratae, *ac crassae,* quam, ut uber scrofae, *porculi circumstant* sic, versant-*esque ductario* fune volunt†. eodem no-*mine nostri* stellas ruin que† *dicunt, quas appel-*

EMEND. LECT. Qu. XIV, 5, 1. *alibi.* 8. 9. *Barbato?* 10. *Pascali.* 14. *dia dearum.* 17. *hortantur ibei.* Qu. XIV, 6, 7. *fere.* 27. *todillis.* 33. *volvunt.* 34. *quinque.*

larunt a pluvi-a hyadas Graeci. *nostri forsitan exi*-stimantes a subus *dici saeculo parum elo*-quenti, dixerint *eas suculas.* ‖ *Suc*-cingulum appellabant *antiqui bal*-teum. Plautus. "*Ab Hippolyte succingul*-um Herculis† *aeque magno neu*-tiquam abstulit *periculo.*" ‖ *Sucerd*-ae stercus suillum *dicitur* . . . . . us: "simus *sucerdae.*" *Titinnius:* "*Q*-uid habes, nisi *unam arcam sine cla*-vi, eo condis *sucerdas?*" *Sicut a su*-e succerda, *ita ab ove ovicerda.* homo opicer-† *da* . . . . . *homi*-nem, quem Sol . . . . . t. ‖ Suburanam *tribum olim* . . . . . succisanam† *appellatam esse puta*-nt ex nomine . . . . . m imam illam quoque . . . . . *Suc*-cusanam dictam . . . . . *mi*-ratum esse. . . . . pagi Succusa*ni, in quo milites* exercerentur. ‖ *Succidanea hostia* appellatur, quae *secundo loco caedi*-tur, quod quasi *sub priore caedatur:* quidam a suc*cedendo, non a succi*-dendo dictam *putant.* ‖ *Suggillatum* dici existimant *ex Graeco vocabulo*, quod ea pars, quae *est sub oculo*, *κύ*-λον ab iis dicitur. ‖ *Sycophantas qui*-dam ex hac causa *appellatos dicunt.* Atticos quondam *iuvenes solito*-s aiunt in hortos *alienos* inrumpere, ficosque *deligere. Quam o*-b causam lege factum†, qui id fecisset, capite† esset ei. quam poenam qui persequerentur ob parvola detrimenta, sycophantas appellatos. ‖ Sulci appellantur, qua aratrum ducitur, vel sationis faciendae causa, vel urbis condendae. vel fossura rectis lateribus, ubi arbores serantur. fulmen quoque, qua eius vestigium, similiter appellatur. quod vocabulum quidam ex Graeco fictum, quia illi dicant *ὁλκόν.* ‖ Suasum, colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus: "Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam." quidam autem legunt in suaso. nec desunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire. ‖ Saltum Gallus Aelius l. II. significationum, quae ad ius pertinent, ita definit: "Saltus est, ubi silvae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque: si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltui†, non magis, quam fundi, qui est in agro culto, et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet silvam." ‖ Superescit, significat supererit. Ennius: "Dum quidem unus homo Romanus toga superescit." et Acer† in Chrysippo: "Quin hinc† superescit, Spartam atque

EMEND. LECT. Qu. XIV, 7, 6. *Hercules.* 13. *ovicer-.* 16. *Succusanam.* 34. *cautum.* Qu. XIV, 8, 1. *capital.* 27. *saltuis.* 33. *Accius.* 34. *huic si.*

Succingulum balteum.

Sucerda stercus suillum. Titinnius: "Quid habes nisi unam arcam sine clavi, eo condis sucerdas?" (142)

Sciscito, sententiam dico.

Succidanea hostia dicebatur, quae secundo loco caedebatur, scilicet sic appellata a succedendo.

Suggillatum dicitur ex Graeco, quod ea pars, quae est sub oculo*, kylon* ab eis dicitur.

Sycophantas appellatos hac de causa dicunt. Atticos quondam iuvenes solitos aiunt in hortos irrumpere ficosque deligere. Quam ob causam lege est constitutum, ut, qui id fecisset, capite truncaretur; quam poenam qui persequerentur ob parvola detrimenta, sycophantas appellatos. **Solcus** dictus a Graeco, qui ab illis ὁλκός appellatur.

Suasum colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus: "Suaso infecisti propudiosa pallulam." Sunt qui omnem colorem suasum velint appellare, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.

Superescit, supererit. Ennius: "Dum quidem unus homo Romae superescit."

ANNOT. PAULI ad p. 300. 1. *vel genus piscis*] adiecit Paulus, nisi in Festi cod. excidit. *subicitur*] M. Gu., ut Festus. *subiicitur* cett. 3. *non tectum*] Festus. *contextum* M. Gu. *conteetum* vg. Lind. 4. *hirto*] *hirco* codd. vg. Lind. 5. *dea diarum*] M. Gu.: ita Paulum e Festi codice scripsisse liquet. *dea dearum* vg. *dia* corr. A. Aug. in mg. 8. *genus morbi*] *morbi genus* Gu. Lind. 12. *sucer.*] *sucrotilla* M. utroque loco. *feminina*] Gu. Lind. *feminea* M. vg. *fabulare*] *fabula* Pauli codd.: sed reddidi etiam huic pulcrum tetrametrum versum.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 7, 1. *hyadas*] punctum, quo id voc. a *Graecis* disiunctum est ap. Urs., delevi, et Urs. suppl. paululum immutavi. 3. *saec. . . eloquenti*] *modo latine loquendi* suppl. et corr. Urs. *Nostri imperite suculas*, Cic. de N. D. II, 43, 111. *dixerint*] *dixerunt* corr. Urs. 5. *Plautus*] Men. I, 3, 17. 6. *Herculis*] *Hercules* corr. Urs. 8. *ae*] *est* vg. *Succerdae* hic et postea Urs., ut est in cod. v. 12. Gloss. Labb.: *Succerda*, ὑόκοπρος. Sed Lucilio est *sŭcerda*, apud Nonium p. 175, 14. Cf. Festus Qu. VIII, 28, 24. v. muscerdas. 9. *simus*] de Dac. opinatione v. Suppl. Ann. 10. *uid*] cod. vg. *Quid* tanquam e codice Urs. 11. *vi*] vg. Urs.; in cod. nunc *u* tantum agnoscitur. Titinii versus est apud Bothium P. Sc. L. V, II. p. 74. inc. 11. 13. 14. *opicer-da*] *ovicerda* probabiliter corr. Furlanett. in Forcell. Lex. 15. Versus laudatur, sed quem non audeo refingere: Urs. conatum v. in Suppl. Ann. 16. *succis.*] *Succusanam* corr. Urs. Cf. Varro de L. L. V, 5. §. 48. et Festus ipse Qu. XIV, 13, 5. v. Suburam. Sed quam *in hoc libro* de Subura sive Succusa sententiam Verrius pronunciaverit, tam obscurum est, ut neque Urs. sequi, neque ipse lacunas explere auderem. V. Suppl. Ann. 18. *m imam*] *umam* vg. 23. *Succid.*] cf. Gell. N. A. IV, 7. Serv. in Aen. II, 140. VIII, 641. Paulus p. 122. v. praecid. agna. 25. *sub pr. caederetur*] *succideretur* suppl. Urs.: parum apte. 29. *sub oculo*] supplevi cum Dac., quanquam in Pauli codd. *sub collo* est. *sub collo* Urs. *λον*] *-υλον* vg. *κύλον* recte suppl. Urs. v. Suppl. Ann. 30. *Sycoph.*] v. Boeckh. de publ. Ath. oecon. T. I. p. 46. Cf. Paulus p. 76. v. halapanta. 31. *quond.*] *quosdam* corr. Urs., quod hoc tum in Paulo legebatur: sed illud praestat. 33. *inrumpere*] cod. ut vg. *rrumpere* Urs. e codice profert. 34. *b*] cod., ut vg. *am ob* Urs. cod. tribuit. *lege factum*] *lege factam* vg. *lege cautum* corr. Urs. *legem factam* vel *lege sanctum* Goth.

Qu. XIV, 8, 1. *qui id*] vg. Urs. *quid* cod. *capite*] *capital* corr. A. Aug. in mg. Urs. 7. *foss. rectis later.*] huiusmodi sulcos saepe intelligit Cato de R. R., velut cum dicit c. 40.: *Sulcos et scrobes fieri seminariis.* Cf. Virgil. G. II, 24. *arbores*] vg. Urs. *arboris* cod. 10. *quidam*] supple: *putant.* 11. *fictum*] *dictum* coni. Urs. in ann. 12. *suasum*] cf. Paulus p. 83. v. insuasum, cum annot. 13. *stillic.*] vg. Urs.: in cod. nunc *s* deest. 14. *Plautus*] Truc. II, 2, 16., ubi Acidal. et Meurs. restituerunt: *Quia tibin' suaso* etc. 18. 19. *persuad.*] *persuadeatur* corr. Urs., quo non opus est. Quod e Paulo affert *persuadentur*, non est in bonis libris. 20. *Saltum*] cf. Varro de L. L. V. §. 36. et quae Goth. e Digestis apposuit. 24. *quoque*] post h. v. interpunxi cum vg. 27. *saltui*] *saltuis* corr. Scal., recte (cf. Qu. XII, 27, 1. 28, 30. XIII, 16, 8. 9.): nam salti, quo usus est Accius ap. Non. p. 485, 33., nimis antiquum est. 30. *Superescit*] cf. Paulus p. 58. v. escit. 31. *Enn.*] Ann. VI, 43. apud Merulam. 32. *quidem*] non coalescere cum v. *unus*, observat Lind. *Romanus toga*] recte defendit Lind.: quod Merula recepit, *Romae toti* (alii referunt: *Roma tota*), partim e Paulo et vg. Festi, partim e coniectura ductum est. 33. *Acer*] *Accius* corr. Urs., ut vg. legitur. Bothe V, I. p. 193. fr. 4. 34. *hinc*] *si* corr. A. Aug. in mg. Urs. *huic si* Dac. *hic si* Lind. *Spartam*] ultimam syllabam non liquescere et post *trado* addendum esse *ei* statuit Lind., ut tetram. troch. fiat. *tradebo* coni. Bothius.

ANNOT. PAULI. 1. *Sucerda*] M. Gu. *succerda* cett. 2. *sciscito*] haec, quae desunt in Festo, Paulum e titulo: *ni quis scivit*, duxisse, observat Dac. 3. *appellata*] *est* addit ed. vet. vg. *succidanea*] *succidania* Gu. 4. *suggillatum*] Gu. Lind. *sugillatum* vg. *oculo*] *collo* codd. vg. Lind. *kylon*] Gu. *kilon* M. *κοῖλον* vg. Lind. *ab eis*] ed. vet. vg. om. Lind.: errore opinor. 5. *ficosque*] *ficusque* Gu. Lind.: sed illud est in Festi cod. 7. *parvola*] M. Gu., ut est in Festi cod. *parvula* vg. Lind. 8. *colos*] M. *color* vg. Lind. 10. *Romae*] *Romae anus* Lipsiensis cod.: notabilis scriptura.

Sub iugum mitti dicuntur hostes, quum duabus hastis in terra defixis tertiaque super ligata inermes sub eas coguntur transire.

Subices Ennius pro subiectis posuit.

Superstites antiquitus appellati sunt testes.

Supervaganea dicebatur ab auguribus avis, quae ex summo cacumine vocem emisisset, dicta ita, quia super omnia vagatur, aut canit.

Supercilia in Iunonis tutela esse putabant, quod his protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Iunonem; unde et **Lucina** dicta est.

Suppernati dicuntur, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius: "His pernas succidit iniqua superbia Poeni."

Suppremum modo significat summum, modo extremum, modo maximum.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 9, 1. *Amyclas trado*] vg. Urs. *amyciastrado* cod. 3. *cedit*] *sedit* corr. Urs., ut vg. 6. *Mil. glor.*] IV, 5, 13. 7. *quam*] vg. Urs. *qua* cod. 8. *in Phasm.*] i. e. in Mostell. III, 2, 39., ubi nunc quidem legitur: *Percepi*, et: *super his rebus*. 10. *Pacuv. in Medo*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 132. fr. 15. 11. *re*] non coalescere videtur; sic una syllaba initio addita senarii versus numeri efficiuntur. 12. *Cato c. Ann.*] Meyer. Orr. fragm. p. 35. 14. *Afr. in Virg.*] Bothe V, II. p. 192. fr. 4., qui scripsit: *Alius* (voluit haud dubie *aliis*) atque: *et qua*. Praetulerim *nec*. 15. 16. *Supercil.*] cf. Paulus p. 33. v. *cilium*. 18. *Sub iugum*] cf. Paulus p. 77. v. iugum, ubi eadem fere leguntur. *dicuntur*] vg. Urs. *dicunt* cod. 20. *hastis*] vg. Urs. *astis* cod. 22. *speciei am*] cod. Urs. *specie iam* A. Aug. e codice refert. *ipsi eam* vg., sed praestat, quod A. Aug. in mg. proposuit: *speciem eam*. *iuben-*] vg. Urs. Nunc literae *iu* desunt. 23. *Subices*] de eadem re Gell. N. A. IV, 17, 13. Non. p. 168, 33. 23. 24. *Ennius in Ach.*] Bothe V, I. p. 30. fr. 4. 25. *nubes*] Faernus recte negat ad versum Ennii pertinere, sed annectendum esse verbis: *cum dixit*, et post *deum* e Gellio et Nonio *sublimas* addendum censet. *sublimes* scripsit Scal., sed *sublimas* praestat. Ita duo senarii confiunt. 26. *inde*] *unde* e Gellio et Nonio correctum est in vg., ut a Faerno, Urs. 26. 27. *sonitu saevo*] *sonitus aerio* vg. Post haec voce. *et* e Gellio adsciscendum est. 27. *superst.*] *praesentes* addit Urs. in mg.: recte, ut verba praetoris v. 29. 30. posita ostendunt. Cf. Cic. pro Mur. 12, 26. cum Orellii annot. Serv. in Aen. III, 339. p. 217. Lion. Quanquam hic superstites i. q. praesentes esse dicit, sed rectius, puto, Paulus testis notionem in voc. superstes quaerit. 30. *i*] *l·* cod. *ii* vg. Urs. 32. *Pl. in Artem.*] p. 433. fr. 1. ap. Bothium.

Qu. XIV, 10, 1. *consuetudinem*] *consuetudine* corr. Urs., ut vg. *qui restent*] *qui satis* suppl. Urs., incommode. 6. *Supervag.*] cf. Paulus p. 33. v. circanea. 10. *a-*] cod. vg. *ap-* Urs. *Supercilia*] de eadem re Varro de L. L. V. §. 69. 12. *muliere*] cod. vg. *mulieres* Urs. 15. 16. *Suppern.*] ἐκκεκυφισμένους interpretatur Dac. 18. *pernaru*] cod. vg. *pernarum* Urs. *Enn.*] Ann. VIII, 53. ap. Merulam, qui eum versum cum Scal. de clade Cannensi dictum existimat, comparatis Liv. XXII, 50. Valer. Max. IX, 2. 19. *is*] i. e. *iis*. *his* corr. Dac., ut Paulus habet. *succ*] cod. *suc-* vg. *succi-* Urs. 20. *Cat.*] XVII, 19., qui versus in libris Catulli legitur: *In fossa Liguri iacet superata securi*: sed *suppernata* ex Festo restitutum est. Catulli versum hic latere, primus vidit Politianus Misc. c. 73., et poetae verbum suum restituit. V. annot. Urs. 22. *Supp-remum*] ita Festum scripsisse, etiam ex vv. 24. 32. apparet; et constat eam vocabuli formam etiam in titulis reperiri. 24. *Suppr. . . potens*] hunc versum, quem senarium esse vidit Scal., paulo aliter, quam Scal. et Urs., reconcinnavi. Ille: *pater suppreme, belli et armorum potens*, hic deterius: *pater suppreme belli et armorum Mavors potens*. 25. *Plaut.*] Pseud. I, 1, 14., ut vidit Dac. 26. *se*] cod. vg. *sem* Urs., qui suppl.: *semper in rebus tuis*. Sed in Plauto legitur: *tu me antidhac Supremum habuisti comitem consiliis tuis*. 28. *in legibus XII*] Varro de L. L. V. §. 5. VII. §. 51. Dirksen. de XII tabb. p. 180. *dici*] addidi Scal. et Urs. supplemento. 31. *s*] Urs. om. vg.: in cod. ductus obscurior est. 32. *l-iventia*] supplevi, faciem Hippocrateam hic significari ratus. *l-ugentes* suppl. Scal. Urs. Tribuitur v. Ennio Ann. X, 20. 33. *Cato de*] v. Meyer. Orr. fragm. p. 87., qui Catonis verba et Urs. parum distinguit. Distinxerat ea recte Lion. Caton. p. 81.

ANN. PAULI. 1. *super*] *supra* M. 9. *Suppernati*] Gr. vg. Lind. *Supernati* cett. codd. 11. *Suppremum*] M. vg. *Supremum* Gu. Lind.

tiis exquisitis in deditionem accipitur." ||Statae Matris simulacrum in Foro colebatur; postquam id collastravit †, ne lapides igne corrumperentur, qui plurimis† ibi fiebant nocturno tempore, magna pars populi in suos quique vicos rettulerunt eius deae cultum. ||Stalagmium genus inaurium videtur significare Caecilius in Carine, cum ait: "Tum ex aure eius stalagmium domi habeo." ||Stolidus, stultus. Ennius l. I.: "Nam vi depugnare sues stolidi solidi† sunt." et in Alexandro: "Hominem appellat, quid lascivi stolide† non intellegit." et Caecilius in Hypobolimaeo: "Abi hinc tu stolide, illi ut tibi sit pater?" et in Andronico†: "sed ego stolidus, gratulatum me oporteat† prius." ||Stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: "foede, stupreque castigor cotidie." et in Appi sententis: "qui animi compotem esse, nequid fraudis, stuprique ferocia pariat." Naevius: "Seseque ii perire mavolunt ibidem, quam cum stupro redire ad suos popularis." item: "Sin illos deserant fortissimos viros†, magnum stuprum populo fieri pergentis†." ||Stuppam linum inpolitum appellant Graeci Dorii. ||Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vo-*cant*. ||*Suber arbor* ac suberies, q-*ua natabant in* thermi†. ||Ste-*rilam mulierem appellabant*, quam G-*raeci* στεῖραν *dicunt*, quae non cipi-*t*† *semen genitale*. ||*Seplasia*, aut Se-*plasium*, *ubi unguentum* memoraba-*tur pretiosum*. *Pomponius* in Adelph-*is*: "*Di te perdant inferi*, Anti-*pho*, *quod unde hoc unguentum* sit, q-*uaeris*; *dic mihi*, *lepidum* unde ung-*uentum*, *nisi quod ex Seplasia* est?" ||Stulto-*rum feriae appellabantur* Quirina-*lia*, *qui erat dies festus* Quiprini†, qu-*od eo die omnes sacrificant* ii, *qui Fornacalibus aut* non potuer-*unt rem divinam facere*, aut ign-*oraverunt solemnem* fornacaliu-*m suorum diem* commissumque *piaculum expiabant ex* more. at-*que stulti videbantur ii*, quibus p-*ermittebatur post ferias feriari*. ||Sanctum *ait dici Opilius Aurelius*, quod *nec sacrum est nec religiosum*. At Aelius *Gallus*, *quod utrumque esse* videatur, *et sacrum et religiosum*: plerique autem, *quod qui violaverit*, *ei* poena sit, multa-*ve sancita* . . . . . se ponetur pro . . . . . *unde* et sanctio dict-*a legum* . . . . . et rogatio: qui con . . . . . ||Sanqualis avis a-*ppellatur*, *quae in commentaris* augura-*libus ossifraga* dicitur, quia in *Sangi dei* tutela est. ||Saccom-*orum genus est*

EMEND. LECT. Qu. XIV, 21, 3. 4. *Cotta stravit.* 5. *plurimi.* 14. *soliti.* 16. *lascivis, stolide?* 19. *Androgyno.* 20. *med oportebat.* 30. *virorum.* 31. *per gentis.* Qu. XIV, 22, 3. *thermis.* 5. *concipit.* 14. *Quirini.*

arboris, quam dicta-m Pomponius *ait ex fico atque m*-or†, quod ficus ea *sit et morus: unde* nomen per m-*oron et ficum de*-ductum est. ||Io-*l*† *dicitur, quod solus sit. Id*-em modo So-*l, modo Apollo:* "tu es Apollo, *tu Sol in caelo."* ||Sacrem *porcum dici ait Verri*-us, ubi iam *a partu habetur purus, a qu*-a re appel-*latum esse sacrum dici*-t. ita id adi-*cit quod non opus est:* omisit voca-*buli formam. Plautus:* "*Adu*-lescens, qui-*bus hic pretis porci* veneunt sa-*cres, sinceri? nummo.* nummum *a me accipe. iube te* plari† de mea *pecunia." et in Rudent*-e: "Sunt domi *agni et porci sacres." C*-ato adver-*sus Q. Minucium The*-rmum, post *censuram: Porcum sac*-rem in sin-
. . . . . *aliq*-uando pro
. . . . . ne sacrem
. . . . . primis fiet,
. . . . . ||*Sa*-crima est,
ut . . . . . *et Clo*-atius dicunt, *mustum indi*-tum in amphoram *Meditrinalibus sacri*-fici causa, pro *vineis vasisque et vino*, quae quasi sacra *ea re fiunt: quod Lib*-ero fit, ut prae-*metium, quod* Cereri. ||Sacrificulus *Rex appellatur*, qui ea sacra, quae *facere Rege*-s sueverant, facit. *primus memorat*-ur post reges ex-*actos Sulpicius Corn*-utus. ||Sacella di-*cuntur loca* Dis sacrata sine tec-to. ||Sacrosanctum dicitur, quod iure iurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas penderet. cu-ius generis sunt TR. PL. Aedilesque eiusdem ordinis. quod adfirmat M. Cato in ea, quam scripsit, Aedilis plebis sacro sanctos esse. ||Sacratae leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sicut† familia, pecuniaque. sunt qui esse dicant sacratas, quas plebes iurata in monte Sacro sciverit. ||Seclusa sacra dicebantur, quae Graeci mysteria appellant. ||Scena ab alis; a quibusdam sacena appellatur, dolabra pontificalis. ||Sarissa est hastae Macedonicae genus. ||Sacer mons appellatur trans Anienem, paulo ultra tertium miliarium; quod eum plebes, cum secessisset a patribus, creatis TR. plebis, qui sibi essent auxilio, discedentes Iovi consecraverunt. At homo sacer is est, quem populus iudicavit ob maleficium; neque fas est eum immolari, sed, qui occidit, parricidi non damnatur, nam lege tribunicia prima cavetur, "si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, parricida ne sit." ex quo quivis homo malus, atque improbus sacer appellari solet. Gal-

EMEND. LECT. Qu. XIV, 23, 2. *moro.* 4. 5. *Sol.* 15. *piari.* Qu. XIV, 24, 11. *sit cum.*

Sacrima appellabant mustum, quod Libero sacrificabant pro vineis et vasis et ipso vino conservandis; sicut praemetium de spicis, quas primum messuissent, sacrificabant Cereri.

Sacrificulus rex appellatus est, qui ea sacra, quae reges facere assueverant, fecisset.

Sacella dicuntur loca diis sacrata sine tecto.

Sacrosanctum dicebatur, quod iureiurando interposito erat institutum, ut, si quis id violasset, morte poenas penderet. 5

Sacratae leges dicebantur, quibus sanctum erat, ut, si quis adversus eas fecisset, sacer alicui deorum esset cum familia pecuniaque. Seclusa sacra dicebant, quae Graeci μυστήρια appellabant.

Scena sive sacena dolabra pontificalis. Sarissa hasta Macedonica.

Sacer mons trans Anienem fluvium ultra tertium miliarium appellatur, quia Iovi fuerat consecratus.

dicuntur, Ulpiano teste in Dig. I, 8, 9, 3., a quo mire discrepat Macr. Sat. III, 3. 30. *con*] cod. vg. *c-ontionem* Urs. 31. *Sanqualis*] de ea avi Plin. N. H. X, 7. Festus v. oscines Qu. X, 13, 11. Paulus v. alites p. 3. v. immusulus p. 83. Iul. Obsequens. c. 63. Gloss. Labb.: *Sanqualis*, φήνη. *Ossifraga*, φήνη. Omnibus collatis intelligitur, Ursinum recte supplevisse v. 32. 33. *ossifra-ga*, cum Scal. nomen *sanga* finxisset. *a*] cod. vg. *ap-pellatur* Urs. 33. *mentaris*] cod. *mentariis* Urs. 34. *saccom-orum*] ita sycomoron dictam esse, Urs., Scaligerum secutus, non incredibiliter finxit, cum antiquiores Romani nomina peregrinarum rerum non raro valde corruperint.

ANNOT. PAULI. 4. *cottidie*] Gu. Lind. *quottidie* cett. codd. *cotidie* vg. 7. *hi*] ex *i* ortum M. Gu. *ii* vg.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 23, 2. *m-or*] *m-oro* corr. Urs. cum Scal. cf. Isidor. Origg. XVII, 7, 20., ubi non *syccomorus* scriptum est, ut Gothofr. refert. 4. *Io*] cod. vg. (sed cod. litera minuscula). *Lo* Urs., qui *So-lem* corr., de quo dici, iam Scal. divinaverat. Sed quae Urs. addit: *dici ait*, *quod solus sit*. *Eund-em*, spatii fines excludere videntur. 5. *em*] *lem* vg. 7. Hunc v. Urs. explet: *ut est in carmine Saeculari*: sed Horatii quidem carmen saeculare non intelligitur, et sententia v. 6. proposita sic fere continuari debebat, ut posuimus. *sacrem*] cf. Varr. de R. R. II, 1, 20. et 4, 16. (cum annot. Schneideri ad 1, 20.), unde Urs. supplem. sua duxit. 9. *a re*] *ire* vg. 10. *adi-*] cod. vg. *adii-* Urs. 11. *omisit*] *um sit* vg. 12. *formam*] *etymon* suppl. Urs. *Plautus*] Menaechm. II, 2, 16. 13. *veneunt*] cod. *eneunt* vg. *veniut* Urs. 14. *nummum*] *unum*, quod Urs. hoc v. addidit, non est in cod., neque in vg. Plauti versus scripsi, ut nunc legi solent, nisi quod *nummum* ex fide Festi posui, ubi *cum* invenio. 15. *plari*] *piari* corr. A. Aug. in mg., ut est apud Plautum. 16. *in Rud.*] IV, 6, 4. 17. 18. *Cato . . . Therm.*] v. Meyer. Oratt. fragm. p. 35. 19. *censuram*] ita lacunam, quam Urs. vacuam reliquit, explendam esse monuit Meyer. l. l. Eodem enim nomine eam orationem appellat Rufinian. de figur. p. 33. ed. Capper. p. 210. ed. Ruhnk. Adieci: *porcum*. 19. *rem in sin*] cod. vg. Scal. *crem in si-* Urs. 19. 20. *si-nu mactavit*] suppl. Urs., quod omisi. 20. *uando pro*] cod. vg. *quando pro h-* Urs. supplens *h-ostia*, et deinceps: *Ennius. fuso sanguine sacrem*, quae non placent, quanquam inter fragm. Ennii Ann. VII, 43. recepta. 22. *primis*] cod. vg. *pr-imis* Urs. *fiet*] cod. vg. *fiat* Urs. Hic, Scaligero duce, v. 22. 23. ita explet, ut de sacrima quaedam dicta contineant, quae, ut minus probabilia, reieci in Suppl. Ann. 23. *Sacrima*] post h. v. vg. non interpungitur: interpunxit Urs., nescio an non ex cod. 24. *ut . .*] *Verrius* suppl. Scal. *Aelius Stilo* Urs., cuius additamenta quae mutavi, quaere in Suppl. Ann. Caeterum sacrima, quae in Gloss. Labb. ἀπαρχὴ γλεύκους appellatur, de musto, calpar, de quo Paulus p. 36. 50., de vino novo offerebatur. 26. *Meditrinalibus*] supplevi, coll. Paulo p. 92. *Liberalibus* Urs.: sed haec a. d. XVI. Kal. Apr. agebantur. *fici*] cod. *ifici* vg. *ficii* Urs. 29. 30. *Sacrific. Rex*] cf. Festus Qu. X, 1, 19. v. ordo sacerd. 33. *Sulp. Corn.*] *Sicinius Bellutus* (rectius Vellutus dicitur) posuerat Urs.: sed hunc notum est inter primos fuisse tribunos plebis, ipsum plebeium, qui post reges exactos non poterat rex sacrorum creari. M'. Papirium primum regem sacrorum dicit Dionys. Hal. V, 1.: sed hunc Festus non admittit. Probabilius ullum nomen inveniri posse nego quam quod posui, cum Sulpicii Cornuti multi primo post reges exactos saeculo in summis honoribus fuerint. Praenomen autem addere non potui, quia hic Sulpicius, cum rex sacrorum factus esset, ab omnibus magistratibus abstinere debuit. Itaque in fastis nomen eius quaerere noli. *Sacella*] cf. Trebatius apud Gell. N. A. VI, 12. Festus Qu. XV, 6, 24. v. Scribon. 34. *Dis sacrata*] *dissĕrata* cod. *a diis sacrata* vg. *diis sacrata* Urs.

Qu. XIV, 24, 1. *Sacrosanctum*] cf. Liv. III, 55. Dion. Hal. VI, 89. *poenas*] Urs. *paenas* cod. 7. *M. Cato*] Meyer. Oratt. fragm. p. 79. 9. *Sacratae leges*] aliud sacratae, aliud sanctae leges, de quibus Qu. XIV, 22, 29. De sacratis v. Qu. X, 5, 26. p. 175, 1. v. obscum, et cf. infra v. 30. 11. *sicut*] *sit ut* corr. A. Aug. in mg. *sit cum* Urs. 16. *Scena*] cod. vg. *scaena* Urs. 17. *alis*] cod. *aliis* Urs. vg. *sacena*] *secena* coni. Forcellinus in lexico, ut sit a secando. Cf. Festus Qu. XV, 23, 4. v. secespitam. 18. 19. *Sarissa*] Urs. vg. *Sarisa* cod. 20. *Sacer mons*] cf. Dionys. Hal. VI, 90. Liv. II, 32. 27. 28. In his et quae sequ. Urs. interpunctionem

Sacrani appellati sunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures Siculosque exegerunt, dicti Sacrani, quod vere sacro sint nati.

(146) **Sagmina** dicebant herbas verbenas, quia ex loco sancto arcebantur legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum, vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius: "Scopas* atque verbenas sagmina sumpserunt."

5 **Sagaces** appellantur sollertis acuminis, unde etiam canes indagatores sagaces sunt appellati.

Saga quoque dicitur mulier perita sacrorum, et vir sapiens, producta prima syllaba propter ambiguitatem evitandam.

paululum mutavi. 29. *parricidi*] COD. *parricidii* URS. 30. *lege tribun. prima*] etiam de hac Dionys. VI, 89. 31. *si*] in COD. deletum est.

ANN. PAULI. 1. *vineis*] *tinis* coni SCAL., certum vasorum genus designans, quod h. l. valde incommodum esset. 6. *sanctum*] M. GU. LIND., ut apud Festum. *sancitum* vg.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 25, 1. Cum Aelii Galli sententia conspirat Marcian. in Dig. I, 8, 6. §. 3. *Sacrae autem res sunt hae, quae publice consecratae sunt, non private: si quis ergo privatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum.* 1. 2. *quocunque*] ante hoc voc. excidisse *quod*, monuit Huschkius. 4. *locum*] *locus* vg., ita corr. URS. 7. *privati*] vg. URS. *privatis* COD. 12. *succepta*] *suscepta* corr. URS., ut vg. legitur. Sed etiam illa forma ab antiquitate non aliena est. V. C. L. Schneider. Gramm. T. I, II. p. 606. 15. Post *sacrificium* A. AUG. et URS. puncto orationem distinxerant, non recte: nam sacra privatim suscepta sacra quidem esse, quatenus sacrificium peragatur, sed non sacra facere loca, quibus peragantur, sententia erat Pontificum. 18. *Sacrani*] cf. Virgil. Aen. VII, 796. cum Servii commentario. 20. 21. *vere sacro*] cf. Paulus p. 161. v. ver sacrum. 21. *Sagmina*] cf. Liv. I, 24. XXX, 43. Plin. N. H. XXII, 2, 3. Marcian. in Dig. I, 8, 8. §. 1. Gloss. Labb.: *Sagmina*, ἱερὰ βοτάνη. Idem vocabulum puto esse samenta, quanquam de alia re usurpatum ab Anagniensibus, teste M. Aurelio in epist. ad Fronton. IV, 4. 23. 24. *arcebantur*] hoc si corruptum non est, non descendit ab arceo quod est εἴργω, sed ab arcieo sive accieo, quod in usu fuisse, Plautus et Diomedes testantur, elisa vocali i, ut factum est in inchoativo verbo arcesso. Ac fidem facit huic formae contractae, quod Cic. pro Quintio 22, 71. de iudice arcendo, id est acciendo, loquitur, si hoc a libris satis defenditur. *ercessebantur* miro conatu corr. Gothofr. in annot. ad Paulum p. 14. v. arcere, prohibere. Multo probabilius, si corrigendum est, corrigit Huschkius *arce dantur*, collato Liv. XXX, 43. 28. *Naevius*] huius excidit versus, quem Paulus servavit: *Scapos atque verbenas sagmina sumpserunt*, e carmine de Bello Punico (II, 10. apud E. S.), in quo scribendum: *Scopas* i. e. manipulos, quanquam SCAL., qui hoc praeposuit, ipse *scapos* praetulit, quod vix commode explicari potest. Postea: *e verbena* Bothe fragm. com. p. 25.: in P. Sc. L. V, I. p. 93. nihil mutat. At non senarius est iambicus, sed Saturnius versus. *Sagmina* praedicatum est verbenarum. 28. 29. *Ius . . . sagmine*] incerti poetae, quem Festus post Naevium adduxerat, versus senarius. Ceterum crediderim poetam illum scripsisse: *Iovis sacratum ius iurandum sagmine*, ut *sagmine* penderet a *sacratum*. 29. *Sagaces*] cf. Non. p. 22, 33. Cic. de div. I, 31. et ipse Festus Qu. XII, 23, 3. v. praesagitio. 31. *Afran.*] Bothe P. Sc. L. V, II, p. 161. fr. 1. 33. *Lucret.*] II, 840.

Qu. XIV, 26, 3. 4. *invictus . . fretus*] Hunc Ennii, ut videtur, versum reddidi, ut a DAC. restitutus est, URS. enim numeros corruperat. DAC. proposuit etiam haec: *Invictusque, sagax, validis et viribus fr.*: sed ea in COD. vestigia non quadrant. Versus receptus est in fragm. Ann. XIII, 4. 5. *sagus*] supplevi, ubi URS. *vir*: nam sagus substantivi loco positum non extat. Illud tamen Paulus habet. 7. *ambiguitatem*] propter quam, puto, saga mulier et saga militum confundi poterant. 8. *Sanates*] Gell. XVI, 10. vocabulum tantum memorat inter *assiduos* et *vades*: de re iterum verba facit Festus Qu. XV, 24, 10., ubi quae scripta sunt, meliore fortuna integra servata sunt. Cf. etiam Paulus p. 63. v. forctes, et p. 76. v. horctum, ubi horctum et forctum bonum significare dicit. Dirksen. de XII. tabb. p. 164. non recte dicit, quae Paulus v. sanates excerpta offerat, non servata esse in Festo. Nec Niebuhrius H. R. II. p. 373. ed. sec., quae in Festo et in Paulo legantur, ad amussim definivit: sed iniuria tamen incusatur a Scheurlio de nexo p. 27., quod cum nihil sit in Festi COD., nisi *in XII. Nex . . forti sanati*, ficta additamenta pro Festi verbis habuerit. SCAL. atque URS. quae suppleverunt, pleraque certiora sunt, quam primo aspectu esse videntur; attuli ea integra in SUPPL. ANN., quod in quibusdam ab eorum sententia discessi. 11. *Opillus*] *Opilius* corr. URS. 18. *forti*] genitivum esse moneo, cum Festus in hac explicatione *foretos* et *sanates* dixerit, ut apparet ex inferioribus Col. 27, 4. 8., collato Paulo p. 76. Aliter quidem Festus Qu. XV, 24, 15. Paulus p. 63. 21. *quae*] URS. *que* COD. vg. 25. *eosque*] URS. *eos quae* COD. vg. *sanat-is*] URS. *sanati* vg. 27. *sanavisse-tque*] URS. *sanavissetq.* vg. 30. *ne Valerius quidem*] cf. Festus Qu. IX, 9, 30. v. Marspedis. 32. *qu-em*] *quem* vg. 33. *inscribi*] *inscribit* corr. URS. *for-*] *forc-* vg.

ANNOT. PAULI. 1. *Sacrani*] GU. LIND. *Sacrati* M. *Sacerani* cett. codd. 4. *Scopas*] corr. SCAL. v. annot. ad Festum. *Scapas* GU. *Scabos* M. vg. *Scapos* LIND., ut A. AUG. in mg. corr.

lus Aelius ait sacrum esse†, quocunque modo atque instituto civitatis consecratum sit, sive aedis, sive ara, sive signum, sive locum†, sive pecunia, sive quid aliud, quod dis dedicatum atque consecratum sit: quod autem privati suae religionis causa aliquid earum rerum Deo dedicent, id Pontifices Romanos non existimare sacrum. at si qua sacra privata succepta sunt, quae ex instituto Pontificum stato die, aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari, tamquam sacrificium; ille locus, ubi ea sacra privata facienda sunt, vix videtur sacer esse. ‖Sacrani appellati sunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculosque exegerunt, nam vere sacro nati erant. ‖Sagmina vocantur verbenae, id est herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur a Consule, Praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum, vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius†: "Ius sacratum Iovis† iurandum sagmine." ‖Sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina: "Quis tam sagaci corde, atque ingenio unico." Lucretius l. II.: "Nec minus haec animum cognoscere *posse sagacem.*" *Sagacem* etiam canem *dixit* . . . . . "invictus ca-*nis atque sagax et viribus* fretus." *saga quoque dicitur* mulier peri-*ta sacrorum, et sagus* sapiens pro-*ducta prima syllaba,* forsitan prop-*ter ambiguitatem* evitandam. ‖*Sanates quasi sanati* appella-*ti, id est sanatae mentis. Ser.* Sulpicius *Rufus* . . . . . et Opillus† *Aurelius ita existimant* dici inferio-*ris superiorisque loci gentes,* ut Tiburte-*s supra Romam, aliosque qui cum* populo Tibur-*ti convenerant in agro* Tiburti, ide-*mque ad se maritimos quosdam inferiorisque* loc-*i populos perduxerant. Hinc* in XII.: "Nex-*i solutique, ac* forti, sanati-*sque idem ius esto,*" id est bonor-*um et qui defecerant sociorum. Sunt* qui et infe-*riores dici putant colonias,* quae sunt *deductae in Priscos* Latinos, *quas Tarquinius rex* inegerit secundum *mare* . . . . . *infra* Romam in c-*ivitates Latinorum,* eosque sanat-*is, quod Priscus* praeter opinio-*nem eos debellavisset,* sanavisse-*tque ac cum iis pacisci* potuisset, no-*minatos esse, ut ait* Cincius l. II. de *officio iurisconsulti.* ne Valerius *quidem Messalla* in XII. explanati-*one rem expedivit. hic tamen* in eo libro, qu-*em de dictis involute* inscribi†, for-*ctos sanatisque* duas gentis finitimas *fuisse censet,*

EMEND. LECT. Qu. XIV, 25, 1. adde: *quod.* 4. *locus.* 28. Excidit Naevii versus, quem servavit Paulus. *Iovis sacratum ius.* Qu. XIV, 26, 11. *Opilius.* 33. *inscribit.*

de quibus le-gem hanc scriptam *esse, qua cautu*-m, ut id ius manifesto, *quod populu*-s R., haberent. *neque alios, quam for*-ctos, et sanates *eam legem sig*-nificare existimat *hoc significa*-tu. multi sunt, *quibus id, quod his pla*-cuit, displiceat, *et qui explicen*-t. sant† forcti, *quasi dictum esset sa*-nati insani. ‖ *Sarpta vinea putata, i*-d est pura *facta. virgulae enim re*-lictae inpedimenta *vitibus sol*-ent esse, quae *ideo abscinduntur.* inde etiam *sarmenta script*-ores dici putant. *sarpere enim a*-ntiqui pro purgare *dicebant.* ‖ *Sar*-te in Auguralibus *pro inte*-gro ponitur: "*sane sartequ*-e audire, videreque." *ob quam caus*-am opera publica, *quae locantur, ut i*-ntegra praestentur, *sarta tecta vo*-cantur. etenim *sarcire est integrum* facere. ‖ *Sarra insula erat, q*-uae nunc Epiros *facta est.* ‖ *Sardare* intellegere *significat. Nae*-vius belli Punici *libro . . .* "*Quo*-d bruti nec satis *sardare queunt.*" ‖ "Sardi venales *alius alio nequ*-ior": ex hoc natum *proverbium vi*-detur, quod ludis *Capitolinis, qui* fiunt a vicinis† *praetextatis, au*-ctio Velentium† *fieri solet,* in qua novissimus *idemque dete*-rrimus producitur *a praecone* senex cum toga paretexta†, bullaque aurea, quo cultu reges soliti sunt esse E-*trus*corum, qui Sardi appellantur, quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum, occupavit eam partem Italiae, quae nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait, Ti. Gracchum Consulem, collegam P. Valeri Faltonis, Sardiniam, Corsicamque subegisse, nec praedae quicquam aliud quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuerit. ‖ Sarcito in XII. Ser. Sulpicius ait significare damnum solvito, praestato. ‖ Sardanapallus rex Assyriorum fuit unicae luxuriae inter mulieres, epulasque versatus semper, atque omni tempore. ‖ Sargus, piscis genus, qui in Aegyptio mari fere nascitur. Lucilius: "Quem praeclarus helops, quem Aegypto sargus movebit." ‖ Saturnia Italia, et mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimantur. Saturni† quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam supplicant apertis capitibus. nam Italici auctore Aenea velant ca-

EMEND. LECT. Qu. XIV, 27, 8. *sanates*, deleto puncto. 30. *vicanis.* 31. *Vcientium.* 34. 1. *praetexta.* Qu. XIV, 28, 28. lege *Saturnii.*

Sarpta vinea putata, id est pura facta, unde et virgulae abscisae **sarmenta**; **Sarpere** enim antiqui pro purgare ponebant.

Sarte ponebant pro integre. Ob quam causam opera publica, quae locantur, ut integra praestentur, **sarta tecta** vocantur. Etenim **sarcire** est integrum facere.

Sarra Epiros insula. 5

Sardare intelligere. Naevius: "Quod bruti nec satis sardare queunt."

Sarcito damnum solvito.

Sargus piscis genus in mari Aegyptio.

Sateurnus Saturnus.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 27, 1. *scrip-*] *inscrip-* vg. 3. *s*] *P.* vg. 6. *tu. multi*] *tumulti* vg. 8. *t sant forcti*] *sanct foreti* vg. *sanati facti* coni. Urs., audacius, quapropter supplem., quae inde a v. 4. posuit, respuimus, et Scal. magis secuti sumus. 10. *Sarpta*] cf. Qu. XV, 27, 3. sarpiuntur. 11. *lictae*] *dictae* vg. 14. *sarmenta*] de sarmentis vitium tractandis multus est Colum. IV, 24. V, 5. 16. *Sarte*] huius adverbii unus Festus mentionem facit; locutionem *sarta tecta* plures grammatici explicant. Ex Verrio et Festo *sarcte* affert Porphyrio ap. Charis. II. p. 196 P. 23. *Epiros*] Facile corrigas *Tyros*, hanc enim Sarram dictam esse et Tyriam purpuram Sarranam constat, cum Phoenices non Graecum *Τύρος*, sed ipsum Phoenicium *Sor* redderent. Verum Scal. iam vidit, significari, Tyrum, prius cum insula fuisset, postea cum ab Alexandro obsideretur, *ἠπειρῶσθαι*. Quam sententiam Urs. non recte expressit supplem.: *Sarra dicebatur, q-uae nunc Epiros — dicitur.* 24. *intellegere*] cod. vg. *intelligere* Urs. 25. *Naevius*] Bello Pun. I, 4. apud E. S., ubi hic versus perverse coniungitur cum illo: *Plereique omneis subiungunt sub suum iudicium.* 27. 28. *Sardi . . . nequior*] Proverbium, senario versu conceptum, indicavit A. Aug. ex Cicerone ad famil. VII, 24., collato Plutarcho Qu. Rom. 53., qui pleraque supplem. Scal. et Urs. suppeditavit. Eadem fere Plutarchus in Romulo posuit, 25. *venales*] *vernales* cod. vg. *venales* legit Urs., ut corr. A. Aug. in mg. *vernales* defendit, sed minus apte, Meursius Exerc. crit. II, III, 5. 30. *vicinis*] *vicanis* corr. Scal. Urs. Cf. Qu. XII, 6, 27. cum annot. 31. *praetextatis*] suppl. Scal.: sed idem etiam tentat: *et magistris collegii*, quod spatium in cod. vix admittit. *Velentium*] *Veientium* corr. A. Aug. in mg. Urs. 33. *idemque*] supplevi. *is, qui omnium* suppl. Scal. *quisque* Urs. minus apte.

Qu. XIV, 28, 1. *pa-retexta*] *praetexta* corr. A. Aug. in mg. Urs. In cod. verba sic distinguuntur: *ret ex tabulla quae.* De re dixi Etrusc. rer. II, 2, 5. T. I. p. 366. 2. 3. *E-trus-corum*] suppl. A. Aug. in mg. Urs. 3. *Sardi*] *Σαρδιανοὶ* Plutarchus, qui etiam *Σαρδιανοὺς ὠνίους* a praecone pronunciari dicit. Omne hoc commentum Graecorum sapit argutulum ingenium. 9-11. *Ti. Gracchum . . . Faltonis*] coss. a. u. c. 515. a Chr. 238. Magni erroris Sinnium Capitonem A. Aug. et Perizonius Animadv. histor. p. 21. reum agunt, si recte statuunt, intelligi hic Ti. Sempronium Gracchum Cos. a. 576., qui Sardinia subacta caesisque vel captis Sardorum plusquam octoginta millibus triumphavit. Ac negari nequit Aurelium Victorem de viris illustr. c. 57. ad hoc bellum proverbii de Sardis venalibus originem referre. At, ut Sinnius a tanto errore vindicetur, praestat bellum intelligere, quod proximis post primum bellum Punicum finitum annis incidit, quo Sardi et Corsi, cum rebellassent, subacti sunt. V. Liv. Epit. l. XX. Idque eo apertius hic significatur, quod tum et Sardinia et Corsica subactae sunt simul, inferiore autem tempore sola rebellavit Sardinia. 14. 15. *Sarcito in XII.*] v. Dirksen. de XII tabb. p. 529. et cf. annot. in Festum Qu. XIII, 1, 3. v. rupitias. 17. *Sardanapallus*] cod. (sic *Sardana pallus*). *Sardanapalus* vg. Urs. Sed illa quoque nominis forma satis testata est, quae in illustri Bacchi barbati signo conspicitur. 21. *Aegyptio*] vg. Urs. *aegypto* cod. 22. *Lucilius*] fr. inc. 36. apud Dousam. 23. *Aegypto sargus*] cf. cum iis, quae Dac. comparat, *vinum quod Chio* apud Varronem de L. L. IX, 67. et quae ibi annotata sunt. 24. *Saturnia*] cf. Varro de L. L. V. §. 42., qui cum Festo plane conspirat. Quae Dac., auctore Scaligero in Coni. in Varro p. 18, 20. (30.) de Latia Saturni, verbo moneo, iamdudum explosa esse, cum apud Gell. N. A. XIII, 22, 2. *Lua Saturni* restituta sit, cf. Varr. de L. L. VI. §. 36. 28. *Saturni*] cod. *Saturnii* vg. Urs.: ac postulat sane sententia nomen gentis cuiusdam Saturniorum. 29. *in imo clivo*] quo loco Saturni templum erat, ubi convallis inter arcem et Capitolium versus forum descendit. V. annot. in Varr. l. l. 32. *quia*] *cui* legendum esse putat Meurs. crit. Arnob. VI, 10. Opp. T. VI. p. 168. Non intellexit scilicet, demonstrari eo argumento, quod ante dixerat, ante bellum Troianum dicatam eam aram videri. 33. *apertis capitibus*] v. Paulus p. 89. v. lucem facere.

ANN. PAULI. 1. *vinea*] Lind. e codd. suis. *vineta* ed. vet. vg. 5. *Epiros*] boni codd. Lind. *Tyros* vg., sed in mg.: *Epiros vel Pylos V. C.* 9. *Sateurnus*] hanc formam boni codd. servarunt, ac recepit Lind.

Sas suas. Ennius: "Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas."

Sam eam. Idem Ennius: "Nec quisquam philosophiam† in somnis* vidit prius, quam sam discere coepit."

Sapsa ipsa. Idem Ennius: "Quo res sapsa loco sese ostentat."

Scaeva res dicitur mala, quasi sinistra; σκαιὸν enim Graece sinistrum dicitur.

5 **Saperda** genus pessimi piscis.

Sandaraca genus coloris. Naevius: "Merula sandaracino ore."

Sambuca organi genus, a quo **sambycistriae** dicuntur. Machina quoque, qua urbs expugnatur, similiter vocatur. Nam ut in organo chordae, sic in machina intenduntur funes.

ANN. FESTI. Qu. XIV, 29, 1 sqq. Similia narrat Serv. in Virg. Aen. III, 402. p. 223. ed. Lion. 6. 7. *mense Dec.*] olim a. d. XIV. Kal. Ian., inde a Caesaris tempore a. d. XVI. V. Macrob. Sat. I, 10. et Kalendaria. 7. 8. *aedis . . dedic.*] v. Liv. II, 21. 8. *culturae agrorum*] cf. Qu. X, 4, 23. Buttmann. Mythol. T. II. p. 60. 9. *quo etiam*] *quod etiam* vg. *quoniam* corr. A. Aug. in mg. et Urs. 11. *quibus Faunus*] ex Ennii opinione, apud Cicer. Brut. 18. Orat. 51. Ann. VII, 1. ed. Merula. 16. *Saturnus*] *Satirnus* corr. A. Aug. in mg. Urs., *Satunnus* Lips. Saturn. serm. I, 2. Opp. T. III. p. 285. Praetulerim *Satumnus* cum Buttmanno: sed cum boni Pauli codd. *Saturnus* habeant, haec forma, quanquam analogia parum stabilita, servanda erit. 17. *Sas*] cf. annot. ad Paulum p. 36. v. callim. 18. *Ennio*] Ann. I, 128. apud Merulam, ubi scribitur *Virgine'*, quo correptio ultimae syllabae non excusatur. Potius crediderim, Ennium per syncopen pronunciasse *virgnes*, quod minus durum est, quam frigdarium apud Lucilium, puertia apud Horatium, striglibus apud Iuvenalem. 22. *sicuti*] *sed utique* scribendum esse, monuit Huschkius. *l. IV.*] *libro septimo* vg. Ann. I, 15. positum est a Merula, temere. 24. *Nec*] *Neque* corr. A. Aug. in mg. Urs., non recte. *philosophiam*] *philosophia* vg. *sophiam* ab Ennio scriptum esse, optime intellexit Scal. et comparavit Afranii in Sella versum (ap. Gell. N. A. XIII, 8.). 24. 25. *quae doctr.*] *quam doctrinam* vg. Hic omnia inde a *quam* usque ad *perhibetur* uncis inclusa sunt, scilicet quod Paulus omnia haec omisit. Non recte tamen, nam sola verba: *quae . . . habet*, quibus *nomen* ante *non* addendum arbitror, vel librarius vel ipse Festus intrusit. Ita censuit Scal. 26. *peribetur*] cod. vg. *perhibetur* Urs. Servavi illam scribendi formam, non noviciam, puto. 28. *idem*] *item* scribendum puto. 29. *nec alia*] post haec verba excidisse apparet *quod*. *XIII*] *sextodecimo* vg. Quapropter Merula versum posuit Ann. XVI, 2. 31. *Pacuv. in Teucro*] Bothe P. Sc. L. V, I. p. 145. fr. 13. Urs. versum ita corr.: *Nam Teucro regnum sapsa res stabiliet*, sed *restibiliet* ut retineatur, metrum et sententia postulant. Si emendatione opus est, facilius corrigetur: *Teucrum regno*. 33. *Scaevam*] cf. imprimis Varro de L. L. VII. §. 97.

Qu. XIV, 30, 1. *scriptores*] supplevi cum Urs.: quanquam apud scriptores etiam *bona scaeva* reperitur. V. Plaut. Pseud. IV, 7, 39. Varro l. l. 3. *C*] cod. ut vg. om. Urs., qui σκαιὸν addere oblitus est. 4. 5. *Hostius . . libro*] suppl. Scal. et Urs. comparato Festo Qu. XV, 31, 21. v. tesca. Confirmavit Weichert. Poet. Lat. p. 16. 6. *sentit scaev*] cod. vg. *sentit scaev* Urs. 7. *obit penitus*] cod. et vg., nisi quod hic colon omittitur. *abit penitus* Urs. *Saperda*] cf. intpp. Persii V, 134. 9. *Varro*] v. Non. p. 176, 21. Locum non plenum apposuit Festus. Similiter σαπέρδιον meretricis nomen factum est, de quo v. Athen. XIII. p. 591. 11. *sanderacam*] *Sandaraca* Paulus, rectius. Cf. de ea Salmas. Exerc. Plin. p. 811. col. 1. a. 12. *sa*] cod. vg. *s* Urs. tribuit codici. 13. *Naevius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 23. inc. 14. 14. *Sabini*] huius proverbii nullum habemus auctorem praeter Festum, eumque valde truncatum: nihilominus quod ex eius laceris membris Scal. composuit, tam concinnum et probabile est, ut id in ordinem recipiendum putaverim, ab Urs. in paucis refictum. 17. *propte*] cod. vg. *prote* Urs. De sacrificio propter viam v. Qu. XII, 14, 12. 18. *at*] *ad* corr. Urs. cum Scal. Et in ipso cod. ambiguum est, scriptum fuerit *at* an *ad*. 19. *his*] *is* corr. Urs. *pr*] cod. vg. *pro* Urs. 20. *que*] om. vg. 31. *Sambuca*] cf. imprimis Vitruv. VI, 1. Athenaeus IV. p. 175. d. XIV, 633 sqq. Illo loco pro τὸν καλούμενον λυροφοίνικα σαμβύκην scribendum videtur τ. κ. συροφοίνικα σ. 32. *Samby-cistriae*] reddit Graecum σαμβυκίστρια, ut habet Philemon ap. Athen. IV. p. 175. d. et Hippolochus ibid. IV. p. 129. a. 34. *machinam*] de qua v. Vitruv. X, 22. Athen. XIV. p. 634. a.

ANNOT. PAULI. 2. *nec*] Lind. *ne* codd. *neque* vg. *philosophiam*] v. annot. ad Fest. *In somnis*] *Insomnis* codd. vg. Lind. 6. *genus coloris*] *coloris genus* Gu. Lind. *ore*] *colore*, quod Urs. in Festum invexit, non est nisi in deterioribus libris. 7. *Sambuca*] vg. Lind. *Sambila* boni codd. *sambycistriae*] scripsi e Festo. *sambic.* boni codd. *sambuc.* vg. Lind.

pita, quod is, cum rem divinam faceret in littore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyxe cognitas interrumperet sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit. ||Saturno dies festus celebratur mense Decembri, quod eo aedis est dedicata: et is culturae agrorum praesidere videtur, quo etiam falx est ei insigne. versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur. quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt. qui deus in saliaribus Saturnus † nominatur, videlicet a sationibus. ||Sas Verrius putat significare eas, teste Ennio, qui dicat in l. I.: "Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas." cum suas magis videatur significare. sicuti † eiusdem l. IIII. fatendum est eam significari, cum ait: "Nec quisquam philosophiam †, quae doctrina latina lingua non habet †, sapientia quae peribetur, in somnis vidit prius, quam sam discere coepit." idem † cum ait sapsam pro ipsa nec alia, † ponit in l. XIII.: "Quo res sapsa loco se se ostentatque, iubetque." et Pacuvius in Teucro: "Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet." ||Scaevam, volgus quidem et in bona, et in mala re vocat: cum aiunt bonam, et malam *scaevam. at scriptores* in mala pone-*re consueverunt, ut* apud Graecos C-*ΚΑΙΟΝ invenitur positum.* pro sinistro sca-*evum usurpavit Hostius* in belli Hi-*strici libro* . . . . . sentit: scaev . . . . . obit: penitus . . . . . ||*Saperda* genus pessimi p-*iscis. sapientem etiam* significat, c-*um ait Varro: "Videmur nobis* saperdae, cu-*m simus σαπροί.* ||Sanderacam *ait esse genus coloris,* quod Graeci sa-*ndycem appellant.* Naevius: "meru-*la sanderacino ore."* ||"Sabini quod *volunt somniant", vetus* proverbium e-*sse et inde manasse ait* Sinnius Capit-*o, quod quotiescumque sacrificium* propte-*rviam fieret, hominem* Sabinum at † *illud adhibere solebant;* nam his † pr-*omittebat se pro illis somniaturum.* idemque *postquam evigilasset, sacra* facientibus *narrat omne quicquid* in quiete vi-*disset, quod quidem esset ex sacrifici* religione. *unde venisse dicitur* in proverbium, *Sabinos solitos quod* vellent somn-*iare. sed quia propter aviditatem* bibendi q-*uaedam anus mulieres* id somnium cap-*tabant, vulgatum est* illud quoque: anus *quod volt somniat.* fere enim quo-*d vigilantes animo* volvimus, *idem dormientibus apparere* solet. ||Sam-*buca organi dicitur* genus, a quo Samby-*cistriae quoque* dicuntur. per similitu-*dinem etiam* eam machinam appella-*runt, qua*

EMEND. LECT. Qu. XIV, 29, 16. *Sateurnus?* 22. *sed utique.* 24. *sophiam.* 24. 25. *quae . . . habet*] glossema est, et ipsum corruptum. 28. *item.* 29. adde *quod.* Qu. XIV, 30, 18. *ad.* 19. *is.*

urbes expugna-nt; nam ut in *organo chordae, sic in m*-achina funes *intenduntur.* ‖ *Sa*-mnitibus nomen *inditum esse tradit* . . s propter genus *hastae, quod σάυνι-α* appellent *Graeci. alii aiun*-t Sabinis vere *sacro voto, hoc genus* hominum *extra fines eiectum* Comio Castronio *duce occupasse c*-ollem, cui nomen *Samnio: inde dictos.* ‖ *Salar*-iam viam *incipere ait a port*-a, quae nunc Col-*lina a colle Quirina*-li dicitur. *Salaria autem propterea a*-ppellabatur. *quod impetratum fuer*-it, ut ea liceret *a mari in Sabinos sa*-lem portari. ‖ *Salacia dictâ est, quod* salum ciet; an-*tiquitus autem eo* vocabulo poe-*tae pro aqua ipsa usi sunt.* Pacuvius *in* . . . . . "*saeviti*-am Salaciae . . . . . vescimur . . . . . nemo ut me . . . . . um saeptam . . . . . ‖ *Salutari*-s porta ap-*pellata est ab aede Sa*-lutis, quod ei *proxima. vel ita ob sa*-lutationes vo-*catur.* ‖ *Thymelici qui n*-unc ludi, scenicos *olim dicebant, quo*-s primum fecisse C. . . . . lium, M. Popillium M. *f., curules A*-ediles, memoriae *prodiderunt* historici. solebant *his prodire mimi* in orchestra, dum *in scena actus fa*-bulae componeren-*tur, cum gestibus ob*-scaenis. "Salva res *est, dum cantat* senex", quare parasiti Apollinis in scaena dictitent, causam Verrius in l. V., quorum prima est P littera, reddidit. quod C.† Sulpicio, C.† Fulvio Cos., M. Calpurnio Pisone Pr. Urb. faciente ludos, subito ad arma exierint, nuntiatio adventus† hostium, victoresque in theatrum redierint solliciti, ne intermissi religionem adferrent, instaurati qui† essent: inventum esse ibi C. Pompinium†, libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. itaque gaudio non interruptae religionis editam vocem nunc quoque celebrari. at in hoc libro refert Sinni Capitonis verba, quibus eos ludos Apollinares Claudio, et Fulvio cos. factos dicit ex libris Sibyllinis, et vaticinio M.† vatis institutos, nec nominatur ullus Pomponius: ridiculeque de ip.† appellatione parasitorum Apollinis hic causam reddit, cum in eo praeterisset. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur. quam inconstantiam Verrii nostri non sine rubore rettuli. ‖ Salios a sallendo† et saltando dictos esse quamvis dubitari non debeat, ta-

Mommsen Berichte d. sächs. Ges. d. W. 1854 v. 158. Grann Neue Jahrb. f. Phil. u. Päd. Bd. 70 u. 74, 10 v. 660. (Mommsen Inst. R. II p. 545.)

EMEND. LECTIO. Qu. XIV, 32, 4. *P.* *Cn.* 7. *nuntiato adventu.* 10. *instaurandique.* 11. *Pomponium.* 21. lege *Marcii.* 23. *ipsa.* 33. *saliendo.*

Samnites ab hastis appellati sunt, quas Graeci σαύνια appellant; has enim ferre assueti erant; sive a colle Samnio, ubi ex Sabinis adventantes consederunt.

Salaria via Romae est appellata, quia per eam Sabini sal a mari deferebant.

Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare movere. Unde Ovidius: "Nymphaeque (147)
salaces"; quo vocabulo poetae pro aqua usi sunt. Pacuvius: "Hinc saevitiam salaciae fugimus." 5

Salutaris porta appellata est ab aede Salutis, quae ei proxima fuit.

ANNOT. FESTI. Qu. XIV, 31, 4. *inditum . . . . s*] *factum ab hastis* suppl. Urs. 5. σαύνι-α] *veru Sabellum* dici a Virgilio Aen. VII, 665., monet Dac. Veriloquium hoc a Graecis inventum esse, qui Samnitas Σαυνίτας dixerant, manifestum est. 6. *t*] vg. neglexit Urs. 6. 7. *vere sacro*] de eadem re Sisenna apud Non. p. 522, 15. v. ver sacrum, et Strabo V. p. 250.: sed Festus quaedam habet sibi propria. 10. *Salariam*] hanc accurate definit I. H. Westphal *Die Röm. Kampagne* p. 126. 11. 12. *nunc Coll.*] olim Agonalem et Quirinalem dictam esse eam constat. V. Paulus p. 9. v. Agonium, et Festus Qu. XII, 23. v. Quirinalis porta. Ab Aureliano Salaria porta facta est. 16. *Salacia*] Homeri ἁλοσύδνην comparat Scal. De ea dea v. Varro, de L. L. V. §. 72. et apud August. de C. D. VII, 22., aliique. *salum ciet*] vg. Urs. *'alunciet* cod. 19-23. Hos omnes versus Urs. Pacuvio tribuit, sed ita, ut non appareat, cur Festus tot verba ex eo poeta rettulerit; quapropter eius tentamen, etiam alias ob caussas improbandum, in Suppl. Ann. reieci. Bothe P. Sc. L. V, I. p. 151. fr. inc. 21. 21. *nemo*] *mo* tantum vg. 23. *Salutaris*] cf. Sachse Hist. Urb. T. I. p. 220. 24. *aede Salutis*] de hac v. imprimis Argeorum sacra apud Varr. de L. L. V. §. 52. Vota ea est a. 443., teste Livio IX, 31. cf. 43. 25. *salutationes*] intelligit Scal. salutationem praetoris ad portam, et supplet: *vocantium praetorem*, coll. Festo Qu. XII, 9, 6. v. pr. ad portam. At Salutaris porta non Latio, sed Sabino agro obversa erat. *vo*] Ab hac voce Urs. novum incipit vocabulum, hoc supplem. facto: *Vo-cantur Megalesia qui n-unc ludi, scaenicos-olim dicebant.* At dubito, an in cod. ante *vo* non interpungatur; certe in vg. deest omnis distinctio. Quamobrem, cum proxima verba ad aliam rem pertinere appareat, Scal. censet excidisse versum, sic fere resarciendum: *Scenici antiquitus appellabantur, qui Megalenses nunc ludi. scenicos vero ludos primum fecisse.* At neque Megalenses omnes scenici ludi unquam appellati sunt, nec qui scenici ludi in Megalensibus agebantur, scenici appellari desiti sunt. Denique primum voc. *Scenici* refragatur literarum ordini. Mihi persuasi, Festum v. 25-32. eo tantum consilio praemisisse, ut proverbii: *Salva res est dum cantat senex*, explicatio magis perspicua fieret, et ad id consilium supplem. direxi, pleraque sumpta ab Urs. 26. *scenicos*] cod. vg. *scaenicos* Urs. 28. *M. Popill.*] ignoratur horum aedilium tempus. Ludos scenicos in Megalensibus primi fecerunt a. 559. C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo Aed. Cur., ut narrat Liv. XXXIV, 54., sed dissentiente Valerio Antiate apud Liv. XXXVI, 36. Apollinares, ne de his cogites, non aediles, sed praetor urb. curavit, de qua re Liv. XXV, 12. Nec de primis scenicis ludis a. u. c. 389. factis cogitari potest. 32. *bulae*] cod. vg. *ulae* Urs. e codice. 33. *scaenis*] cod. vg. *scenis* Urs. 33. 34. *Salva res* etc.] cf. Serv. in Aen. III, 279. VIII, 110. 34. 1. *parasiti Apoll.*] hos, ex Graecanicis sacris Apollinis Romam traductos, maxime marmora ostendunt, ex quibus intelligitur, praecipue histriones et mimos eo honore ornatos esse. *L. Acilio . . nobili archimimo commun. mimor. adlecto diurno parasito Apoll. tragico comico primo sui temporis* etc. titulus est apud Gruter. 1089, 6. Orell. 2625. Cf. Gruter. 330, 1. Martial. IX, 29.

Qu. XIV, 32, 3. *prima est P litera*] v. Praef. II, 2. 4. *C. Sulp. C. Fulvio*] *P. Sulp.* et *Cn. Fulvio* scribendum esse, vidit A. Aug., qui coss. fuerunt anno u. c. 542. a. Chr. n. 211., anno post Q. Fulvium et Ap. Claudium, quibus coss. ludos Apollinares primum factos esse a P. Cornelio Sulla praetore urb., testatur Liv. XXV, 12. XXVII, 23. Cf. etiam XXVI, 23. 4. 5. *Calp. Pisone Pr. Urb.*] v. Liv. XXVI, 23., qui docet, hoc praetore curante, Apollinares ludos primum esse repetitos. 7. *nuntiatio adventus*] *nuntiato adventu* vg., et sic corr. Urs. Hic hostium adventus non alius est, quam tumultus ille repentinus, cum Hannibal III M. P. ab Urbe ad Anienem castra posuisset, de qua re Liv. XXVI, 10. 10. *instaurati qui*] *instaurandique* corr. A. Aug. in mg. Urs. 11. *Pompinium*] *Pomponium* corr. A. Aug. in mg. Urs., propter v. 22. 17. *Sinni*] cod. *Sinnii* Urs. vg. 19. *Claudio et Fulvio cos.*] v. annot. ad v. 4. 20. *Sibyll.*] vg. Urs. *Sybill.* cod. 21. *M.*] *Marci*, i. e. *Marcii*, ut vg. legitur. Livius plane cum Sinnio Capitone conspirat, XXV, 12. 23. *ip.*] cod. (qui verba ita coniungit *quaedeip*) Urs. om. vg. *ipsa* (non *ipso*) corr. Urs. 24. *parasit.*] vg. Urs. *parsitorum* cod. 27. *C. Volumn.*] Videtur hic mimus primus parasitus Apollinis dictus esse, quod Verrius opinatur eam ob caussam factum esse, quod parasitorum in scena saepe partes sustinuisset, cum deuteragonista esset. 31. *Verrii*] vg. Urs.: in cod. est *ver* cum parva lacuna. 32. *rettuli*] Urs. (*retulit* Santandr.) *retuli* vg. 33. *sallendo*] *saliendo* vg., et sic corr. Urs.

ANNOT. PAULI. 1. σαύνια] corr. A. Aug. in mg. σαίνια M. vg. *saypia* Gu. *appellant*] *appellabant* M. 4. *Ovid. . . salaces*] haec ipse Paulus addidit, sed in Ovidio non reperiuntur. Neque ea ab hoc poeta scripta puto.

Spondere putatur dictum, quod sponte sua, id est voluntate, promittatur.

Salentini a salo sunt appellati.

Seculares ludi apud Romanos post centum annos fiebant, quia seculum centum annos extendi existimabant.

Scutilum tenue et macrum et in quo tantum exilis pellicula cernitur.

5 **Squalidum** incultum et sordidum, quod proxime similitudinem habeat squamae piscium, sic appellatum.

Squarrosi ab eadem squamarum similitudine dicti, quorum cutis exsurgit ob assiduam illuviem. Lucilius: "Varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra."

Schoeniculae appellantur meretrices propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis.

ANNOT. FESTI. Qu. XV, 1, 1. *quendam*] Urs. *quaedam* cod., suprascripto *n* supra *ae*. 2. *Aeneas*] nempe cum Nasos in agro Cophyensi incoluisset, qui Mantineensi proximus est. V. Dion. Hal. I, 49. Strab. XIII. p. 608. coll. Paus. VIII, 23, 2. 25, 2. *a Mantinea*] de eadem re Plutarch. Num. 13. Serv. in Virg. Aen. VIII, 285. Caussa eius fabulae haec est, quod Mantineae cum artificiis hoplomachiae (v. Athen. IV. p. 154. d.) etiam pyrrhichica saltatio eximie colebatur. 4. *Saonem*] *Salonem* coni. Dac.: temere. V. de hoc Saone Wesseling. in Diod. V, 48. p. 369, 3. Bendtsen Samothr. in Münteri Miscell. Hafn. T. I. fasc. II. p. 96. Cf. Serv. in Aen. II, 325.: *nam et Samothraces horum Penatium antistites suos* (*Saos* s. *Saios* recte corr. Lobeck. Aglaoph. p. 1292.) *vocabant, qui postea a Romanis salii appellati sunt.* 8. *ubicumque manent*] illustratum a Cupero Observv. IV, 2. et Dac. ex titulo ap. Grut. p. 183. Orell. n. 2244., qui *mansiones Saliorum Palatinorum a veteribus ob armorum annalium (ancilium* corr. Scal.) *custodiam constitutas* memorat. Quod Cuperus pro *omnis* legi voluit *ominis*, quia Kal. Mart. ominosus dies fuerit, non opus est ut refutetur. 8. 9. *cenae*] *cena* cod. *caenae* vg. Urs. 9. *dum*] *sunt* corr. Urs., ut vg. legitur. *saliares*] vg. Urs. *sallares* cod. V. Horat. C. I, 37, 2. cum intpp. 10. *Salmacis*] cf. imprimis Vitr. II, 8., etiam Ovid. M. IV, 285. Strab. XIV. p. 656. Vibius Sequ. de font. p. 106. ed. Hessel. 11. *Halicarnasi*] cod. vg. *Halicarnassi* Urs. 13. 14. *rem quod*] vg. Urs. *remque — id* cod. 15. *anteced.*] *acced.* corr. A. Aug. Urs. non recte: sed ad pueros proprie pertinet, non ad puellas. 16. *violandarum*] vg. Urs. *vitolandarum* cod. 17. *patet refugium*] vg. Urs.: in cod. literae *t re* lacuna interceptae sunt. *Enn.*] Bothe V, I. p. 68. inc. 11. *Salmaci da sp.*] vg. *Salmacid aspolla* cod. *Salmacida* coniungit Urs. cum Scal., qui id frustra explicare conatur. Quanquam facile concesserim, Glossas Labb.: *Salmacidum*, ἁλμυρόν, et *Salmacidus*, ἁλμυρὸς, ἁλώδης, ex hoc Festi loco ortas, et errore longius propagato Salaciam in *Salmacia*, Ἀμφιτρίτη, et *Salmacia aqua*, ἁλμυρὸν ὕδωρ, mutatam esse. Idem versus extat ap. Cic. de Off. I, 18., sed mutato verborum ordine: *sine sudore et sanguine*, ita ut senarius versus efficiatur. Cuius ad interpretationem plurima contulit Beier. in Cicer. l. l. T. I. p. 142. 19. 20. *adhib.*] cod. *adbib.* Urs., typogr. errore. 21. *scribsit*] cod. *scripsit* Urs. 21. 22. *cum Pontif.*] cf. Qu. XIII, 15, 21. v. Regia. 23. *Spondere*] idem etymon proponit Varro de L. L. VI. §. 69. 25. *sponsum*] cf. Varro VI. §. 70. et Paulus p. 45. v. consponsor. 26. *quod ii*] vg. Urs. *quod ·I·* cod. 27. *Salicem*] idem veriloquium habet Serv. in Virg. Ecl. I, 55. Lind. speciosius comparat ἑλίκη, Arcadum vocabulum pro salice, i. e. vimine, apud Theophr. H. Pl. III, 14. (13 fin.) Hesych. v. ἑλίκη. Sunt tamen quae assensum cohibeant. 30. *Salinum*] cf. Festus Qu. IX, 6, 25. v. mensae, cum annot. et Qu. XII, 18, 17. v. patella. 32. *Salent.*] Magnus Verrii consensus est cum Varrone Rer. Hum. III. ap. Probum in Virg. Ecl. VI, 31., p. 205. ed. Bip.

Qu. XV, 2, 1. *d*] hanc literam in cod. esse, testatur Urs. in ann. *O* vg. *Saecul. ludi*] Festi narratio manifestis vestigiis eandem se prodit, quae legitur apud Censor. de die nat. 17, 10. e Valerio Antiate, Zosim. II, 3., Valer. Max. II, 4, 5., qui omnes eundem auctorem sequuntur. Fusius haec persequitur Mitscherlich., quem Lind. advocat, in Horat. C. T. II. p. 641. Supplem. Urs. in paucis mutavi, velut in eo, quod *primum* v. 2. omisi, quod Hartung. de rell. Rom. T. II. p. 95. non recte ipsi Festo tribuit. Cf. Qu. XV, 26. 8. v. Terentum. 4. *antea sacra fec. et*] supplevi, coll. Dionys. V, 13. *antea repertam* suppl. Urs. 9-14. In his supplendis Urs. deserui, cuius sententia, etiam ut a Dac. correcta est, ferri nequit. V. Suppl. Ann. 11. *Popillio*] vg. Urs. *Popillo* cod. Intelligo M. Popillium M. f. Laenatem cos. a. 437. 12. *stis*] cod. vg. *stiis* Urs. *furulis*] *furvis* corr. A. Aug. in mg. 16. *Scutilum*] ita cognatum est cum σκύταλον, σκυτάλη, ut patina cum πατάνη, crapula cum κραιπάλη, quanquam Festus a voc. σκῦτος derivat. In cod. nunc *Scuti* erosum est. 19. *pompa*] Circensi. cf. Paulus p. 46. v. citeria, cum annot. 20. *serutilo*] cf. Festus Qu. XV, 6, 1. 20-22. Urs. supplem. reddidi, licet non plane satisfaciant. 22. *Squalidum*] simillima leguntur apud Gell. N. A. II, 6. et Non. p. 452. v. squalere. 26. *Enn.*] Bothe V, I. p. 64. fr. 7. *Quam vestitus* refingendum in *Convestitus*, ut legitur apud Non. p. 537. v. stolam, ubi versus plenior extat. 30. *Lucil.*] apud Dousam p. 8. fr. 43. 31. *rupicum*] cf. Qu. X, 24, 23. v. petrones. Varones et rupices coniungit etiam Tertull. de an. 6., laudatus a Dac. 34. *pessimi gen.*] nugatorium unguentum dicit Varro de L. L. VII. §. 64. *dixit*] in Cistellaria, si fides Varroni de L. L. l. l.

ANN. PAULI. 2. *salo*] *sale* solus Gu. Lind. 7. *rupicum*] vg. *rapicum* M. Gu.

men Polemon ait Arcada quendam fuisse, nomine Salium, quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit. At Critolaus Saonem ex Samothrace, cum Aenea deos Penates qui Lavinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse. a quo appellatos Salios, quibus per omnis dies, ubicumque manent, quia amplae ponuntur cenae, siquae aliae magnae dum†, saliares appellantur. ||Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, vitio impudicitiae mollesceret. ob eam rem, quod eius aditus angustatus parietibus, occasionem largitur iuvenibus petulantibus antecedentium puerorum, puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius: "Salmaci da spolia sine sanguine, et sudore." ||Salias virgines Cincius ait esse conducticias, quae ad Salios adhibeantur cum apicibus paludatas, quas Aelius Stilo scribsit sacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum. ||Spondere Verrius putat dictum, quod sponte sua, id est voluntate, promittatur. deinde oblitus inferiore capite sponsum et sponsam ex Graeco dictam ait, quod ii σπονδὰς interpositis rebus divinis faciant. ||Salicem idem virgulti genus, non arboris dicit, et ridicule interpretatur dictam, quod ea celeritate crescat, ut salire videatur. ||Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni ait cum patella, quia nihil aliud sit sal, quam aqua. ||Salentinos a salo dictos, Cretas, et Illyrios, qui cum Locrensibus navigantes societatem fecerint, eius regionis Italiae, quam d-*icunt ab eis.* ||*Saeculares ludi* Tarquini Superbi regis *in agro facti sunt, ex quo eum* Marti consecravit *P. Valerius Poplicola* Cos., quod populus R. in l-*oco eo antea sacra fecerat et* aram quoque Diti ac *Proserpinae consecraverat, in* extremo Mart-*io campo, quod Terentum* appellatur, demissam *infra terram pedes fere* viginti, in qua *pro malis avertendis populus* R. facere sacr-*a solitus erat. Centesimo secundo* et nonagensi-*mo anno abhinc ii ludi instaurati sunt* Popillio Laenate *Consule, cum populus R. hostis* furulis† est *operatus tribus diebus totidem*que noctibus, ac de-*inde institutum est, centum* post annos ut *denuo fierent ii ludi, unde saeculares* appella-*ti sunt, quod centum annorum spatium* saeculi habetur. ||Scuti-*lum tenue et macrum dicitur, ex* Graeco, ut cum dici-*mus scutilum hominem, exilem* aliquem demo-*nstramus, in quo pellicula tantum. In* pompa aliud di-*cimus scutilum, ut videatur scutilum* de scrutil-*o derivatum detrita r. litera, sitque is,* qui virtute po-*test scrutari. sed ex Graeco nomen factum* scutilo, cum co-*riarium significamus.* ||*Squalidum incultum* et sord-*idum ait Verrius significare, sic dictum,* quod proxime *ad similitudinem squamae piscium* accedit, *certe eorum, qui in profunditate abditi* paludum, squ-*alent maxime. Unde Ennius* in Telepho: "Quam ve-*stitus†, squalida saeptus* stola." ||Squarrosos *ab eadem squamarum piscium* similitudine ait dic-*tos, quorum cutis exsurgat* ob adsiduam in-*luviem. Lucilius:* "*Varonum* ac rupicum squar-*rosa, incondita* rostra." ||Schoeniculas app-*ellare videtur meretriculas* Plautus propter usum un-*guenti schoeni,* quod est pessimi generis. itaque *dixit: Diobola-*

Roth in mus. Rh. 1853 p. 374 Mommsen in Rom. vol. IV p.

EMEND. LECT. Qu. XV, 1, 9. *sunt.* Qu. XV, 2, 12. *furvis.* 27. *Convestitus.*

res schoeniculae, mi-raculae, cum extritis *talis, cum todillis crusculis.*" Idem: "Prosedas pistorum *amicas, reliquias halicarias*, miseras schoeno dili*butas, servilicolas, sordid*-as." ||Scorta appel*lantur meretrices ex cons*-uetudine rusticorum, *qui, ut est in Atellanis apud anti*-quos, solebant di*cere, se attulisse pro scorto* delicularum†. omnia *namque ex pellibus facta scortea* appellantur. ||*Scortes id est pelles testium arie*-tenorum† ab isdem *scorteis pellibus Verrius dictas* esse ait. ||Scandu*laca genus herbae frugibus i*-nimicae, quod eas *velut hedera implicando n*-ecat. ||Scapten*sula locus ubi argentum effoditur* in Macedonia, *ita dictus a fodiendo*, quod est Graece σκάπτειν. *Lucretius:* "*Qual*-es expiret Scap*tensula subter odores.*" ||*Spara* parvissimi *generis iacula, ab eo, quod s*-pargantur, dicta. *Lucilius Satirarum l. . .:* "Tum spara, tum mu*rices*†, *portantur tragula p*-orro." ||Scitum populi *dicebatur, quod sine plebe cunc*-tus patricius *ordo, rogante patricio, suis suf*-fragis iussit. *quae autem aliquo interrogante* ex patribus et *plebe suffragante scita essent, eae* iam leges scrib*tae dicebantur. sed plebeisci*-tum est, quod TR. *PL. sine patriciis plebem ro*-gavit, id est consu*luit, plebesque scivit.* Plebes autem est *omnis populus praeter senatores et* praeter patricios. ||*Scitae alias, quae sunt* bona facie, alias, bonis *artibus mulieres, a p*-oetis usurpantur. Te*rentius in Phormione:* "satis, inquit, scita et†." *Idem in Heautontimoru*-meno: "at si scias, quam scite *in mentem vener*-it." Ennius in libro VI.: "lumen . . . . . scitus agaso." ||Scenam genus *fuisse ferri* manifestum est, sed futurum† se-

EM. LECT. Qu. XV, 3, 7. *pelliculam.* 9. *arietinorum.* 18. 19. *rumices.* 30. *est.* 34. *utrum.* Qu. XV, 4, 2. *II.* 7. *Scirpus.* 13. *scirpea induitur. Naevius.* 14. *iam te. callum* 31. *quo supercilio.* 32. *montibus.* 15. *scirpea.* 23. *protervo.* 27. *suillis.* 28. *sumen sueris.*

curis, an dolabra sit, ambigitur. quam Cincius in libro, qui est ei† de verbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Livius in Lydio: "Corruit quasi ictus scena, haut multo secus." **SEX. POMPEI FESTI DE VERBORUM SIGNIFICAT. LIB. XVIII. INCIPIT LIB. XVIIII.**

||Scriptum† est id, quod in palustribus locis nascitur leve et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res, quae nullius impedimenti sunt, in scirpo nodum quaerere. Ennius: "Quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum." et Plautus in Aulularia: "Quasi pueri, qui nare discunt, scirpo induetur† ratis." Novius† in Phoenissis: "Sume arma. i. ante† occidam clava scirpia†." ||Spira dicitur, et basis columnae unius tori, aut duorum, et genus operis pistori. et funis nauticus in orbem convolutus, ab eadem omnes similitudine. Pacuvius: "Quid cessatis, socii, cicere spiras sparteas?" Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait: "Spiras legionibus nexunt." ||Spectu, sine praepositione Pacuvius in Duloreste usus est, cum ait: "Amplus, rubicundo colore, et spectu proptervo† ferox." ||Spetile vocatur infra umbilicum suis, quod est carnis, proprii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur. Plautus enumerandis villis† obsonis in Carbonaria sic .m.: "Ego pernam, sumen, sueres† spectile, galium†, glandia." ||Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui. Plautus: "Flagitium est, si nihil mittetur, quae superclio† spicit", et spexit. Ennius l. VI.: "Quos ubi rex . . . ulo spexit de contibus† celsis." ||Spirillum vocari ait Opillius Aurelius caprae barbam. ||Spintyrnix est avis genus turpis

Scorta appellantur meretrices, quia ut pelliculae subiguntur. Omnia namque ex pellibus facta scortea appellantur.
Scortes, id est pelles testium arietinorum, ab eisdem pellibus dictae.
Scandulaca genus herbae frugibus inimicae, quod eas velut edera implicando necat.
Scaptensula locus, ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus a fodiendo. Namque Graece σκάπτειν fodere dicitur. Lucretius: "Quales exspiret Scaptensula subter odores." 5
Spara parvissimi generis iacula a spargendo dicta. Lucilius: "Tum spara, tum murices† portantur tragula porro."
Spira dicitur et basis columnae unius tori aut duorum, et genus operis pistorii et funis nauticus ab eadem omnes similitudine. Ennius vero hominum multitudinem spiram vocavit.
Spectu sine praepositione Pacuvius posuit.
Spetile caro quaedam proprii cuiusdam habitus infra umbilicum suis. 10
Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui.
Spirillum barba caprae appellatur.
Spintirnix genus avis turpis figurae; ea Graece dicitur, ut ait Santra, σπινθαρίς. (148)

ANNOT. FESTI. Qu. XV, 3, 1. *miraculae*] cf. Paulus p. 92. *cum extritis*] de hoc versu suppl. v. annot. ad Paulum p. 41. v. crocotillum. 2. *Idem*] in Poenulo I, 2, 55., ut vidit A. Aug. *Prosedas*] cf. Paulus p. 124. v. prosedae. 4. *Scorta*] cf. Varro de L. L. VII. §. 84., quem Urs. in supplendo h. l. unice secutus est: neque ego ab eius sententia nisi in pauculis discessi. 7. *delicularum*] *pelliculam* ex Varrone corr. Urs. 9. *scortes*] cf. etiam Qu. XV, 6, 17. v. scorteum. *tenorum*] *arietinorum* scribendum. *isdem*] cod. vg. *iisdem* Urs. 10. *esse ait*] cod. vg.: Urs. eadem tanquam e supplem. 10. 11. *Scandulaca*] Paulus. *Scandulata* volebat Turneb. Adv. VIII, 23. Intpp. eandem putant atque orobanchen Plinii et Dioscoridis: sed caussa non satisfacit. 12. *ecat*] cod. *necat* vg. *cat* tantum Urs. e codice. 12. 13. *Scaptensula*] Hoc oppidum, Thucydidis exilio nobilitatum, primum Σκαπτὴ ὕλη, deinde, genitivo in nominativum deflexo, Σκαπτηούλη dicebatur, Scaptensula autem ex tribus casibus factum pessima consuetudine invaluit. 15. *Lucret.*] VI, 810. 16. *Spara*] cf. Serv. in Aen. XI, 682. Non. p. 223. v. spari. p. 554. v. sparos. Isid. Origg. XII, 6. 18. *Lucil.*] huius idem versus Qu. XIII, 7, 18. iam positus est. 18. 19. *murices*] ita etiam Paulus, sed recte *rumices* corr. A. Aug. in mg. Urs. 19. *orro*] cod. vg. *ro* tantum Urs. *Scitum pop.*] cf. Qu. XII, 2, 29. v. Populi commune. 20. *sine plebe*] suppl. Urs., occupans iam illo tempore Niebuhrii inventum, quod hic H. R. T. I. p. 436 sqq. ed. sec. exposuit, ubi miror, virum eximium Festi testimonio ab Urs. restituto non usum esse. Equidem in h. l. supplendo ab Urs. in paucis tantum verbis discessi. 21. *fragis*] cod. *fragiis* vg. Urs. 28. 29. Urs. supplem. v. in Suppl. Ann. 29. *oētis*] cod. *poetis* vg. *etis* tantum e codice refert Urs. 30. *Phorm.*] I, 2, 60. *et*] scribe *est* ex Terentio. Urs. *et* cum proximis coniungit. 31. *Heaut.*] IV, 5, 16. *scite*] vg. Urs. *scitae* cod. 32. *it*] cod. *ut* vg. *L* Urs., ex errore typogr. *Enn.*] VI, 21. ap. Merulam, qui versum talem exhibet: *Lumen protendit Burro tunc scitus agaso.* 33. *Scenam*] eadem fere de scena legebantur Qu. XIV, 24, 16. 34. *ferri*] *cultri* suppl. Urs. *futurum*] *utrum* corr. A. Aug. in mg. Urs.

Qu. XV, 4, 2. *ei*] *II* sive *secundus* corr. A. Aug. in mg. Urs. 3. *Liv. in Lydio*] Bothe V, II. p. 5. 4. *haut*] cod. *haud* vg. Urs. 7. *Scriptum*] *Scirpus* vg., sic corr. Urs. 8. *tegetes*] cod. vg. *teges* Urs. 11. *Enn.*] Ann. XVIII, 17. Mer. 12. *Aulul.*] IV, 1, 9. 13. *scirpo induetur*] *scirpea induitur* apud Plautum scribitur. 13. 14. *Nov. in Phoen.*] pro Novio recte *Naevius* substitui videtur. Bothe V, I. p. 90. 14. *i. ante*] *id est an* vg. *iam te* corr. A. Aug. in mg. Urs. Alii audacius et iidem infelicius hunc versum tractarunt. 15. *scirpia*] scribe *scirpea*, cum Dac. 15. 16. *unius tori aut duor.*] illa est Ionica, haec Atticurges spira. V. Vitruv. III, 3. 16. *pistori*] cod. *pistorii* vg. Urs. Cf. Cato de R. R. 77. 18. *Pacuv.*] Bothe V, I. p. 151. inc. 23. 19. *Enn.*] Ann. XVII, 11. ap. Merulam. Comparatur Graecum σπεῖρα, πλῆθος, στράτευμα, τάγματα, quod Ennius in Romanam linguam invexit. 21. *nexunt*] cf. Priscian. X. p. 904 P. 22. *Pacuv. in Dul.*] Bothe p. 118. fr. 8. Stieglitz. Pacuv. Dulor. p. 94. 23. *propervo*] *protervo* vg., sic corr. Urs. 24. *Spetile*] *spectile* corr. Urs., quae varia lectio est apud A. Aug., ut legitur v. 28. Neutrum certum est. 25. *exos*] i. e. exosse, ut apud Lucret. 27. *villis*] *suillis* corr. A. Aug. in mg. Urs. *vilibus* vg. *obsonis*] cod. *obsoniis* vg. Urs. *Carbon.*] Bothe p. 436. fr. 2., qui *Egeo* ex ipso Festo affert. Alii *Esto*. Ita confit tetrameter trochaicus. 28. *sueres*] *sueris* corr. Turneb. Adv. XIV, 1. V. de ea forma Varro de L. L. V. §. 110. (non X. §. 7.). *galium*] *callum* vg., ut corr. Urs. 29. *Spicit*] v. annot. ad Paulum p. 2. v. auspicium. 30. *Plaut.*] Mil. glor. III, 1, 100. 31. *quae*] *quo* in Plauto legitur. *superclio*] *supercilio* vg., et sic corr. Urs. *Enn. l. VI.*] *sextodecimo* vg. Hinc apud Merulam est XVI, 20. Sed rex Burrus erat, de quo l. VI. dicebatur. 32. . . . *ulo*] *pulo* vel *sulo* in cod. esse videtur.

Scraptae* nugatoriae ac despiciendae mulieres.

Scrutillus venter suillus condito farre expletus.

Spinter armillae genus, quo mulieres utebantur brachio summo sinistro.

Scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attrectatu, unde scrupulosam rem dicimus, quae aliquid in se habet asperi.

5 **Scrautum** pelliceum, in quo sagittae reconduntur, appellatum ab eadem causa, qua scortum. *Σκύτος* enim Graece pellis dicitur, unde **scuticae** et **scuta**, quia non sine pellibus sunt.

Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales, quae incestum fecerunt, defossae sunt.

Sceleratus vicus Romae appellatur, quod, quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium regem, socerum suum, corpus eius iacens filia carpento supervecta sit, properans in possessionem domus paternae.

dulo V. C. apud A. Aug., ubi *paulo* in contexto et *sedulo* in mg. proponitur. *ulo* Urs. Syllaba una absumpta est vi corrosiva lit. S in opposito eiusdem folii latere (Praef. I, 1.). *ultro* coni. Pompon. Laet. *pullos* Scal. Coniect. in Varron. 61, 3. (p. 92.). Magnam difficultatem creat comparatus Varro de L. L. VI. §. 82. *contibus*] *pontibus* corr. A. Aug. in mg. *montibus* corr. Pomp. Laetus. Urs. *cortibus* Scal. *collibus* Merula; *cotibus* et aliter alii. 33. *Opillius*] cod. vg. *Opilius* Urs. *Spirillum*] *Spirilium* temere praefert Meurs. Exerc. crit. II, III, 2. 34. *barbam*] vg. Urs. *barbaram* cod.

ANNOT. PAULI. 2. *dictae*] M. vg. *dicti* Gu. Lind. 3. *inimicae*] M. vg., ut Festi cod. *inimica* Gu. Lind. 9. *Spectu*] vg. *Specto* codd. 13. *ut ait Santra*] unus servavit M. om. cett.

ANNOT. FESTI. Qu. XV, 5, 1. *occursatrix artificum*] ex incerto poeta. Incendiariam avem dicunt quidam apud Plin. N. H. X, 13, 17.: huic certe nomen *σπινθαρίς* a scintillis convenit. 2. *Graece*] Urs. *grecae* cod. *σπινθαρίς*] *σπίνθασις* esse in Aristotele, scribit Dac., Henr. Stephano consulto, non Aristotele. Gloss. Labb.: *Spinturnix*, *πυραλίς*. *Spicum*] cf. Serv. in Virg. G. I, 111. 314. Non. p. 225, 30. 3. *hunc stirpem*] v. supra Qu. XIV, 18, 21. v. stirpem. 4. *hanc amnem*] v. Paulus p. 46. v. corius, et annott. *versus*] est Saturnius, qui finitur voc. *spicum*. 5. *Speres*] cf. Non. p. 171, 25. In Varronis *ὄνῳ λύρας amusiam* noli mutare in *amasiam*. 6. *Ennius*] Ann. II, 29. apud Merulam. 7. *simul*] *semel* commodius putat Dac., sine iusta caussa. 7. 8. *l. XVI.*] v. 26. apud Merulam, qui *sint* pro *sunt* posuit. 9. *Spectio*] dixi de hoc difficili loco Etrusc. rer. III, 5, 2. T. II. p. 112.; sed emendandi viam nunc puto paulo leniorem me invenisse. Hartungus tamen de rell. Rom. T. I. p. 111., vereor, ne defendat, quae defendi nequeunt, ut illa: *nuntiando quae cum vidissent satis* (sc. essent). Diligentissime nuper de ipsa re dixit Rubino in libro de Romanorum R. P. nondum publice edito p. 55., cuius in partes libenter irem, nisi ipse Festus me retineret. *et*] ante h. v. puto excidisse vocc. *Est spectio*. 10. *nuntiatio*] Urs. *nuntiato* cod. vg. *quia*] *iis qui* corr. A. Aug. in mg. Urs. 10. 11. *auguribus*] vg. Urs. *auxgu-ribus* cod. 11. 12. *rem gererent magistratus*] *res gererentur, magistratibus*: commode coni. Hartung. 13. *quae cum*] *quaecunque* corr. Scal. *satis*] scribe *set* (i. e. *sed*) *is* (i. e. *iis*), ita ut non post, sed ante h. voc. interpungatur. *at iis* Scal., qui putaverat, Festi verba ad hanc sententiam refingenda esse: *Spectio in Auguralibus ponitur pro aspectione. Spectio et nuntiatio data erat iis magistratibus, qui omne ius auspiciorum habent, auguribus spectio duntaxat, quorum consilio rem gererent magistratus, non ut possent impedire nunciando, quaecunque vidissent, at iis spectio sine nunciatione data est.* Eandem sententiam lenioribus machinis assequi studet Rubino: quod autem *satis* in *aliis* mutat, quod intelligi nequit quo spectet, haud probaverim. 16. *Scripturarius ager*] cf. Non. p. 37, 33. Varro de R. R. II, 1. Plin. N. H. XVIII, 3, 3. 21. *scribae quidem*] vg. Urs. *scribae equidem* cod. *librari*] cod. *librarii* Urs. 24. *carmen*] v. de hoc Liv. XXVII, 37. cf. VII, 2. 25. *publice*] vg. Urs. *publicae* cod. 26. *et*] uncis includitur vg. *ei* corr. Urs., minus apte. *aedis Minervae*] de eadem v. Ovid. F. VI, 728. 28. *ponere*] post h. voc. interpunxi, ita ut *in honorem Livi* penderet a verbis: *publice attributa est*. *Livi*] cod. *Livii* Urs. *his*] *is* corr. Urs., ut vg. legitur. 29. *Scraptae*] cf. Non. p. 169, 6. et Varro de L. L. VII. §. 65., quanquam hic non de scraptis, sed de scratiis mulieribus loquitur. 31. *unus*] *Verrius* vg., et sic corr. Urs. *his*] *iis* vg.: ita corr. Urs. *screa*] vg. Urs. *scraea* cod. *screum*, *τὸ χρέμμα*, voc. est quo lexica carent. 33. *se purgaret*] i. e. deorum invidiam arceret, ut sinu ter conspuendo. *Titinius*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 65. fr. 10. Nomen fabulae, Prilia vel Proelia, obscurum est.

Qu. XV, 6, 1. *scrattiae*] *scraptiae* vg. 3. *Plautus*] Bothe p. 448. fr. inc. 61. *sullus*] *suillus* corr. Urs. *di*] cod., ut vg. (p. 431. Ven.) Urs. easdem literas supplem. tribuit, quod cum minime satisfaciat, in Suppl. Ann. reieci. 4. *inillum*] videtur fuisse *scr-utillum*, ut Urs. censet. 6. *Spinther*] Graecum *σφιγκτήρ*. Cf. Priscian. V. p. 646. P. 8. *Plautus*] Menaechm. III, 3, 4. 9. *Scrupi*] cf. Varro de L. L. VII. §. 65. Gloss. Labb.: *Scrupus*, *λίθος*. Scribe

figurae. "occursatrix artificum, perdita spinturnix." ea Graece dicitur (ut ait Santra) ΣΠΙΝΘΑΡΙΣ. ||Spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. versus est antiquus: "Quasi messor per messim unumquemque spicum collegit." ||Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius l. II.: "Et simul effugit speres ita funditus nostras." et l. XVI.: "Spero, si speres quicquam prodesse potis sunt." ||Spectio in auguralibus ponitur pro aspectione,† et nuntiatio, quia† omne ius sacrorum habent, Auguribus, spectio dum taxat, quorum consilio rem gererent magistratus†, non ut possent impedire nuntiando, quae cum† vidissent satis.† spectio sine nuntiatione data est, ut ipsi auspicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando. ||Scripturarius ager publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est: quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. ||Scribas proprio nomine antiqui, et librarios, et poetas vocabant. at nunc dicuntur scribae quidem librari, qui rationes publicas scribunt in tabulis. itaque cum Livius Andronicus bello Punico secundo scribsisset carmen, quod a virginibus est cantatum, quia prosperius resp. populi R. geri coepta est, publice adtributa est et† in Aventino aedis Minervae, in qua liceret scribis, histrionibusque consistere ac dona ponere, in honorem Livi, quia his† et scribebat fabulas, et agebat. ||Scraptae dicebantur nugatoriae, ac despiciendae mulieres, ut ait unus†, ab his† quae screa iidem appellabant, id est quae quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: "Rectius mecastor Piculetae Postumae lectum hodie stratum vidi scrattiae muli-*eris*." ||*Scrutillus appellabatur* venter suillus, co-*ndito farre expletus*. Plautus: "venter sullus†, di . . . . . *scr*inillum.† ego me hodie . . . . . esa farte biberem . . . . . ||Spinther vocabatur *armillae genus, quod mulieres* antiquae gere-*re solebant brachio summo* sinistro. Plautus: "Iu-*beasque spinther novum* reconcinnarier." ||*Scrupi dicuntur aspera* saxa, et difficili-*a attrectatu, rupesque navigatori* insuetae, aut . . . . . lere. Ennius in An-*dromeda*: "*Scrupeo investita* saxa† atque hos-*treis*† *squamae scaprent*." Unde scrupolosam *rem dicimus, quae aliquid habet* in se asperi. Corne-*lius Sisenna histor. l.* IIII.: "his tum iniect-*us est levis scrupulus* et quaedam dubitatio." . . . . . ||*Scrautum* vocabatur *pelliceum, in quo sagittae* reconduntur, ab ea-*dem causa, qua scortum. nam utri*quia† pellibus nomen, a σκ-ύτος, *quod Graece pellis. unde* scyticae†, et scuta, *quod et haec non sine pellibus sunt*. ||Sceleratus campus app-*ellatur prope portam Collinam*, in quo virgin-*es Vestales, quae incestum* fecerunt, defossae sunt v-*ivae*. ||*Scribonianum appellatur* antea† atria *puteal, quod fecit Scribonius*, cui negotium da-*tum a Senatu fuerat, ut* conquireret sacella att-*acta. isque illud procuravit*, quia in eo loco *attactum fulmine* sacellum fuit. quod igno-*raverant contegere*, ut quidam, fulgur conditum. *quod cum scitur, quia nefas* est integi: semper forami-*ne ibi aperto* caelum patet. ||Sceleratus vi-*cus appellatur*, quod cum Tarquinius Superbus interfici-*endum curasset* Ser. Tullium regem soce-*rum suum, corpus*

EMEND. LECT. Qu. XV, 5, 9. Adde: *Est spectio.* 10. *iis qui.* 11. 12. *res gererentur, magistratibus.* 13. *quaecunque.* : *sed iis.* 26. *et*] dele. 28. *is.* 31. *Verrius.* *iis.* Qu. XV, 6, 3. *suillus.* 3. 4. *scrutillum.* 12. 13. *investitae* *saxo.* 13. *ostreis.* 19. 20. *utrique a.* 21. *scuticae.* 25. *ante.*

eius iacens filia carp-ento supervectast, *properans in possessionem* domus paternae. ||*Scelerata porta eadem app*-ellatur a quibusdam, *quae et Carmentalis* dicitur, quod ei proximum *Carmentae sacellum fuit. scele*-rata autem, quod per eam *sex et trecenti Favi c*-um clientium millibus *quinque egressi adversus E*-truscos, ad amnem *Cremeram omnes sunt inter*-fecti. qua ex causa *factum est, ut ea porta int*-rare, egredive *mali ominis habeatur.* ||*Schedia* genus navigii *inconditi, trabibus tantum inter* se connexis facti, *quo mercimonia circum*-ferunt post amissam *navem. eodem vocabulo Lucili*-us quoque poemata *levia et versus, non sat*-is perfectis† qui essent, *appellavit schedia*, cum dixit: "Qui schedium faciunt *inconditum et* . . . . ." ||Sexagenarios *de ponte olim deiciebant*, cuius causam Manilius *hanc refert, quod Romam* qui incoluerint *primi Aborigines, aliquem h*-ominem, sexaginta *annorum qui esset, immolare* Diti Patri quot*annis soliti fuerint.* quod facere eos de*stitisse adventu Her*-culis. sed religio*sa veteris ritus observatione sc*-irpeas hominum ef*figies de ponte in Tiberim antiquo* modo mittere *instituisse. alii dicun*-t, morante in Italia *Hercule, quod quidam ei*-us comitum habitave*rint secundum rip*-am haberi†, atque Arga*eos se a patria voca*-verint arvi†, quorum pro*pagatam memori*-am redintegrari eo ge*nere sacri. alii, e Graeci*-a legatum quondam Arga*eum temporibus antiqu*-is Romae moratum esse. is ut *diem obieri*-t, institutum esse a sacerdotibus, ut *effigies s*-cirpea ex omnibus, cumque publicae . . . . . *nu*-ntiavisset, per flumen ac mare in patriam remitteretur. sunt, qui dicant, post urbem a Gallis liberatam, ob inopiam cibatus, coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero unus, filii pietate occultatus, saepe profuerit patriae consilio, sub persona filii. id ut sit cognitum, ei iuveni esse ignotum, et sexagenaris vita concessa. latebras autem eius†, quibus arguerit† senem, id est cohibuerit, et celaverit, sanctitate dignas esse visas, ideoque arcaea appellata. sed exploratissimum illud est causae, quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt, ut de ponte deicerentur sexagenari, qui iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem: cuius sententiae est etiam Sinnius Capito. vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato. ||Secus aliter significat. ||Sexu, natura habituque, ex Graeco, quam illi vocant ἕξιν. Afranius in Privigno: "Sic agit† orbus virili sexu adoptavit sibi." Pacuvius in Atalanta: "Triplicem virili sexu partum procreat." ||Simpludiarea funera sunt, quibus adhibentur D. T. ludi†, corbitoresque. quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum. nam indictiva sunt, quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores, quae sunt amplissima. ||Sex suffragia appellantur in equitum centuriis, quae sunt adfectae† ei numero centuriarum, quas Priscus Tarquinius rex constituit. ||Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore his† decussis valebat: id est dupundius, S.

EMEND. LECT. Qu. XV, 7, 14. *perfecti.* 27. *Tiberis.* 28. *Argis.* Qu. XV, 8, 8. *eas.* *arcuerit.* 22. *, aiunt,.* 25. lege: *duntaxat ludii.* 31. *adiectae.* 34. *is.*

Scelerata porta, quae et Carmentalis dicitur, vocata, quod per eam sex et trecenti Favii cum clientium millibus quinque egressi adversus Etruscos ad amnem Cremeram omnes sunt interfecti.

Schedia genus navigii inconditum, id est trabibus tantum inter se nexis factum, unde mala poemata schedia appellantur.

Sexus natura vel habitus ex Graeco ἕξις* vocatur.

Simpludiarea funera, quibus ludos adhibebant.

Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decussis valebat, id est dupondius et semis.

λίθαξ. 10. 11. Urs. quae addidit, v. in Suppl. Ann. 12. *Ennius in Andromeda*] Bothe V, I. p. 37. fr. 4. Versus extat integer apud Non. p. 169, 22. v. scapres, unde lectionem meliorem prompsi, quam Urs. Hic etiam: *in Andromacha* scripserat, contra Nonii fidem. 12. 13. *investita*] *investitae* corr. Bothius. 13. *saxa*] *saxo* corr. Urs. e Nonio. *hostreis*] *ostreis* corr. Urs. Dicta ea erant de ceto, cui Andromeda obiiciebatur. 14. *scrupolosam*] Urs. *scrupulosam* vg. 15. *Sisenna*] Krause Fragm. Histor. p. 314. 17. 18. *Scrautum*] Paulus; idemque e glossis Philoxeni affertur. Apud Labbaeum legitur: *Strautum, θήκη δερματίνη βελῶν.* Confer scrotum et Graeca γωρυτός et κώρυκος. *Scorteum* suppl. Urs., cuius additam. v. 17-21. in Suppl. Ann. posui. 19. *ea*] cod. vg. *eo* Urs. 20. *quia*] scribe: *que a.* 21. *scyticae*] *scuticae* vg., recte. *scuta*] cf. supra Qu. XV, 2, 16. v. scutilum. 22. *Sceler. campus*] cf. Dionys. H. II, 67. Liv. VIII, 15. Plutarch. Num. 10. Festus Qu. XII, 9, 29. v. probrum. *app*] cod., non *ap*, ut apud Urs. 24. *Scribonianum*] de hoc, multum ab antiquis scriptoribus et in numis celebrato, v. intpp. Persii IV, 49. Rer. Etrusc. III, 7, 4. T. II. p. 171. 25. *antea*] *ante* corr. Urs. *atria* sunt Vestae. V. Sachse Hist. Urbis T. I. p. 134. 27. *conquireret*] *coinqueret* corr. Urs. ex tabulis fratrum Arvalium, sed huius verbi notio, ut supra in annot. ad Paulum p. 49. v. coninquere definita est, ab hac re plane absona est. *sacella*] Urs. *saccella* cod. Item v. 29. 29. *igno*] cod. *ignora* vg. *ign* Urs. 30. *ut quidam*] uncis includit Urs. Quam hic cum Scal. proposuit huius articuli formam restitutam, eam mutavi v. 29. 30. V. Suppl. Ann. 32. *Sceleratus vicus*] cf. Varro de L. L. V. §. 159. Liv. I, 48. Dionys. Hal. IV, 39. Cf. Festus Qu. IX, 31, 21. v. Orbius.

ANNOT. PAULI. 1. *Scraptae*] *Sartae* codd. Illud ex Festo repositum est. 2. *Scrutillus*] Gu. mg. A. Aug. *Sortutillus* vg. om. M. 4. *Scrautum*] boni codd., etiam Ios. Merceri codex, laudatus a Salmasio Exerc. Plin. p. 263, 1 f. *Scorteum* vg. 6. *scuticae*] *scytice* M. ut Festi cod.

ANNOT. FESTI. Qu. XV, 7, 1. *st*] *est* vg. 2. 3. *Scelerata porta*] de eadem re Qu. XIII, 21, 5. v. religioni. 5. *rata*] cod., ut vg. *Scelerata* Urs., ut e codice. 10. *Schedia*] utitur voce e Latinis scriptoribus Ulpianus in Digest. XIV, 1, 1. *a* in vg. servatum est, non ab Urs. 11. *connexis*] Urs. *conexis* cod. 12. 13. *quo . . . navem*] supplevit Urs., a quo in vv. 13-15. paulisper discessi. 13. *us*] *Lucilius* esse dicit Dac. in schedis, eoque respexisse putat Petron. Satyr. 4.: *Sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae improbitatis*, — ita satirae genus describitur — *quod sentio et ipse carmine effingam.* Verum adhibere debebat potius Appuleium Flor. p. 150. Bip. (23): *Etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio incondito* etc. 14. *perfectis*] *perfecti* corr. Urs. C. Barth. Adv. II, 3. Lucilii nomen hic infert, ita: *non satis perfectos. Lucilius satiram appellavit schedium*, minus apte. 15. *cum*] Urs. *um* vg. *Qui schedium*] hexametri initium esse putavi. Dousa fr. inc. 95. supplementum Urs. reddit: *Qui schedium facit inconditum et inelaboratum*, cuius nulli sunt numeri. 16. *Sexagenarios*] cf. Paulus p. 57. v. depontani, et annot. Menardus in Cic. pro Roscio Amerino 35. p. 350. ed. Neapol. Lind. memorat dissertationem I. Fr. Wagneri Lunaeb. 1831. editam: *Quaeritur quid sit: Sexagenarium de ponte.* Ursini supplem. praeivit Scal. 20. *Diti*] *editi* vg. Saturno, ex sententia Dionysii et Ovidii. 23. 24. *scirpeas hominum effigies*] v. de his Paulus p. 14. v. Argeos, cum annot. 26. *eius comitum*] ita Argeos explicat Paulus p. 17. v. Argea, et plures e scriptoribus, quos ad p. 14. advocavimus; sed quaedam Festus sibi propria habet, non facili opera redintegranda. 27. *haberi*] *Tiberis* corr. Urs. praeeunte Scal. 27. 28. *Argaeos*] pro *Argeos* positum est, ut infra v. 30. 31. 28. *arvi*] *arvis* corr. Urs., parum probabiliter. Scal. id voc. in resarciendo loco omittit. Forsitan *Argis* fuerit. *pro*] *P. Ro* esse putat Scal. *pro-ditam* suppl. Urs., cuius additamenta, quae omisi, v. in Suppl. Ann. Nam descivi a Scal. et Urs. in eo, quod duo explicandi genera discrevi, ubi illi unum proponi statuerunt. 31. *-is*] vg. *iis* Urs. *is*] Urs. *his* cod. vg. 32. *obierit*] post hoc voc. punctum est apud Urs. et vg. *sacerdotibus*] post hoc voc. *ut*, quod habet Romana, in Santandr. omissum est. 33. *cumque*] cod. vg. *cum quae* Urs.

Qu. XV, 8, 3. *iaci*] Urs. *laci* cod. 5. *patriae*] literae duae priores in cod. deletae sunt. 7. *sexagenaris*] *sensagenaris* cod. *sexagenariis* Urs. 8. *eius*] *eas* corr. A. Aug. in mg. Urs. *arguerit*] *arcuerit* corr. A. Aug. in mg. Urs. 10. *arcaea*] propter etymon illud retineri potest, quanquam Urs. *Argaea* corrigit. 12. *per pontem* etc.] haec fere est explanatio Varronis de vita P. R. apud Non. p. 523, 23. Cf. Ovid. F. V, 637. Macrob. Sat. I, 5. De antiquitate eius moris prudenter dubitat Osenbrüggen in Ephemerid. antiqu. a.

Sex millium et ducentorum hominum primus Gaius Marius legionem conscripsit, quum antea quatuor millium fuisset, unde etiam appellabatur quadrata.

Sibus callidus sive acutus.

Sed pro sine inveniuntur posuisse antiqui.

5 Sybinam appellant Illyrii telum venabuli simile. Ennius: "Illyrii restant licis sybinisque fodentes."

Sediculum sedile.

Sudiculum genus flagelli dictum, quod vapulantes sudantes facit.

(149) Sectarius vervix, qui gregem agnorum praecedens ducit.

Secespitam alii securim, alii dolabram aeneam, alii cultellum esse putant.

10 Sicilicum dictum, quod semunciam secet.

Secessiones† narrationes.

1836. p. 1006. — De pontibus saeptorum in campo v. Gruchius de comit. I, 4. II, 5., quibus Gothofr. error satis convincitur. 14. *sexagenari*] cod. *sexagenarii* Urs. 19. *Afranius in Repudiato*] Bothe P. L. Sc. V, II. p. 187. fr. 8. *Secus aliter*] *fit secus et adverbium, quod significat aliter*, Charis. I. p. 61. P. *Sexus aliter* vg., sic corr. Urs. *Sexus aliter sexu*, deleto *significat*, voluerat Scal. Sed vana haec; nam uno punctulo, quod ante *Sexu* posui, omnis loci, quem corruptissimum putaverat Scal., difficultas tollitur. Nomen *sexu*, nominativo casu, quod Scal. finxit, non extat usquam. 21. *Afranius in Privigno*] Bothe p. 184. fr. 22. 22. *agit*] *ait* corr. A. Aug. in mg. Urs., ita ut senarii finem faceret. Sed praestat: *aiunt*, ut tetrameter trochaicus fiat. *sexu*] cod. *sexa* Urs.; mendum typogr. 23. *Pacuvius in Atalanta*] Bothe p. 109. fr. 5. 24. *Simpludiarea*] Simpli ludiarea explicat Scal. in Ausonianis lectt. I, 28. Semiludiaria fuisse coni. Doederlin. Synon. et Etym. VI. p. 335. 25. *d. t.*] i. e. *duntaxat*. *ludi*] legendum esse *ludii* recte monet Doederlin., qui item v. 27. *ludiorum* corrigit, et v. 28. *ludii* legit. Sed *ludorum* retineo, quod id non ludios solum, sed etiam corbitores complectitur. 25. 26. *corbitoresque*] voc. alias incognitum Scal. a corvorum gressu derivat, idemque significare putat, quod cernuatores, i. e. κυβιστητῆρας. 26. *quidam*] *quidem* Santandr. 27. *indictiva*] v. Paulus p. 79. v. indictivum. 29. *sex suffragia*] v. Niebuhr. H. R. I. p. 449. ed. sec. Huschk. de Servio p. 348. 31. *adfectae*] *adiectae* vg.: sic corr. Urs. Gronov. Observv. III, 25. p. 674. (327. ed. Frotscher.) et nuper Rein. Quaest. Tull. p. 9. corr.: *effectae ex numero*. Franckius autem de tribuum rat. p. 36. *adiectae* ita interpretatur, tanquam scriptum sit *attributae*. Praestat fateri, Festum pugnare cum iis scriptoribus, qui antiquiores equitum centurias sex suffragia appellant. 34. *his*] *is* vg., et sic corr. Urs. *decussis*] Urs. *decusis* cod. *S.*] i. e. *cum semisse*. om. vg. De forma voc. *dupundius* v. Qu. XV, 22, 10.

ANNOT. PAULI p. 335, 1. *Favii*] codd. *Fabii* vg. Lind.: illud retinui propter singularem librorum constantiam, de qua dictum in annot. ad Paulum p. 65. v. Fovii. Eandem formam in Festum intuli. 3. *factum*] om. Gu. Lind., non recte. 4. ἕξις] *exin* codd. Ac videtur Paulus, homo Graece indoctus, revera *exin* sive ἕξιν ex Festo posuisse. 6. *et semis*] om. Lind., negligentia puto, nam sunt ea in ed. vet. et vg.

Ad p. 336, 1. *Sex millium*] cf. nunc imprimis Niebuhr. H. R. T. III. p. 113. *primus Gaius Marius legionem*] *legionem primus Gaius Marius* Gu. Lind. 2. *appell. quadrata*] *quadrata appellabatur* Gu. Lind. 3. *Sibus*] v. Festus supra Qu. XI, 1. p. 33, 26. v. persibus. *vel*] *sive* Gu. Lind. 4. *Sed*] v. Gruter. Thes. Inscr. p. 509, 20. cf. 508, 17. 5. *Sybinam*] *Sibinam* M. Praestabat *Sibynam*, ut apud Hesychium et Suidam legitur. Sed poterat sybina et sibyna in usu esse, ut multa similia. *Ennius*] Ann. VII, 115. apud Merulam, ubi scriptum est: *Illurii . . . sibunisque fodantes*, videlicet e Paulo, qui p. 63. *fodare fodere* habet, recte ut videtur. 7. *Sudiculum*] vg. Lind. *Seduculum* boni codd. Spectat ad Plauti Pers. III, 3, 13. 8. *Sectarius*] his explicatur Plautus in Captiv. IV, 2, 40. *verbix*] M. *verbex* Gu. *vervex* vg. 9. *Secespitam*] cf. quae similia leguntur de scena Qu. XV, 3. p. 139, 34. Plura de secespita infra Qu. XV, 23. p. 155, 4. *esse*] Lind. e bonis codd. om. vg. 10. *Sicilicum*] vg. Lind. *Silicum* codd. Gloss. Labb.: *Sicilicium*, τέταρτον οὐγκίας, et *Sicilium*, οὐγκίας τέταρτον. Cf. Boeckh. Metrol. Quaest. p. 160.: qui quod narrat, simile nomen in Italico antiquo titulo reperiri, quem Klenzius interpretari sibi proposuerit, non dubito quin spectet ad *zicolom* illud in Osco Bantinae tabulae titulo. 11. *Secessiones*] a verbo secere, quod est dicere. Verumtamen inde qua lege secessio derivata sit, cum vix intelligi, certe analogo exemplo firmari non possit, putaverim fuisse *secitiones*. Insectiones pro narrationes dictum esse, testatur Gell. N. A. XVIII, 9.

Siciles hastarum spicula latâ. Ennius: "Incedit veles vulgo sicilibus latis."

Sectio persecutio iuris.

Secundae res non a numero dicuntur, sed quia, ut velimus, sequantur.

Sinciniam cantionem solitariam.

Sectores et qui secant dicuntur et qui empta sua persecuntur. 5

Sicyonia genus calciamenti. Lucilius: "Et pedibus laeva sicyonia demit honesta."

Simultas, id est odium, dicta ex contrario, quia minime sint simul; potest et a simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur ad invicem.

Sementivae feriae fuerant institutae, quasi ex is fruges grandescere possint.

Simpulum vas parvulum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur; unde et mulieres rebus divinis 10 deditae **simpulatrices**.

Senaculum locus senatorum.

ANNOT. PAULI. 1. *Siciles*] scripsi. *silices* M., sed postea *sicilibus*. *sicilices* et *sicilicibus* vg. Lind. Apud Plin. N. H. VI, 13, 15. *sicilis* legitur, in Gellii N. A. X, 25, 2. *siciles* codd. fide maxime confirmatum esse videtur, quanquam edd. vett. *silices* habent. In Glossis Labbaei legitur: *Sicila*, σμίλα χαρτοτόμος, ἀρβήλιον. *Sicilicis*, ἄρβηλον. *Sicilum*, ξυρὸν σκυτέως. Siciles genuina voc. forma dici arbitratur etiam Salmasius in Capitolini Maxim. et Balbin. c. 17. p. 164. *Ennius*] Ann. XVI, 6. apud Merulam. Vocalis i longa esse videtur, ut in sīca. 2. *Sectio*] v. paulo inferius v. sectores. 4. *Sinciniam*] *Sicinium* corr. Dac., adducta glossa: *Sicinium quasi singularis cantilenae vox* etc. Atque ita nunc legitur apud Isidor. Origg. VI, 19, 6. Sed verius est sincinium, ab eodem *sin*, quod est in sincerus et simplex, et canendo. Sicinnistae sive saltatores Satyrici Graecorum, quos quidam immiscent, ab ea re alienissimi sunt. 5. *persecuntur*] M. *persequuntur* Gu. Rectius Cicero pro Rosc. Am. 29., adductus a Dac., etiam hos a secando deducit, cum *sectores collorum ac bonorum* dicit. 6. *Sicyonia*] v. de his Cicero de Orat. I, 54, 231. ad Herenn. IV, 3, 4. Hesych. v. Σικυώνια. *Lucilius*] apud Dousam fr. inc. 37. 9. *Sementivae*] codd. Lind. *Sementinae* vg. Ita quidem Varro de L. L. VI. §. 26. et Paulus supra p. 48. v. conceptivae. Sed *Sementivae* Varro de R. R. I, 2. *is*] M. *his* Gu. *iis* vg. *possint*] *possent* corr. A. Aug. in mg. Sed Paulus miscuit Festi tempus cum eo, quod ipse posuerat. 10. *Simpulum*] cf. Varro de L. L. V. §. 124. 11. *simpulatrices*] simpulatores reperiuntur ap. Fulgent. p. 566. M. *dicuntur*, quod post hoc voc. vg. legitur, om. M. 12. *Senaculum*] cf. Varro de L. L. V. §. 156. et Festus infra Qu. XV, 21. p. 153, 22. v. Senacula.

ANN. FESTI. Qu. XV, 13, 1. *est*] scribe *sive*. *et* corr. Urs. in annot. 3. *A deorum sede*] *ab auspiciorum sede* corr. Urs., temere. V. de universa hac doctrina rer. Etrusc. III, 6, 1. T. II. p. 126. Quibus quae opposuit Hartung. de rell. Rom. I. p. 120., qui Festum itidem ut Urs. corrigit, his plura sunt, quae recte possint opponi. Unum memoro, quod apud Martian. Capellam I. §. 45 sqq. in sedecim caeli regionibus prima est Iovis et Consentium domus, eadem autem et sextadecima simul **Nocturnum** continent, id cum nostra descriptione unice convenire. Ex hac enim inter primam et sextamdecimam regionem cardo est mundi ipsumque noctis meditullium. 4. *ad sinistra*] *ad sinistram* vg., recte. Ante haec vocc., sententia ostendit, excidisse particulam caussalem. *partes*] vg. Urs. *parte* cod. 8. *Sentinare*] de hoc voc. Scal. quanquam docte disputat, in Gellio tamen, N. A. XIX, 1., *in sentina satagentibus*, non *sentinantibus* scribendum est. 8. 9. *quam multae aquae*] *quia multam aquam* corr. Urs., ut vg. legitur. Praetulerim: *quod multum aquae*. 9. 10. *Caecilius in Aethrione*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 129. fr. 3. Spengel. Caecilii fragm. p. 11. fr. 4. 11. *Senatores a senectute*] cf. Cic. de Rep. II, 29. 15. *quibusque*] ante hoc voc. excidisse *additur* vel *adiicitur*, iam alii viderunt. Exemplum huius formulae habes apud Liv. XXIII, 32. Diligentius eam explicat Gell. N. A. III, 18., in quo §. 6. scriptoris sententia postulat ut scribatur: *qui nondum a censoribus in senatum lecti senatores non erant, et qui in postremis scripti erant, non rogabantur sententias*. *senatu*] Urs. *senatū* cod. 16. *hi*] *ii* corr. Urs., ut vg. legitur. 17. *ceperunt*] Urs. vg. *coeperunt* cod. 20. *Senatus decretum*] Etiam senatus auctoritatem Dac. immiscet, non satis convenienter. 23. 24. *Senis crinibus*] v. annott. ad Paulum p. 48. v. comptum. 24. *his*] *is* corr. Urs.: sic vg. 26. *sponoc*] *spon-*

Sentinare satagere, dictum a sentina navis, quam quis, ut aqua liberet, evacuare contendit; itaque sentinare est subtiliter periculum vitare. Caecilius: "Capit consilium, postquam sentinat satis."

Sentes spinae. Afranius: "Quam senticosa verba pertorquet turba!" hoc est spinosa.

Scensas Sabini coenas dicebant. Quae autem nunc prandia sunt, **coenas** dicebant, et pro coenis **vespernas** appellabant.

Segnitia dicitur, quod sit sine nitendo quid utile aut honestum. Terentius: "Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae."

deant corr. A. Aug. in mg. Urs.: recte puto. Lacunam v. 27. a quibusdam expleri scribit Dac.: *illibatam fore.* At neque spatium sufficit, neque sensui sic satisfit, qui requirit voc. *nuptae*, quam in contextum recepi. Nam *a ceteris* pendet a nomine *castitatem.* 28. *Afranius in Abducta*] Bothe p. 160. fr. 1. Neukirch. de fab. tog. p. 176. 29. *turba*] *lupa* corr. A. Aug. in mg. Urs. *truo* coni. Guilelm. Verisim. I, 9. (in Gruteri Lampade T. III. p. 265.) *tuba* vel *tubâ* proponit Bothius. Nihil horum placet. Scazontem versum esse putat Neukirch. 30. *Senium*] de alio huius voc. significatu Paulus p. 24. v. anatem; de hoc diligentissime Non. p. 1, 18. 31. *Caecilius*] Bothe p. 136. fr. 6., qui corr.: *Sine senectutem suam ducat usque ad senium sorbilo.* Spengel. Caecilii fragmenta p. 24. fr. 6. ita: *Sine suam senectam ducat; usque ad senium sorbito.* Sed *sorbilo* recte e Plauti Poenulo I, 2, 186. repositum esse videtur, idque ab ipso Bentleio, in Terent. Andr. IV, 2, 52. Certe quod Grauert. in Anal. p. 82. transtulit e Novii versu apud Non. p. 2.: *senium sonticum*, neque ab literis neque a sensu commendatur. Recte autem idem V. D. monuit, *senectutem* apud Caecilium trisyllabum esse posse. Neque *utique* damnandum est. 33. *Senonas*] Idem etymon, sed aliter usurpatum, habet Serv. in Aen. VIII, 656. p. 499. Lion.

Qu. XV, 14, 2. *Septentriones*] cf. Varro de L. L. VII. §. 74. 75., cuius cum sententia, ut saepe, Verrio convenire videtur. Itaque suppl. ad eandem revocavi, Ursinianis, quae inter se non satis concinebant, reiectis in Suppl. Ann. Cf. quae ad Varron. annotavi p. 149. A. Aug. et Scal. docte L. Lucretii Trionis numum ex hoc voc. trio significatu illustraverunt. 5. *iun*] *iunc* vg. 9. *Ennius*] Iphigenia. V. Bothe P. Sc. L. V, 1. p. 50. Apud Varronem est: *Temo superat stellas.* *Supera*] cod. ut vg. *Superat* Urs. 10. *situm*] *sum* vg. 11. *temp*] cod. *tem* vg. *templati sep* Urs., ut e codice. Ceterum hic recte statuit, literas *ten* et lacunam ex vitio scribentis ortas esse. 14. *Scensas*] Scal. huc errore quodam translatum putat, cum dictae sint *cesnae.* Et sic sane ipse Festus supra Qu. X, 21, 15. p. 182, 14. v. pesnis. Cf. annot. ad Paul. p. 51. v. dusmo. Sed hic de Sabinis, non de antiquis Romanis dictum esse, ostendit Paulus. Quanquam quae de prandio et vesperna adiiciuntur, non ad Sabinos, sed ad antiquos Romanorum mores spectant. Quocirca Urs. supplem. paululum immutavi. 15. 16. *cenas* et *ceni*] cod. vg. *caenas* et *caen* Urs. De re ipsa cf. Paulus p. 41. v. coena et p. 157. v. vesperna. 17. *Signa*] Scal. et Urs. supplem., quae abieci, v. in Suppl. Ann. Signa et statuae, sculptores et statuarii qua re differant, ex Plinio notum est. 18. *aut*] *f* addit vg. om. Urs. 21. *Sequester*] Gellium N. A. XX, 11. comparat A. Aug., qui de sequestro dici intellexit. Gloss. Labb.: *Sequester*, *μεσίτης*, *ἐντριτος*, *συνθηκοφύλαξ*, *μεσέγγυος.* 24. *qui*] scribe *cui.* *quoi* corr. Urs. *cum* coni. A. Aug. in annot. 25. 26. *Cato . . de Indigitibus*] v. Meyer. Oratt. fragm. p. 84. 26. *miseros*] *m* Urs. codici tribuit, sed non est in eo, neque in vg. 28. *seques prodent*] *vi seques prodent* Urs., sed *vi* non est in cod. *sequestro dent* vg., et sic corr. Urs. Urs. supplem. reddidi, quanquam minime certa. *Plautus Mercatore*] IV, 3, 36. 29. 30. *Sepulchrum*] cf. Paulus p. 26. v. bustum, cum annot. Pro *pulchrum* vg. legitur tantum *chrum.* 30. *Ael-*] cod., ut vg. Urs. idem, sed tanquam suppletum. *locus*] addidi Urs. supplemento. 32. *hisque*] *isque* corr. Urs. cum A. Aug. *ali*] *aliq* vg. 33. *fines*] addidi.

ANNOT. PAULI. 2. *Caecilius*] quod Paulus vocc. *cum Mercurio* omittit: non iusta est dubitandi caussa, quin ea a Caecilio et Festo scripta fuerint. 3. *hoc est spinosa*] e solo Gu. Lind.

ANN. FESTI. Qu. XV, 15, 1. *Terent.* Andr. I, 3, 1., quem locum designari vidit A. Aug. 3. *in-m*] in cod. est vel *ri* vel *m*, et, quod sequitur, *dicitur* per notam *dr̄* scriptum est. *ri* vg. *re* Urs., qui partem voc. *dicere* id existimat. Cetera eius supplem. assumpsi. 4. 5. *pro scribere*] cf. Festus Qu. XIII, 17, 31. v. resignare, et XIII, 21, 21. v. resignatum. 7. *Septimontium*] cf. de hoc sacro Varro de L. L. VI. §. 24. Plutarch. Qu. Rom. 69. Extremo Decembri fuisse, Scal. docte demonstrat, adhibito Tertull. de idolol. 10. et Suetonio in Domit. 4. Et apertissime Varro ostendit, septimontium fuisse post d. X. Kal. Ian. V. etiam Pallad. de R. R. XIII, 1. Agonalia autem s. Agonia, ex antiquis Kalendariis constat, Dec. mense a. d. III. Idus, et praeterea a. d. V. Id. Ian., XVI. Kal. Apr., XII Kal. Iunias celebrata esse. V. ann. ad Paul. p. 9. v. Agonium. Quapropter Festum non licebat auctorem facere eius sententiae, quam Scal. et Urs. ei subiiciunt: *Sept. dies appell. . . qui dicitur in Fastis Agonalia.* 9. *septem montibus*] cf. Qu. XV, 24, 24. De huius septimontii ambitu dixerunt Niebuhr. H. R. T. I. p. 400. ed. sec. Bunsen. Descr. Urbis T. I. p. 140. 685

||Sinistrae aves sinistrumque est† sinistimum auspicium, i. quod sinat fieri. Varro l. V. epistolicarum quaestionum ait: "A deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistra† sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes; factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera esse existimentur." idem fere sentiunt Sinnius Capito et Cincius. ||Sentinare, satagere, dictum a sentina, quam multae† aquae navis cum recipit, periclitatur. Caecilius in Aethrione: "Cum Mercurio capit consilium, post quam sentinat satis." ||Senatores a senectute dici satis constat. quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio rempublicam administraret. itaque etiam Patres appellati sunt, et nunc cum senatores adesse iubentur,† "quibusque in senatu sententiam dicere licet." quia hi, qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum ceperunt, et in senatu sententiam dicunt, et non vocantur Senatores ante, quam in senioribus sunt censi. ||Senatus decretum a consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est. ||Senis crinibus nubentes ornantur, quod his† ornatus vetustissimus fuit. quidam quod eo Vestales virgines ornentur, quarum castitatem viris suis sponoe-*ant† nuptae* a ceteris. ||Sentes cum constet esse spinas, et Afranius in Abducta dixerit: "Quam senticosa verba pertorquet turba," pro spinosis accipi debet. ||Senium a senili acerbitate, et vitiis dictum posuit Caecilius in Hymnide: Sine suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio†." ||Senonas Gallos, Verrius ait, existimari appellari, quia novi venerint ex transalpina regione, *ac primum appellatos ξένους*, postea Seno-*nas*. ||*Septentriones* septem stellae appell-*antur*, *ut duae sint pro bubus* iunctis, quos trio-*nes a terra rustici* appellent, quod iun-*cti simul terram arent* quasi terriones. *reliquos axem dixerunt*, quod id astrum Grae-*ci ἅμαξαν dicunt*, *idque habet* partem quan-*dam temonis specie. unde ait* Ennius: "Supera-*t temo stellas.*" *Sed* et physici eum situm *septem stellarum* conten temp-*lati† septentriones dici* aiunt, quod ita sunt *septem stellae sitae*, ut ternae proximae *quaeque efficiant tria* trigona. ||Scensas *Sabini dicebant*, *quas* nunc cenas. quae autem *nunc prandia*, *cenas* habebant, et pro ceni-*s vespernas antiqui*. ||Signa, ut rerum, ita *quoque numinum dicuntur*, aut lapides, aut *fictilia*, *aut si alia eiusmodi* adhuc aliqua et *quae e marmore sculpantur* etiam. sed po-*sita in honorem alicuius* simulacra ad effigi-*em eius statuae*. ||*Sequester* is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant*, *medius*, *ut* inter eos convenerit, *ita tenet depositum aliquid*, ut ei reddat, qui† id *deberi iure sibi constiterit*. Cato in ea ora-*tione*, *quam habuit* de Indigitibus: "Sinunt *miseros perire*, ut bona rapiant; aut, *si superstites petant*, seques prodent.†" et Pla-*utus Mercatore*: "*Imo* sic sequestro mihi data *est*." ||*Sepulchrum* est, ut ait Gallus Ael-*ius*, *locus*, *in quo* mortuus sepultus est, quod anti-*qui bustum appellabant*. hisque† cippis, aut ali-*qua alia re mortui* causa designatus est, intra *quos fines sepultura* est facta. ||Segnitia *dicitur*, *quod sit sine*

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 3, 10. *Tame*] hic ex vg. ad arbitrium meum posui, cum apud Urs. non legatur. Tame dictum est ut cume, quod e Saliaribus carminibus affert Terent. Scaurus p. 2261. P. Etiam hic *in carmine* dictum esse de Saliari, existimat Scal. *Tamde* pro *Tame* scribendum esse opinatus est Lipsius Ep. Qu. III, 20. p. 183. 20. *Taurium*] etiam hoc non alio iure hic posui. *tauricos*] *taurios* corr. A. Aug. in mg., recte. Cf. Qu. XV, 26, 15. 34. 1. *praepositivam*] *propositivam*, *positivam* corr. A. Aug. in mg. Illud verum existimo, ita ut propositivum subiuncto vel relativo opponatur. Caeterum Festi sententiam gravius affectam esse suspicor; nam his non convenit exemplum: *tam egregium opus* etc., sed illud apud Paulum: *tam bonus Choerilus, quam malus Homerus.* Deinde dictum puto de particula tam, non addito quam; tertio loco de praemisso quam et subiuncto tam.

Qu. XVI, 4, 5. *Cherylus*] *Choerilus* corr. Urs. Cf. Horat. Epist. II, 1, 232. 5. 6. *tam ... pro tamen*] cf. Max. Schmidt de pronomine p. 91. 6. *Naevius*] *Novius* vg. in contexto, *Naevius* in mg. Bothe P. Sc. L. V, II. p. 56. Novii inc. 6. *Quid*] *Qui* corr. Urs., ut vg. habet. Si *tam* non liquescit, verba inde a *Qui* usque ad *sciat* senarium efficiunt. Meursius, Exerc. crit. P. I. in Pseudol. c. 3., ob eam caussam *tame* scribit, nimis antique. 7. *quid scriptum sit*] *quod scriptum est* A. Aug. in mg. 7. 8. *Ennius*] Hermannus in Eurip. Hecub. 277., a Lind. adductus, versum emendavit: *Illa me Tam potis paeis potire*, ad exemplum Euripidei: *Ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν.* Nescio, an ei sententiae non conveniat tam pro tamen. Bothe V, I. p. 71. fr. 31. 8. *Titinius*] Bothe V, II. p. 74. fr. inc. 13. 9. *male subimus*] *male audimus* corr. Lipsius Epist. Quaest. III, 20. p. 183. *malae fuimus* Dac., scilicet auctore Meursio Exerc. crit. l. l.: sed utrumque numeris, qui manifesto trochaici sunt, disconvenit. Rectius *male sapimus* Bothius: non minus tamen sensui et versui congruere videtur *cupimus*. *quidam*] *quidem* corr. Lipsius, rectissime. 10. *Item*] Bothe p. 74. fr. 14. *Quanquam*] *quam* corr. A. Aug. in mg. Urs.: nescio quam ob caussam. Videtur in senario: *Quanquam . . simul*, vocabulum disyllabum excidisse. 11. *escator*] *ecastor* corr. A. Aug. in mg., ubi *ecasta* scriptum est. *ea me castor* corr. Urs. Sed *ea* alienum est. 13. *Terent. in Phormione*] II, 1, 1. (Lind. non recte 4, 66.), ubi Donatus eandem profert sententiam. 15. *Cicero*] in Catil. II, 1. Aliter de hoc loco Nonius p. 405, 31. 17. *Tauri*] cf. Lobeck. Aglaoph. p. 1081., ubi hoc Festi testimonio commode uti poterat. 18. *Tama*] cf. Paulus p. 67. v. flemina. 20. *Lucil.*] fr. inc. 21. apud Dousam. *Lucretius* mg. A. Aug. Sed Lucretius quanquam voc. *tama* usus est IV, 954., versum tamen illum non habet. *Inguen ne*] disiunge, ut apud Paulum scribitur. Vg. et Urs. coniunxerunt. 21. *boa*] cf. Paulus p. 25. v. bova. 24. *Caecilium*] Bothe V, II. p. 129. fr. 1. Spengel. Caecil. fragm. p. 12. Taeniae sepulcrorum nunc in sexcentis vasculis pictis conspiciuntur, ut opus non sit Scaligerum refellere, qui fascias, quibus cadavera apud Aegyptios et interdum etiam in Graecia involvebantur, (Hesychii *κηρείας*,) intelligit. Cf. Varro de L. L. VII. §. 24. Infulae autem non sunt *ταινίαι*, sed *στέμματα*. 25. *qui*] *qua* corr. Urs., non recte. De hoc instrumentali *qui* iam alibi dictum est. Versum dictum puto de taeniis, quibus mortuorum vulnera tegebantur, coll. Eurip. Phoeniss. 1669.: *ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν.* 26. *vinciret*] *petit* addit Ald. vg., commode, sed quo ex fonte, non constat. Caeterum hic versus non Caecilii esse videtur. *Ennius in Alexandro*] Bothe V, I. p. 33. fr. 3. Intellige Victoriam, eadem plane specie, qua in numis Syracusanorum perpulcris. 27. *Accius in Neoptolemo*] Bothe p. 222. fr. 5. 28. *Decorare*] *Deos ornare* coni. Fruter. Verisim. II, 5. et Grotius. Sed probabiliter Dac. existimat, sepulcrum opponi urbi, et acute Bothius: *Accius in Neop. Tumulum decorare* olim scriptum fuisse coniicit. *exeneis*] *taeniis* Ald. vg. *al. e taeniis* Urs. in mg. 28. 29. *Taedulum*] voc. alias incognitum. 31. *Tatium*] cf. Liv. I, 14. *Lanivii*] *Lavinii* corr. Urs., ut habet vg. *Lanùvius* Ald. 32. *Tinini*] *Tatiani* corr. Urs., ut legitur in Ald. et vg. 33. *Aventiniensi*] *Aventinensi* Ald. *Aventino* vg. De hoc sepulcro dicit Varro de L. L. V. §. 152.

ANNOT. PAULI. 3. *tamen*] om. Gu. Lind. Sed id Festus ipse cum M. conspirans tuetur. 6. *ne boa noxit*] proxime accedit ad hanc lectionem, ex Festo restitutam, M. *ne bo anoxit*, deinde Gu. *ne bo anxit.*

Tapulla dicta est lex quaedam de conviviis.
Termonem Ennius terminum dixit.
Tersum diem serenum.
Teres rotundus in longitudine.
5 **Termentum** apud Plautum detrimentum.
Tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui.
Tempesta tempestiva.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 5, 1. 2. *et* et postea *iam et*] om. vg. Dac. putat *deinceps* dici de libris priscorum verborum, quos supra Qu. XI, 4, 10. v. porriciam pollicebatur. Sed haec de Tatio neque ad prisca, neque ad ea verba quae in usu sunt pertinent. 3. 4. *formantur*] om. vg., non Ald. De re cf. nunc Voss. Mythol. epist. II, 34., ne ad archaeologiae thesauros provocem. 5. *in XII.*] Dirksen de XII tabb. p. 516. 6. *rupit*] *rapit* Ald. *rapserit* vg. *ruperit, vel rupit* corr. A. Aug. in mg. Urs. in mg.: *f. rapsit. al. rapit.* Idem in annot. *rapit* esse in libro ms. affirmat. *Rupit* est apud Gell. N. A. XX, 1.: alioquin *rupsit* placeret, quod Turnebus probavit, Advers. XV, 15. *significet*] vg. *significat* Urs., errore puto. 8. 9. *Tarquitias*] *Tarquinias* Ald. Tarquinius et Tarquitius nomina saepius permutantur, neque origine multum differre videntur. Scalarum autem earum nulla mentio nisi haec Festi. 10. *appellatas*] *dictas* mg. A. Aug. 11. *existimari*] *Verrius* addit Ald. vg. *esse*] *etiam* Ald. vg. 12. *Mettellina*] *Metellina* vg. Significatur aedis Iovis Statoris in Porticu Metelli. 13. *virginis*] cf. supra Qu. XV, 18, 17. v. saxum Tarpeium. 17. *ea*] excidisse videtur *portae* mentio. 20. *Tappulam*] *Tapullam* Ald. vg.: sed in mg. A. Aug. bis corrigit *Tappulam.* Hic enim eam legem dictam putavit a Villio Tappulo, (non Tappula) consule a. u. c. 554.: cui opinioni plures dubitationes obstant. Mihi *Tapullam* scribendum videtur propter Lucilii versum. Meursius Exerc. crit. P. II, III, 2. scribendum putat *Tapuliam*, mirifica ratione: scilicet tapulum veteribus mensam significasse, hinc nostrum ortum esse *Tafel.* Nunc doctius, saepe non cautius etyma captamus. 21. *Lucilius*] fr. inc. 46. ap. Dousam. 22. *concere*] *concerae* pro *congerae, congerrae* scriptum esse putat Scal. Recte; ita supra apud Paulum p. 32. gerrones audiebant *cerrones.* *congerae* corr. Urs. *concoenae* Vossius. Cf. supra Qu. XIV, 2. p. 106, 29. v. sodales. *opimi*] *optimi* scribendum puto, ut fiat senarius versus. 23. *Termonem*] *termen* ab Accio dictus terminus teste Varrone de L. L. V. §. 21. *terminibus* habet Hyginus agrimensor in cod. Arceriano, fol. 117 a. V. Rhenan. Iurispr. Mus. T. V. fasc. XIII. 24. *Ingenti*] in Ennii Annal. VII, 53. apud Merulam. 25. *Hortatore*] Annal. VII, 41. posuit Merula. 26. *quam . . termo*] *qui iam . . termo est* Ald. et vg. (nisi quod hic *quam* legitur). Sed *iam* additum videtur ad numeros explendos, necdum sana ulla sententia ex hoc versu adhuc producta est. *Trientem tertium*] cf. supra Qu. XV, 22, 9. v. sesterti. 27. *se*] om. Ald. vg. 28. *T. Quintius Dict-ator*] de eius triumpho et tabella triumphali Liv. VI, 29. Cf. Niebuhr. H. R. II. p. 661. Titulum ipsum a Livio servatum esse, et eum ad modum scriptum fuisse ac Niebuhrius censet p. 662., non credibile est. Ex Festo enim intelligitur, hoc ipsum fuisse in titulo, quam ob caussam coronam, quae trientem tertium pondo haberet, vovisset. Nam verbum *scripsit* tabellam triumphalem significare manifestum est. 29. *decimam*] *deditione* coni. Urs. in annot., perperam. 30. *in*] om. Ald. vg.

Qu. XVI, 6, 1. *quadrans quartus*] *quartus quadrans* Ald. vg. Illud A. Aug. recte ita explet: *quadrans, quartus - quadrans dicitur.* Idem velle videtur Urs. in annot. Perperam Dac.: *si tres asses sunt et quartus quadrans adiicitur, quartus quadrans tantum numeratur.* Neque hoc admittit ratio versuum, quam restitui. Apparet enim, haec in ambustam paginae partem incidisse. 2. 3. *Tersum . . ait*] Apparet ex iisdem rationibus, eum, qui Laeti schedas exscripsit, hic quaedam supplesse eoque ipso sententiam obscurasse magis quam dilucidasse. Genuina existimo tantum haec esse: *Tersum . . . dictum* et *se . . . ait,* et totam enunciationem sic fere refingendam: *Tersum diem pro sereno dictum - Aelius ait* (sive alius quisquis fuit grammaticus): *nec tamen - se habere rei auctorem ait - Verrius.* Barth. Adv. XXXIX, 11. coni.: *habere Verrius rei.* Ab Ald. v. 3. abest. 4. *Teretinatibus*] populus plane incognitus. *qui*] vg. om. Urs. 4-6. *Terede . . . debuisse*] haec ducta ex vg. om. Urs. Structuram hiare apertum est; unde lacunas male expletas colligo. Refinxerim haec: *Teretinatibus qui a flumine Terede (?) - dictum putant, eos refellit - syllaba eius tertia mutata - quae ostendit, non Teretem sed - Teretum scribi debuisse.* Dac. coni.: *et pro Tereti Teredi scribi debuisse.* 7-10. Haec non extant in vg. Apparet, v. 9. 10. Laetum resarcinasse; vv. 7. 8. lacunas mihi supplendas sumpsi. Cf. supra Qu. XII, 13, 32. v. puls. 8. *tripudiat-ium*] scribe: *tripudiantium.* 13-15. *Taminare . . . ilintate*] etiam haec om. vg. *Taminare* etiam e notis Tironis affertur. 15. *est*] om. vg. 20. *Termentum*] haec e vg. ducta, desunt apud Urs. Intelligi versum Plauti in Bacchid. IV, 9, 5., Canterus, Salmasius, alii recte videntur statuisse, quanquam codd. ibi *tormento* tuentur.

ANN. PAULI. 6. *Tempestatem*] cf. Paulus p. 82. v. intempestam.

tinet, quam plurima alia et praeterita iam, et deinceps quae referentur. ‖ Táurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus formantur; quod sunt atrocia ut tauri. ‖ Talionis mentionem fieri in XII. ait Verrius hoc modo: "Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto." neque id quid significet, indicat, puto quia notum est. permittit enim lex parem vindictam. ‖ Tarquitias scalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas esse ait volgo existimari. ‖ Tarpeiae esse effigiem ita appellari putant quidam in aede Iovis Mettellina †, eius videlicet in memoriam virginis, quae pacta a Sabinis hostibus ea, quae in sinistris manibus haberent, ut sibi darent, intromiserit eos cum rege Tatio, qui postea in pace facienda caverit a Romulo, ut ea Sabinis semper pateret. ‖ "Tam perit quam extrema faba." in proverbio est, quod ea plerumque aut proteritur, aut decerpitur a praetereuntibus. ‖ Tappulam † legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius m. Lucilius hoc modo: "Tappulam† rident legem concere opimi†." ‖ Termonem Ennius Graeca consuetudine dixit, quem nos nunc terminum hoc modo: "Ingenti vadit cursu, qua redditus termo est." et: "Hortatore bono prius, quam finibus termo." ‖ Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius Dict-*ator*, quom per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. id significare ait Cincius in Mystagogicon L. II. duas libras pondo et trientem, qua consuetudine hodieque utimur, quom lignum bes alterum dicimus, id est pedem et bessem latitudinis habens; et sestertium, id est duos asses et semissem tertium. item si tres asses sunt et quadrans, quartus *quadrans dicitur*. ‖ Tersum diem pro sereno dictum ab antiquis nec † se habere rei auctorem ait.

‖ Teretinatibus, qui a flumine Terede dicti, existimantur et syllaba eius tertia mutata, et pro Terede Teram scribi debuisse.

‖ Tripudium *cernitur in auspiciis* in exultatione tripudiat-*ium* † *pullorum*, *dictum* a terra pavienda, nam pavire est ferire, a quo et pavimenta. id ex Graeco, quod illi *παίειν*, quod nos ferire . . . . . mum intactus usur . . . . . .

‖ Taminare violare *sacra: hinc attaminare* et contaminare dictum, videlicet . . . . . ilintate. ‖ Teres est in longitudine rotundatum, quales asseres natura ministrat.

‖ Termentum pro eo, quod nunc dicitur detrimentum, utitur Plautus in Bacchidibus.

Tempestatem . . . . . .

Tempesta . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. XVI, 5, 12. *Metellina.* 20. *Tapullam.* Item v. 22. 22. *congerrae optimi.* Qu. XVI, 6, 2. interpolata lectio. 8. *tripudiantium.*

Tinia 5

||Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. fuit et ex ebore, ut apud Titinnium in Barbato, et ex argento. 10

Temerare 20

||Tertium, quartum differre ait a tertio, quarto, quintus†: quod quid factum sit significat. 25

||Temetum vinum; 30

Plautus in Aulularia: "Cererin', Strobile, has facturi nuptias? qui? quia temeti nihil allatum video." Pomponius in Decima: "Non multi temeti, sed plurimi." Novius in duobus Dossenis: "Sequimini preminate†, sequere temeti timor." idem in Funere: "Agite, exite, temulentum tollite." et in Surdo: "Filias habeo temulentas, sed eccas video incedere." Afranius in Consobrinis: "Pol magis istius temulentae, futilis." ||Tintinnare est apud Naevium hoc modo: "Tantum ibi molae crepitum faciebant, tintinnabant compedes." et apud Afranium: "Ostiarii impedimenta tintinnire audio†." ||Tributorum conlationem, quom sit alia in capite†, illud† ex censu, dicitur etiam quoddam temerarium, ut post Urbem a Gallis captam conlatum est, quia proximis XV annis census alius† non erat. Item bello Punico secundo M. Valerio Laevino, M. Claudio Marcello cos., quom et Senatus et populus in aerarium, quod habuit, detulit. ||Tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur, indeque Afranium dixisse in Promo: "Pro manibus credo habere ego illos tentipellium." Titinium ait Verrius existimare, id medicamentum esse, quo rugae extendantur, quom dicat: "Tentipellium inducitur†, rugae in ore extenduntur†": quom ille τροπικῶς dixerit. ||Tignum non solum in aedificiis, quo utuntur, appellatur, sed etiam in vineis, ut est in XII: "Tignum iunctum aedibus, vineave, et concapit† ne solvito." ||Tela proprie dici videntur ea, quae missilia sunt. ex Graeco videlicet translato eorum nomine, quoniam illi τηλόθεν missa dicunt, quae nos eminus. sicut arma ea, quae ab humeris dependentia retinentur manibus, quoniam quidem non minus in nobis eam partem corporis armum vocari existimandum est, quam *in brutis animalibus.* ||Tigillum sororium.

EMEND. LECT. Qu. XVI, 7, 26. *Sinnius?* Qu. XVI, 8, 1. *i prae, mi nate.* 8. 9. *Tint. ianitoris imped. audio.* 10 *capita aliud.* 13. *actus.* 22. *inducis?* 23. adde *tuae.* 26. *vineaeve c concape.*

Tinia vasa vinaria. **Tensa** vehiculum argenteum, quo exuviae deorum ludis Circensibus in circum ad pulvinar vehebantur. **Temerare** violare sacra et contaminare, dictum videlicet a temeritate. **Temetum** vinum, unde temulentus et temulentia. **Tintinnire** et **tintinnabant** Naevius dixit pro sonitu tintinnabuli. **Tentipellium** genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 7, 10. *Tensam*] hunc articulum assumpsi e vg.: om. Urs. De ipsa re cf. Serv. in Virgil. Aen. I, 21. Ps. Ascon. in Verr. II, 1, 59. §. 154. p. 200. Orell. 13. *Titinn.*] Bothe P. Sc. L. V, II. p. 60. fr. 10. 25. *Tertium* etc.] vg.: om. Urs. Cum Paulus id voc. non habeat, certo loco collocari nequit. 26. *quintus*] *cos.* corr. A. Aug. in mg. Mihi nomen grammatici, puta *Sinnii*, inesse videtur. Sed cum haec manifestum sit ex ambusta pagellae parte sumpta esse, vana esset opera in corrigendis his reliquiis posita. 30. *Temetum vinum*] Haec posui ubi posui, quoniam non integra esse apparet: nam excidisse ostendit Paulus haec saltem: *unde temulentus.* 31. *Plautus in Aulul.*] II, 6, 6. *Cererin' . . nuptias*] om. vg., sicut v. 34.: *video.* Quapropter haec ab Urs. ex Plauti exemplaribus addita suspicor. Ex computatione lacunarum verisimile mihi fit, Festum haec tantum posuisse: *Cererine facturi nuptias?* 33. *Pomponius in Dec.*] Bothe p. 108. fr. 2. 34. *Novius in du. Doss.*] Bothe p. 44. De Dosseni persona dictum est in programm., quo acad. Georgia Augusta v. Ill. Mitscherlichio L muneris annos gratulata est p. 8.

Qu. XVI, 8, 1. *preminate*] *prae. mi nate* corr. Scal. *i prae, mi nate*, Dac., probabiliter. Si *vos* in fronte addideris, bellus exit tetrameter. 2. *idem in Funere*] Bothe p. 46. *temulentum*] *temulentiamque* corr. Urs., sine iusta caussa. Versui trochaico vel prima vel ultima pars deest. 3. *et in Surdo*] Bothe p. 53. Et hic est tetrameter, nam *eccas* pronunciatione corripitur. 4. *Afran. in Consobr.*] Bothe p. 163. fr. 2. 5. 6. *Tintinnare*] *Titinnire* vg., *tintinire* in mg. Cf. Non. p. 40, 13. v. titinnire. 6. *apud Naev.*] Bothe p. 24. fr. inc. 18., cui in *Tantum* fabulae nomen latere videtur. Sed versus, ut nunc est, bonus est tetrameter iambicus, quo ergastulum describitur. 6. 7. *ibi molae*] *ubi molle* vg., ac Scal. hanc lectionem explicare conatur, sed frustra. *mollem* corr. A. Aug. in mg. 7. *tintinnabant*] *titinnabant* vg., sed in mg. *tintinabant.* 8. *Afran.*] in Vopisco, p. 193. fr. 5. ap. Both. Non. p. 40, 14. eundem versum adscripsit, sed ita: *Titinnire ianitoris impedimenta audio.* Eique ipse cum aliis hoc certe loco maiorem fidem habeo, ut hic efficiendus sit tetrameter: *Tintinnire ianitoris impedimenta audio.* Impedimenta catenae sunt. 8. 9. *tintinn.*] *titinnire* vg. 9. *Trib. conlationem*] *Trib. conlatorum* coni. Huschkius de Serv. p. 490., et deinde *aliud.* 10. *in capite*] *in capitu* vel *ex capite* corr. Dac. *illud*] *alia* vg. Urs. in mg.: *al. aliud.* Hoc recte, ita ut ad *tributum* trahatur, ut postea quoddam. 12. *XV annis*] *quinque* mg. A. Aug. 13. *census alius*] *census populus* corr. Urs. *factus* addit Dac. post *erat. census actus* corr. Niebuhr. H. R. T. II. p. 675. ann. 1322., qui in rem ipsam acute inquirit. Cf. Festus ipse p. 2, 2. v. matronis. 14. *M. Val. . . Marcello*] coss. a. u. c. 543. De hac re v. Liv. XXVI, 36. 15. 16. *quod habuit*] videlicet omne aurum, argentum, aes. *potuit* corr. Urs., sine iusta caussa. 18. *indeque*] *idem* vg. *in Promo*] *in Primo* corr. Urs., ut A. Aug. habet in mg., temere. Bothe p. 186. fr. 3. Versui trochaico deest prima syllaba. 20. *Titinium*] Bothe p. 74. fr. inc. 15. 22. *inducitur*] *Inducis* vg., sed *Inducitur* in mg. Nescio, an illud Titinnii sit: certe sic, si post *extenduntur* cum Dac. *tuae* additur, senarius fit. Forcellin. in Lex. vocc. *rugae in ore ext.* glossema habet, sine caussa satis proba. 23. *quom ille τροπ. dixerit*] Festi iudicio Verrium reprehendentis recte obloquitur Scal., tentipellium observans esse Graecorum *τετάνωθρον.* Sed Afranium pro Titinnio appellavit eoque Dacerium in errorem induxit. 25. *in XII.*] cf. Dirksen. de XII tabb. p. 433., imprimis ex scriptoribus ibi allatis Ulpian. in Dig. XLVII, 3, 1. §. 1. de tigno iuncto. 27. *vineave*] *vineaeque* vg. Maxime placet: *vineaeve.* *et concapit*] *et concapu* vg., sed in mg. *concapet V. C. capulo* corr. A. Aug. in mg. et Urs. *concapes* omisso *et* corr. Scal., idque a capite vineae, id est radice, dictum existimat: qua in quaestione multa miscet sedulo distinguenda, et Argeorum apud Varronem sacris non recte utitur. Maxime autem, Scaligero ne assentiamur, prohibemur Ulpiani verbis: *Lex XII tabb. neque solvere permittit tignum furtivum aedibus vel vineis iunctum*, quibus ostenditur dativum *vineae* in ipsa lege structura coniunctum fuisse cum participio *iunctum.* E sexcentis philologorum et Ictorum maxime coniecturis, quas Dirksenius collegit, memorasse sufficiat Cuiacii lectionem: *et concapitum* sive *concaptum*, quanquam ipse eam Scaligeranae posthabuit; Gothofredi: *ne concape et*; Bosii: *e compage.* Eodem sensu arbitror scribendum esse: *e concape*, ut concapis, ad eundem modum, quo procapis (Paul. p. 123.) formatum, continuam iuncturam significet. Huschkius in comm. de tigno iuncto p. 24.: *Tignum iunctum aedificio vineave sei concapit, ne solvito.* Censor eius in Richteri Ann. 1838. p. 395. audacius provectus: *si vindicit.* 27. *Tela*] idem etymon exponit Serv. in Aen. VIII, 249. 28. *translato*] om. vg., sed deesse nequit. 31. 32. *quoniam*] *quando* vg. 33. *quam*] om. vg.: sed in mg. habet: *est, quam arma.* 34. Lacunam significat Urs.: Dac. supplet: *in equis.* Armum etiam in hominibus dictum esse constat, v. Paulus p. 2. v. armillum, cum annot. *Tigillum sororium*] plura non habet Urs. aut vg., ut ea in extrema pagina fuisse appareat.

Tegillum cuculiunculum ex scirpo factum. Plautus: "Tegillum mihi aret, id si vis, dabo."
Tiberis fluvius dictus a Tiberino rege Albanorum, quod in eo cecidisset. Tibris a Tibri rege Tuscorum.
Tibicines in aedificiis dici existimantur a similitudine tibiis canentium, qui ut cantantes sustineant, ita illi aedificiorum tecta.
5 Tippula† bestiolae genus sex pedes habentis, sed tantae levitatis, ut super aquam currens non desidat. Plautus:
(156) "Neque tippulae† levius pondus est, quam fides lenonia."
Testiculari est iumentis maribus feminas, vel mares feminis admovere, licet alii dicant testilari.
Tifata iliceta. Romae autem Tifata curia. Tifata etiam locus iuxta Capuam. Thiasitas sodalitas.
Tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde et Titi praenomen ortum est.
10 Titiensis tribus a praenomine Tatii regis appellata esse videtur. Titia quoque curia ab eodem rege est dicta.
Tetini pro tenui. Thraeces gladiatores a similitudine parmularum Thraciarum.
Tryga antiqui vinum appellabant, unde trygetus adhuc dicitur.
Titivillitium nullius significationis est, ut apud Graecos βλίτυρι et σκινδαψός. Plautus: "Non ego istuc verbum empsiculem* titivillitio." Trabs proprie dicitur duo ligna compacta.

ANNOT. PAULI ad p. 365. 1. *Tinia*] *Tinae* corr. Scal. Coniect. in Varr. de L. L. 31, 30. (p. 54.) e Varrone de Vita P. R. apud Non. p. 544, 6. *tina* Forcellin. in Lex., ut extat in not. Tiron. 4. *quo pelles extend.*] om. Lind., non monito lectore. Est in ed. vet. vg.

ANNOT. PAULI p. 366. 1. *Tegillum*] cf. Non. p. 179, 1. *cuculiunculum*] ita boni libri. Sic *cuculio*, non geminata liquida, Cato de R. R. 2. *Plautus*] Rud. II, 7, 18., ubi legitur: *Tegillum eccillud mihi unum arescit.* 2. *Tiberis*] eadem Paulus supra p. 4. v. Albula. *cecidisset*] *ceciderit* M. *Tibris*] *vel Tiberis* vg. Haec Festus de eodem Tiberi fluvio scripsit, sed Paulus de alia re dicta putavit. *Tibri*] *Tiberi* M. Thebrim Veientum regem dicit Varro de L. L. V. §. 30., qui item ut Festus utramque opinionem attulit. 3. *Tibic.*] aliter, sed parum perspicue, Schol. in Iuvenal. III, 193. Gloss. Labb.: *Tubicines* (scr. *Tibic.*) *in berro* (sic), ἀντηλίκες (scr. ἀντηρίδες), δοκοί. 5. *Tippula*] cf. Non. p. 180, 9. Varronis qui ibi laudatur versus: *Ut levis tippula lymfon frigidos transit lacus*, qui tetrameter trochaicus est, et Plauti qui a Festo proponitur, e Persa II, 2, 62., iisdem numeris conceptus, demonstrant *tipulla* vel *tippulla* scribendum esse. Cf. Scal. Coniect. in Varr. de L. L. 76, 13. (p. 139.). 6. *fides lenonia*] *fide*, i. e. fidei, *lenoniae* corr. Dac.: sed nominativus bene se habet. 7. *testilari*] vg. *testillari* M. *tescilari* Lind. cum Gu. *testilari* a testibus, ut *testiculari* a testiculis. 8. *Tifata*] v. Paulus p. 38. v. curia Tifata. De collibus Tifatis in Campania Mannert. Geogr. IX, I. p. 771. *Thiasitas*] vox hybrida, facta e Graeco θίασος. *Thiasotas sodales* coni. Vossius, Dac. *Thiasitas* (θιασίτας pro θιασώτας) *sodales* Forcellinus. 9. *tutuli*] *tuituli* Barthii liber, Adv. XXXIX, 11. 10. *Titiensis*] *Titienses* Livio I, 13. *Tatienses* Varroni de L. L. V. §. 55., *Tities* Propertio IV, 1, 31. *Titia*] una, puto, ex veteribus curiis, de quibus Festus Qu. IX, 24, 6. 11. *tetini*] cf. Qu. XII, 22, 25. v. purime. *Thraeces*] vg. *Threces* codd. Illud ex Graeco Θρᾶκες eadem ratione, qua tragoedus ex τραγῳδὸς ortum puto, ante Ciceronis saeculum, quo i illud ex pronunciatione evanuit. Nam quod in annot. Varron. de L. L. V. §. 14. VII. §. 34. putaveram, *Threca* ex Iade adscitum esse, id nunc video, minus probari posse. Gladiatori huius generis etiam in titulo apud Murator. p. 611, 2. Orell. 2576. nomen est TRAECI. Plura componunt Forcellin. v. Thraex, Garaton. in Cic. Philipp. VI, 5, 13. 12. *vinum*] *mustum* rectius dixisset. *trygetus adhuc dicitur*] intellige vindemia. 13. *titivillitium*] vg. *titibillitium* boni codd., postea *tittibilicio* M. *tittibillico* Gu. Cf. Fulgentius p. 562, 26., quem *textivillitium* scripsisse putat Turneb. Adv. XVI, 3. βλίτυρι] *baltiri* M. Gu., unde Lind. βάλτιρι fecit. Sed *ΒΑΙΤΥΡΙ* a librariis Graecae literaturae non assuetis facile corrumpi poterat in BALTIRI. Ac βλίτυρι cum voc. σκινδαψός etiam ab Etymol. M. p. 201, 1. et Hesychio v. βλιτύριον componitur, ad musicos sonos barbarorum instrumentorum effingendos. *Βλίτυρι* restituit iam Fulvius ab A. Aug. consultus. σκινδαψός] corr. idem. *scindabsos* M. Gu. σκινδαλμός coni. Dac., imperite. *Plautus*] Cas. II, 5, 39. 14. *empsiculem*] *empsi cum* boni codd. *empsim* corr. Lind. in Plaut. Mil. II, 3, 45. p. 60. ed. Teubner. Alio tamen illud *empsi cum*, comparatum cum Plauti librorum lectione: *emisi ut, emissum*, digitum intendit. Hinc conieci: *empsiculem*, ut dicitur *pensiculo, missiculo.* V. apud Plautum *emissim* ferri nequit. *emsitem* Fulgentius, ut vg. apud Paulum scribebatur. *trabs*] eiusmodi trabs *compactilis* dicitur a Vitr. IV, 7.

Tragus genus conchae mali saporis.

Trabica navis, quod sit trabibus confixa. Pacuvius: "Labitur trabica in alveos."

Trachali appellantur muricum ac purpurae superiores partes. Unde Arimineses maritimi homines cognomen traxerunt **Trachali**.

Troia et regio Priami et lusus puerorum equestris dicitur et locus in agro Laurente, quo primum Italiae Aeneas cum suis constitit. 5

Trifax telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. Ennius: "Aut permaceret paries percussus trifaci."

Tributum dictum, quia ex privato in publicum tribuitur. **Thocum** genus sellae habetur apud Plautum.

Tritogenia Minerva a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.

Truo avis onocrotalus. Caecilius irridens magnitudinem nasi: "Pro dii immortales, unde prorepsit truo?" 10

Trepit vertit, unde **trepido** et **trepidatio**, quia turbatione mens vertitur. (157)

Triumphales coronae sunt, quae imperatori victori aureae praeferuntur, quae temporibus antiquis propter paupertatem laureae fuerunt.

Templum significat et aedificium deo sacratum, et tignum, quod in aedificio transversum ponitur.

Transtra et tabulae navium dicuntur et tigna, quae ex pariete in parietem porriguntur. 15

Tromentina tribus a campo Tromento dicta. **Tragula** genus teli, dicta quod scuto infixa trahatur.

Themin deam putabant esse, quae praeciperet hominibus id petere, quod fas esset, eamque id esse existimabant, quod et fas est. **Termes** ramus desectus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber.

Tenus significat finem; ut quum dicimus **hactenus**.

Trossuli equites dicti, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint. 20

ANNOT. PAULI. 1. *Tragus*] a foetore hirci dictus, ut putat Dac. 2. *Trabica*] Meursius Ex. crit. II, II, 7. non recte Graecum τράπηξ, τράφηξ, a verbo τρέπω, comparat. Gloss. Labb.: *Trabica*, δοκίς. *Pacuvius*] Bothe V, I. p. 151. fr. inc. 25. *in alveos*] *in alveo* coni. Dac. 3. *Trachali*] τράχηλοι. V. Hesych. v. τραχήλους· τὰς πορφύρας. ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων, cum intpp. et quae Dac. e Vossio affert. Forma *Trachali* apud Ariminenses inter vestigia Doricae dialecti est, per litora superi maris sparsae a Syracusanis *Doricam Anconem* aliasque colonias illic obtinentibus. Hinc Galerii Trachali oriundi fuisse videntur. *Arimineses*] M., quod retinui ut ab ipso Verrio scriptum. *Ariminenses* cett. 5. *regio*] fortasse *regia*. *lusus*] *ludus* liber ms. Ursini. *locus in agro Laur.*] eundem intelligit Virgil. Aen. IX, 48., secundum Servii interpretationem. 7. *Trifax*] vg. *triphax* boni codd. Cf. Gell. N. A. X, 25, 2. Gloss. Labb.: *Trifax*, τρίχηλον. *Ennius*] Ann. II, 42. Mer., ubi *Haud* scribitur. Caeterum *permăcēret* hexametri numeris non convenit, ut potius videatur ductum id esse a verbo tertiae coniugationis *măcĕre*. Audaculum esset corrigere *perlucerct*. 8. *Thocum*] M. Gu. Lind. Idem Meursius Exerc. crit. II, III, 2. coniectura restituerat. *Throcum* vg. Est Graecum θῶκος, genere mutato. 9. *Tritogenia*] scripsit Lind. ex M. *Trito nia* Gu. literis *ge*, ut videtur, erasis inter *o* et *n*. *Tritogonia* vg. 10. *onocrotalus*] v. Plin. N. H. X, 47, 66. *Caecilius*] Bothe V, II. p. 151. fr. inc. 16. Spengel. Caecil. fragm. p. 57., qui ex Aldina *unde hic* scripsit. Sed Aldinae adversus bonos codd. nulla est auctoritas. 11. *Trepit*] τρέπει: sed verbum ipsi Latio vindicasse videtur Verrius. 12. *Triumphales coronae*] eadem, quae Paulus, habet fere Gellius N. A. V, 6. *praeferuntur*] nescio an *superferuntur* Festus scripserit, ut Tertullian. de coron. 13.: *Superferuntur illis etiam Hetruscae*, quanquam hic eas coronas non laureas, sed foliis ex auro quercinis factas affirmat. Sed poterant etiam coronae in triumpho imperatori praeferri. 14. *et tignum*] de hoc Vitruv. IV, 2. 7. 15. *et tigna*] haec *transtra* dixit Vitruv. II, 1. X, 21. 16. *Tromentina*] *Tromenta* Gu. *a campo Tromento*] hic ubi situs fuerit, ignoratur. *Tragula*] cf. Varro de L. L. V. §. 115. Gell. N. A. X, 25, 2. Intelligitur, fuisse genus missilium, quod, ubi scuto hostis infixum erat, cum non facile ex eo evelli posset, scutum impediebat et inhabile reddebat. 17. *eamque id esse*] ipsum fas inter deos relatum dici Θέμιν, significat. 18. *desectus*] Gu. *derectus* M. *direptus* vg. Sed *termes* ramum ad plantandum maxime desectum significare videtur, v. Horat. Ep. XVI, 45. 19. *tenus*] a tendendo dictum, quasi τένος, quod ex substantivo transierit in adverbium, recte observat Lind. 20. *Trossuli*] cf. Iunius Gracchanus apud Plin. N. H. XXXIII, 2, 9. §. 35. 36. Schol. in Persium I, 82. Non. p. 49, 1.

Taciturnus, qui facile tacet: tacitus etiam argutus, quia potest aliquando tacere.

Tenitae credebantur esse sortium deae, dictae quod tenendi haberent potestatem.

Termino sacra faciebant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum, qui terminum exarasset, et ipsum et boves sacros esse.

Terminus quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto, quod nefas esse putarent, Terminum intra tectum consistere.

LIBER XIX.

Vicinia vicinorum conversatio. Vesperna apud Plautum coena intelligitur.

Vesticeps puer, qui iam vestitus est pubertate, econtra investis, qui necdum pubertate vestitus est.

Veia apud Oscos dicebatur plaustrum, unde veiarii stipites in plaustro, et vectura veiatura.

(158) Urbanas tribus appellabant, in quas Urbs erat dispertita a Servio Tullio rege, id est Suburana, Palatina, Exquilina, Collina.

Vestis generaliter dicitur, ut stragula, forensis, muliebris: vestimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, penula.

Vescus fastidiosus. Ve enim pro pusillo utebantur. Lucretius vescum dixit edacem, quum ait: "Nec, mare quae impendent, vesco sale saxa peresa." Vescor pascor.

Vesperugo vesper stella. Plautus: "Nec vesperugo, nec vergiliae occidunt."

Vespae et vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia

ANN. PAULI. 1. *Taciturnus* et *tacitus*] glossas apud Lind. seiunctas in unam coniunxi. Sic ebrius et temulentus, iratus et iracundus distinguuntur. 2. *Tenitae*] ignotae deae. 3. *Numa Pomp.*] de religionibus Termini dei ab hoc rege institutis Dion. Hal. II, 99. Plut. Num. 16. Qu. Rom. 15. Dirksen. *Versuche* p. 334. 5. *foramen pat.*] idem testantur Ovid. F. II, 671. Serv. in Virg. Aen. IX, 448.

8. *Vicinia*] aliter Fronto, a Dac. iam adductus, de diff. vocc. T. II. p. 478. ed. Francof.: *Vicinia vicorum coniunctio: vicinitas hominum conversatio est*, unde Paulum erroris convinci et Festi de ea re doctrinam restitui posse facile putaveris: sed constat tamen, etiam homines vicinos dici viciniam. *Vesperna*] de eadem re Paulus p. 41. v. caena, et Festus Qu. XV, 14, 14. v. scensas. Apparet priscorum Romanorum prandium, caenam, vespernam plane respondisse Homeri ἀρίστῳ, δείπνῳ, δόρπῳ; sed postea δεῖπνον in tempus δόρπου, caenam in vespernae migrasse. *Plautum*] in inc. fabula. Bothe p. 448. fr. 60. 9. *vestitus . . pub.*] vestem intelligi monet Dac. lanuginem et pubem, quam antiqui grammatici cum in Lucretio V, 672. vestem dici observassent, etiam in Virg. Aen. VIII, 659. intelligi volucrunt. V. Serv. in Aen. l. l. et Non. p. 45, 28. 10. *Veia*] *Veha* corr. A. Aug. in mg. Sed Varro, qui ab A. Aug. laudatur (de L. L. V. §. 140.), in rectiorem formam restitutus, iam nihil de veha habet. Quae autem de velatura leguntur V. §. 44., cum ad naves ratesve spectent, ab hoc loco aliena sunt. *Oscos*] *Tuscos* codex Barthii, Adv. XXXIX, 5. *unde veiarii*] M., sicut vg., ubi in mg. *veiari*, sicut Paulus scripsisse videtur. *inde iari* Gu. Utrumque voc., et veiarius et veiatura, aliunde non est cognitum. 11. *Urbanas tribus*] cf. maxime Varro de L. L. V. §. 56. *dispertita*] *dispartita* ed. vet. vg. (quod Lind. non notavit), fortasse recte. *Suburana*] M. *Suburrana* vg. *suburbana* Gu., ut videtur: quam lectionem miror a Lind. receptam esse. *Exquilina*] Gu. *aesquilina* M. 13. *Vestis* et *vestimentum*] etiam has glossas coniunxi, ita ut vg. leguntur, cum Lind. eas distraxisset. Vix credo, negasse Festum, etiam stragulam vestem dici vestimenta, quam ei sententiam, falsam sane et facile refutatam, subiicit Forcellinus, sed hoc voluit, vestimentum non collectivo sensu, ut vestis dicatur, omnia quae vestitui sunt, significare, sed singulas res ad vestitum pertinentes; idque si dixit, verissimum dixit. V. annot. ad Paulum p. 11. v. adtritum. 14. *Vescus*] cf. Gellius XVI, 5. Non. p. 186, 32. Quae ille de etymo voc. vescus, ve et esca, et de duplici disserit eius significatione, cum his Verrium plane conspirasse existimo. *Lucret.*] I, 327. Interpunctionem Lind. correxi. 15. *vescor*] cf. Non. p. 415, 25. 16. *Vesperugo*] cf. Varro de L. L. VI. §. 6. VII. §. 50. *Plautus*] in Amphitruone I, 1, 119. 17. *Vespae*] *Vespate* M. Cf. ad hunc locum Fulgentium p. 558, 34. M. v. vispillones: quanquam quae singularia et notabilia habet Festus, ea neque ab illo, neque ab ullo alio grammatico comprobantur. *non a min. illis volucr.*] sed hoc ipsum testatur deminutiva appellatio: *vespulae*, quam bonorum codd. fides satis confirmat. Olim legebatur *vespilones*, quapropter Scal. omnia haec inde a voc. *Hi* usque ad *Diaulus* ab incepto mutilatore assuta putavit. Sed hic quae assuit, perexigua sunt. Dac. tantum haec: *Hi . . . vocantur* delenda censuit.

vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam **vespulae** vocantur. Martialis: "Qui fuerat medicus, nunc est vespillo Diaulus.

Vespices frutecta densa dicta a similitudine vestis.

Velati appellabantur vestiti et inermes, qui exercitum sequebantur, quique in mortuorum militum loco substituebantur. Ipsi sunt et **ferentarii**, qui fundis ac lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur. Cato eos ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. 5

Velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnae. Plautus: "Nescio quid velitati estis inter vos."

Veternosus dicitur, qui gravi premitur somno. Cato veternosum hydropicum intelligi voluit, quum ait: "Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit." 10

Veteratores callidi dicti a multa rerum gerendarum vetustate. Gannius: "mulieri non astutae facile veterator persuasit."

Veterinam bestiam iumentum Cato appellavit a vehendo. Opilius veterinam dici putat quasi venterinam*, vel uterinam*, quod ad ventrem onus religatum gerat.

Vitulans laetans gaudio, ut pastu* vitulus. Ennius: "Is habet coronam vitulans victoria."

Viduertas calamitas, dicta quod viduet bonis. 15

Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Graeci ἀλφόν vocant, a quo nos album; sive a vitio dicta, etiamsi non laedit; sive a vitello* propter eius membranae candorem, qua nascitur involutus. Lucilius: "Haec odiosa mihi vitiligo est, num dolet, inquit."

Vel colligatio quidem est disiunctiva, sed non earum rerum, quae natura disiuncta sunt, in quibus aut coniunctione rectius utimur, ut: aut dies est aut nox, sed earum, quae non sunt contra, e quibus quae eligatur, nihil interest, ut Ennius: "Vel tu dictator, vel equorum equitumque magister Esto vel consul." 20

Vibices plagae verberum in corpore humano, dictae quod vi fiunt.

ANNOT. PAULI. 2. *Martialis*] 1, 31. Hunc versum Festus adscripsit, non e Verrio sumptum. Cf. Praef. II, 3. 3. *Vespices*] *Vespicices* Gu. *veprices* coni. Dac. et postea *a simil. vepris.* "Tamen nihil, addit, temere mutandum." *frutecta*] Gu. *fruteta* M., ut videtur, cum rell. 4. *Velati*] cf. Paulus p. 13. v. adscriptitii, et p. 64. 70. v. ferentarii. *Velites quasi velati* mg. A. Aug.: sed velites non recte quaestioni de velatis immiscentur. *appellab.*] *appellantur* M. 6. *pugnant.*] M. vg. *proeliantibus* Gu. Lind. 7. *Velitatio*] cf. Nonius p. 3, 5. De velitibus idem Nonius p. 552, 25. et Festus Qu. XIV, 14, 35. v. sub vitem. *Plautus*] in Menaechmis V, 2, 28., ubi legitur: *Nescio quid vos velitati estis inter vos duos.* Cf. Asinar. II, 2, 41. 9. *Cato*] idem apud Gell. N. A. I, 15.: *quem morbus tenet loquendi, tanquam veternosum bibendi atque dormiendi.* Sed ex Varrone apud Nonium, quem huc advocat Scal. cum Goth., p. 35, 12. v. arquatus, merito nunc exulat veternosus. 11. *Veterat.*] Gloss. Labb.: *Veterator*, παλαιομώλωψ, παλίντριψ, τριβακός, ἀπατεών. *gerendarum*] M. vg. *agendarum* Gu. Lind. Gannius poeta epicus ter laudatur a Prisciano VI. p. 700. (T. I. p. 251. ed. Krehl.), Canius poeta dramaticus, ut videtur, a Varrone de L. L. VI. §. 81.: noster autem, nisi fallor, orator est. Dac. Canium, poetam Domitiani aequalem, intelligi vult, ex Martiale III, 20. ut puto. 12. *Veterinam*] eadem fere Nonius p. 13, 9. Gloss. Labb.: *Veterina bestia*, ὑποζύγιον. *putat*] *vult* M. *venterinam*] vg. *veterinam* M. *vaterinam* Gu., quod recepit Lind., nescio quo sensu. *vel uterinam*] vg. *vel veterinam* M. *velut uterinam* Gu. Lind. 14. *vitulans*] cf. Varro de L. L. VII. §. 107. Quantitatem primae syllabae Varronis et Verrii opinioni obstare, monuerunt interpretes. *pastu*] coniectura scripsi. *partu* Gu. Lind. *parto* M., omisso *vitulus*. *prato* vg. *Ennius*] Bothe V, I. p. 72. fr. 42. 15. *Viduertas*] v. legem precationis apud Catonem de R. R. §. 141. 17. *vitello*] coniectura scripsi. *vitulo* codd. vg. Lind. *Lucilius*] fr. inc. 22. apud Dousam. 19. *sed non earum*] *sed non ex earum* boni codd. *ex* om. Berolin. Lind.; potius id refinxerim in *est*. *scilicet earum* vg. 21. *Ennius*] Ann. IX, 13. apud Merulam. 22. *Vibices*] cf. Varro de L. L. VII. §. 63.

Vibrissae pili in naribus hominum, dicti quod his evulsis caput vibratur.

Vibrissare est vocem in cantando crispare. Titinnius: "Si erit tibi cantandum, facito usque ex vibrisses."

Viget dictum a vi agendo, sed non in agendis hostilibus rebus, verum his, quae concitato animo ad bonum tendunt.

Viatores appellabantur, qui magistratibus parebant, eo quod plerumque ex agris homines evocabantur a magistratibus
5 et frequens eorum erat ab agris ad Urbem via.

Verticulas quum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

(160) **Volae vestigium** medium pedis concavum, sed et palma manus **vola** dicitur.

Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo millia quum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulere.

10 **Versuti** dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 21, 16. *Vici*] de huius loci rationibus dictum est in Suppl. Ann. 21. *magistri vici*] cf. Paulus p. 95. v. magisterare. 33. *Vici* et *Viget* articuli apud Urs. vacuo spatio unius paene versus distinentur, nec significatur tamen aliquid excidisse. 34. *vi*] *in* vg., ut Paulus, rectius. *hostilibusque*] *que* om. vg. Paulus.

Qu. XVI, 22, 1. 2. 4. Lacunae ab Urs. indicatae ostendunt, haec in ambusta pagellae parte fuisse. Vg. 1 et 2. sic coniunguntur: *celerrimo concitatoque.* Urs. in mg. coni. *celeriter.* 2. *frugem ten*] *tendunt frugem* vg. 3. *Voisgram*] *Volsgram* coni. Gifanius in ind. Lucret. v. avolsus., sed etiam haec forma, a vellendo ducta, caret analogia, qua commendetur. *quae se vellit*] cf. Sophocl. Ant. 1003. Stat. Theb. III, 513. 4. *fucillantem*] *felicitram* vg., sed illud in mg. *fulicitram* coni. Dac., a fulica. 5. *Viginti quinque*] sic in lege apud Gellium N. A. XX, 1. Dirksen. de XII tabb. p. 525.: neque aliter puto in lege de arboribus iniuria caesis apud Plin. N. H. XVII, 1. Cf. Dirksen. p. 538. *poenas*] nempe POINAS, antiqua genitivi forma. *poenae* vg. *in XII.*] om. vg. 6. *Victimam*] tertium, quod Festus affert, etymon proposuerunt etiam Ovid. F. I, 333. Serv. in Virg. Aen. 334. Sed hic ipse fatetur, scriptorum auctoritatem non concinere cum etymo. 7. *ducatur*] *adducatur* vg. *vincta*] vg. Urs. Sed hic in annot. monet, in schedis scriptum fuisse *victa*, ut fortasse *vitta* scribendum sit. Sed ipse tamen reiicit eam coniecturam. 8. *ad host. victos*] *ob hostis victos* corr. Urs. in mg. cum Gifanio in Ind. Lucret. *hostibus victis* A. Aug. in mg. 9. *Vectigal*] fragmentum doctrinae, qua vectigal, quod proprie dicitur, id est, portorium, decumam, scripturam, institutum esse docebatur ad populum Romanum tributo solvendum, ex quo antea aes militare et equestre pendebatur. 10. *equestre*] aes equestre, de quo Niebuhr. H. R. T. I. p. 487. (519). Boeckh. Qu. Metrol. p. 439 sqq. 11. *Viae*] hunc totum locum om. vg. Distinguuntur viae *publicae* et *privatae.* *per*] *per-quas ir-e* suppl. Dac., sed plura vocc. excidisse persuasum habeo. 12. *privatae*] *et privatae* corr. Dac. De privatis viis cf. Ulpian. in Dig. XLIII, 8, 2. §. 22. 23. *vetitum uti*] *omnibus* suppl. Dac. At sic voc. *eorum* non habet, unde pendeat. Puto, *vetitum uti* in codice non esse lectum, sed coniectura additum, et in Festo fuisse: *quibus - vehicula immittere non licet - praeter eorum.* 14. *vias mun. . . ium. agito*] Apparet, eandem XII tabb. legem a Festo propositam esse, de qua Cic. pro Caec. 19.: *Si via sit immunita, iubet, qua velit, agere iumentum.* Hanc enim e XII tabb. sumptam esse, etiam Dirksen. p. 484. agnovit, quem miror, haec Festi verba ad eam quaestionem non adhibuisse: quanquam Dac. iam de ea re monuerat. Quod si res ita se habet, intelligitur, et in his Festi verbis caecum esse vulnus et lacunam obliteratam, quam nullo alio loco quam ante voc. *qua volet* fuisse, etiam versuum ratio, qualem hic proposui, manifesto ostendit. Excidisse puto vocc. *ni munierint.* Ante vocc. *vias muniunto* Pithoeus et Goth. in XII. fuisse statuunt: *amsegetes*, quod sumpserunt e Paulo p. 18.: *Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit,* satis probabiliter. *dionisam . . sunt*] *donicum . . esunt* corr. Dac. non male, nisi quod *esunt* probari nequit. Sed quae bene invenerat, prava interpretatione ipse pessumdat. *Illa enim,* addit, *donicum lapides esunt, idem significant, quod ista: si via immunita escit.* Sed lapides significantur ad viam muniendam undequaque colligendi. 15. *Viatores*] contenduntur Cicero de sen. 16. Columella I. Praef. p. 18. Bip. 16. 17. *omnium trib.*] interpunctione iunxi cum inferioribus (quod suasit etiam Huschkius), Urs. cum superioribus. Videtur tamen aliquid in lectione esse turbatum. 20. *vocab.*] *evocabantur* Paulus, quo voc. etiam Cic. et Colum. in ea re utuntur. *a magistr.*] post haec vocc. vg. additur: *et frequens eorum erat ab agris ad urbem via*, quae cum supervacanea et nimis molesta sint, e Pauli epitome translata autumans in contextum non adscivi. 21. *Verticulas*] om. vg., quia eadem verba in Paulo extant. *Lucil.*] Sat. IV. (fr. 16. apud Dousam), unde versus affert Nonius p. 207, 26. v. genu.: *Haeret verticulis affixum in posteriore Parte, atque articulis, nam ut novis* (corrigitur *ut nobis*) *talus genusque est.* *ita appellavit*] interpolatum puto. 22. *vertebras*] *articulos* Paulus, minus recte. 28. *Volones*] cf. Liv. XXIV, 14. Macr. Sat. I, 2. 32. *Versuti*] cum Verrii sententia pugnare videtur Nonius p. 454, 10. Cf. Cic. de N. D. III, 10.

rebus, verum his, quae celer-*iter* . . . . . *et* concitato animo ad bonam frugem ten-*dunt* . . . ‖ Voisgram avem quae se vellit. Augures hanc eandem fucillantem appellant . . . . . .

Vibrissae . . . . . ‖ Viginti quinque poenas in XII significat viginti quinque asses. ‖ Victimam Aelius Stilo ait esse vitulum ob eius vigorem. alii autem, quae vincta ducatur ad altare: aut quae ad† hostis victos immoletur. ‖ Vectigal aes appellatur, quod ob tributum et stipendium, et equestre, et ordinarium, populo debetur.

Vibrissare . . . . . ‖ Viae sunt et publicae, per *quas ire, agere, vehere* omnibus licet: privatae, quibus vetitum uti . . praeter eorũ, quorũ sunt privatae. *In XII. est:* "*Amsegetes* vias muniunto: dionisam† lapides sunt, †qua volet, iumenta agito." ‖ Viatores appellantur, qui magistratibus apparent. eo quia initio, omnium tribuum cum agri in propinquo erant urbis atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam urbe, quod ex agris plerumque homines vocabantur† a magistratibus. ‖ Verticulas cum ait Lucilius, ita appellavit vertebras.

‖ Vici appellari incipiunt ex agris, qui ibi villas non habent, ut Marsi aut Peligni, sed ex vicis partim habent remp. et ius dicitur, partim nihil eorum et tamen ibi nundinae aguntur negotii gerendi causa, et magistri vici, item magistri paci† quotannis fiunt. altero, cum id genus aedificiorum definitur, quae continentia sunt his opidis, quae† itineribus regionibusque distributa inter se distant, nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt dispartita. tertio, cum id genus aedificiorum definitur, quae in oppido prive, id est, in suo quisque loco proprio ita aedificat, ut in eo aedificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum: qui non dicuntur vicani sicut ii, qui aut in oppidi vicis, aut hi, qui in agris sunt, vicani appellantur. ‖ Viget dictum videtur a vi agendo, sed non vi† agendis hostilibusque†

Vola

Volones

Versuti

EMEND. LECT. Qu. XVI, 21, 21. *pagi.* 23. *in oppidis quaeve.* 34. *in. hostilibus.* Qu. XVI, 22, 8. *ob.* 14. *donicum.* 15. Adde: *Ni munierint:* 20. *evocabantur.*

||Vernae, qui in villis vere nati, quod tempus duce natura feturae est: et tunc rem divinam instituerit Marti Numa Pompilius pacis concordiaeve obtinendae gratia, inter Sabinos, Romanosque, "ut vernae viverent ne† vincerent." Romanos enim vernas appellabant, id est ibidem natos, quos vincere perniciosum arbitrium† Sabinis, qui coniuncti erant cum P. R. ||Vergiliae dictae, quod earum ortu ver finitur, aestas incipit.

Viritanus . . . . . .

Verruncent . . . . . .

||Veredis† antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, id est ducerent.

||Vehere portare vel trahere.

||Vastum pro magnum. ponitur tamen et pro inani. Accius: "Iam hanc urbem ferro vastam faciet Peleus." et Pacuvius: "Quales, scabres quod† inculta vastitudine." ||"Ve victis" in proverbium venisse existimatur, cum Roma capta a Senonibus Gallis aurum ex conventione et pacto adpenderetur, ut recederent, quod iniquis ponderibus exigi a barbaris querente Ap. Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adiecit gladium, et dixit: ve victis. quem postea persecutus Furius Camillus, cum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra foedus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. ||Vegrande significare alii aiunt male grande; ut vecors, vesanus, mali cordis, maleque sanus. alii, parvum, minutum, ut quom dicimus, vegrande frumentum. et Plautus in Cistellaria: "Qui nisi itures†: nimium is vegrandi gradu." ||Vecors est turbati, et mali cordis. Pacuvius in Iliona: "Qui veloci† superstitione cum vecordi coniuge." et Novius in . . . . "Coactus tristimoniam ex animo deturbat et vecordiam." ||"Vapula Papiria" in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert, tum dici solitum esse, cum vellent minantibus ibi† significare se eos neglegere, et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: "Heus tu, in barbaria quod dixisse dicitur libertus suae patronae, ideo† dico . . . . . : liberta† salve, vapula Papiria." in barbaria est, in Italia. Aelius hoc loco, vapula positum esse ait pro dole. Varro pro peri: teste Terentio in Phormione: "Num tu . . . . . † resipis, verbero." et Plauto in Curculione: "Reddin' an non mulierem prius, quam te huic meae

EMEND. LECT. Qu. XVI, 23, 5. *new.* 7. 8. *arbitratus est.* 25. *Veredos.* Qu. XVI, 24, 3. *Squales, scabresque.* 18. *Quin is, si itura es.* 20. *velox.* 25. *sibi.* 28. *id ego.* 29. Supple: *Atticae.* *Libertas.* 32. v. Annot.

Vernae appellantur ex ancillis civium Romanorum vere nati, quod tempus anni maxime naturalis feturae est.
Virgiliae dictae, quod earum ortu ver finem facit.
Viritanus ager dicitur, qui viritim populo distribuitur.
Verruncent vertant. Pacuvius: "Di monerint meliora atque amentiam averruncassent tuam," id est avertissent.
Vastum pro magnum, ponitur tamen et pro inani. Accius: "Hanc urbem ferro vastam faciet;" unde vastitas et vastitudo. 5
Vegrande significat male grande, et **vecors**, **vesanus** mali cordis, male sanus. Alii parvum sive minutum intelligunt, ut vegrande frumentum. **Vecors** est turbati ac mali cordis.

ANNOT. PAULI ad p. 370. 1. *Vibrissae*] vg. *Viprisse* M. *Vibraesse* Gu. 2. *Vibrissare*] *Vibrissere* Gu. Lind. *Vibrise* M. *Vibrisso* vg., contra morem Festi. Quod posui, non Lipsiensis libri auctoritate, quae nulla est, sed analogia aliorum musicorum vocabulorum citharissare, cymbalissare, similiumque, et Titinnii versu motus recepi. Gloss. Labb.: *Vibrissare*, μυνρίζειν. *Titinn.*] Bothe V, II. p. 74. fr. inc. 16. *usque ex vibr.*] *exvibrisses* vg., quod non placet. Facilius crediderim fuisse *usque eo vibrisses*. 3. *bonum*] ed. vet. vg. *bona* Lind. sine annot. 5. *eorum erat*] M. *erat eorum* Gu. vg. Lind. 6. *quum dix. Luc.*] M. vg. *Lucil. quum dix.* Gu. Lind. 7. *Volae*] M. ed. vet., idque recepi, ita ut a vestigio pendeat. *Vola* vg. Lind. Sed vola per mediam quidem plantam definiri poterat, ut a Serv. in Virg. G. II, 88., sed non per vestigium: nec vestigium concavum est, si planta concava est. In proverbio: *Nec vola nec vestigium*, vola ipsum vestigium volae significat. *medium*] M. *medii* cett. codd. vg. Lind.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 23, 1. *Vere nati*] similiter Nonius p. 43, 12.: *Vernas veteres appellabant, qui vere sacro fuerant nati.* 2. *et tunc*] intellige vere, Martio mense. 2. 3. *rem divinam instituerit Marti*] res alio auctore non cognita, sed admodum memorabilis. Significare videtur hoc sacrum Martialis Epigr. X, 76.: *Sed de plebe Remi, Numaeque verna.* E sacris Tiburtibus Servius Fuldens. in Virgil. Aen. I, 17. p. 10. ed. Lion. hanc precationem affert: *Iuno curulis, tuo curru clypeoque tuere meos curiae vernulas sane.* 5. *viverent ne*] om. vg. *ne*] mutandum in *neu*. Monuit etiam Huschkius, qui et *vincerentur* proposuit. Sed illud melius convenit sequentibus. 7. 8. *arbitrium Sabinis*] *arbitrabantur Sabini* coni. Lind. *arbitratus est Sabinis* rectius Huschke. 9. *Vergiliae*] Urs. *Vergilae* vg. et in mg. *Virgiliae. earum*] vg. *eorum* Urs. 10. *aestas*] *et aestas* vg. Cf. Kalendar. Venusin.: *Mai. Non. F. Vergili. exori.* 25. *Veredis*] haec ex vg. om. Urs. *Veredas* corr. A. Aug. in mg. *Veredos* voluisse videtur. 30. *Vehere*] etiam haec om. Urs.

Qu. XVI, 24, 1. *Vastum*] Servium in Virgil. Aen. III, 13. IX, 323. et I, 52. e cod. Fuld. (p. 18. Lion.) confert Dac. 2. *Accius*] *Attius* vg. Bothe V, I. p. 250. fr. inc. 9., qui versum ex Andromache sumptum esse monet. 3. *et*] om. vg. *Pacuv.*] in Teucro. v. Bothe p. 144. fr. 6. Iidem versus sunt apud Non. p. 152, 29. v. pocnitudine, p. 169, 24. v. scapres, p. 185, 4. v. vastities. *Quales*] *Squales* corr. Scal., ut legitur apud Nonium. *squale* et postea *scabre* coni. Urs., quae substantiva coniuncta posuit Varro ap. Nonium p. 168, 19. Eam coniecturam occupaverat Carrio Antiq. Lect. I, 2.: sed hic verbis multo aptior locus. *quod*] *quamque* corr. A. Aug. in mg. *atque* corr. Urs. *que* Scal., ut legitur apud Nonium. 4. *vastitudine*] Additur vg.: *unde vastitas et vastitudo*, ut habet Paulus. *Ve vict.*] Proverbio utitur Plaut. Pseud. V, 2, 19. et Varro in Satira, *Vae victis.* 7. *adpenderetur*] *pensum* et 9. *rex*] *dux* in mg. schedarum, ut annotavit Urs. 8. *Ap. Claudio*] Q. Sulpicium alii in ea re nominant. Cf. Niebuhr. H. R. II. p. 618. 12. *concideret*] *consideret* vg. 13. *Vegrande*] Eandem de sensu part. *ve* quaestionem agitant Gellius N. A. V, 12, 9. Ovid. F. III, 447. Cf. Paulus p. 158. 161. vv. vescus et vesculi. Non. p. 183, 30. v. vegrande. 16. *minutum*] *sive minutum* vg. 17. *in Cistellaria*] *in Clitellaria* (quae et *Astraba* dicta est) coni. Scal. Coniect. in Varr. de L. L. 82, 34. (p. 161.). Nempe in Cistellaria, qualis nunc extat, hic versus non legitur. Quod quam leve sit argumentum, post Ambrosianum librum cognitum manifestum est. Cf. ann. in Varron. VII. §. 64. et p. 303. Corrigendus itaque Both. Plaut. p. 434. fr. 10. 18. *Qui nisi itures*] *Q. n. iteres* vg. *Quae nisi sic beteris* corr. Scal. l. l. *Quin is, si itura es* coni. Guilelmus Veris. ad Epid. 3. (Gruteri Lamp. T. III. p. 383). 19-22. *Vec. . . . . vecord.*] haec om. vg. 19. 20. *Pacuv. in Iliona*] desideratur hoc fragm. ap. Scriverium et Bothium. Dicitur de Priamo et Hecuba. 20. *veloci*] fort. *velox*, i. e. concitatus. Sic versus fit quadratus. 21. *Novius*] et huius versum adde Bothio. *tristimoniam*] Urs. *testimoniam* Lind. cum annot.: *tristimoniam Pr.*: quae quid hic significent, ignoro. 23. *fuit ant.*] *antiquis fuit* vg. 25. *ibi*] Urs., qui in mg. corr. *sibi*: om. vg. 25. 26. *neglegere*] vg. *negligere* Urs. 27. *Plautus in Feneratrice*] Bothe p. 438. fr. 1. 28. *dixisse*] vg. *fecisse* Urs. *libertus*] *liberta* vg., quod repetitum esse arbitror ex sequentibus: *liberta salve.* Itaque *libertus*, Ursini lectionem, servavi. *ideo*] *id ego* corr. Scal. 29. Post voc. *dico* lacuna est apud Urs., vg. obliterata. *dico - tibi* coni. Scal. Magis placeret: *Atticae.* Tres fuerint senarii. *liberta salve*] scribendum censeo *libertas salve*, nam libertam se ipsam salutare,

Vacerram dicunt stipitem, ad quem equos soleant religare, alii dicunt maledictum hoc nomine significari magnae acerbitatis, ut sit vecors et vesanus.

Vagorem pro vagitu Ennius posuit.

Valvoli folliculi fabae.

5 **Valgos** Aurelius intelligi vult, qui diversas suras habent, sicut e contrario vari dicuntur incurva crura habentes.

Viere alligare, unde vimina et vasa viminea.

Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindatur. Hic dolor Graece στρόφος dicitur.

Veruta pila dicuntur, quod veluti verua habent praefixa.

10 **Urvat** circumdat.

Ungulum Oscorum lingua significat anulum.

Vinalia diem festum habebant, quo die vinum novum Iovi libabant.

(161) **Venerari** verbum compositum ex venia et orando.

quae opinio est Turnebi Adv. XV, 15., non placet. Post *salve* Urs. puncto distinguit. 30. *barb. . . Italia*] cf. Plaut. Capt. III, 1, 32. IV, 1, 104. Trinum. Prol. 19. Bacchid. I, 2, 15. 32. *in Phorm.*] V, 7, 10. *Num*] *Non* vg. *resipis verbero*] om. vg. Apud Terentium haec leguntur: *Non manes? Vapula. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis verbero.* Intelligitur hinc, quam male habitus liber manuscriptus eo loco fuerit. 33. *Curcul.*] IV, 4, 12. *mulierem*] *virginem* Plautus.

ANNOT. PAULI ad p. 373. 2. *Virgiliae*] boni codd. *Vergiliae* vg. Apud Lind. a typographo erratum est. 3. *Viritanus ager*] idem, puto, qui assignatus. 4. *Pacuvius*] Bothe V, I. p. 112. fr. 1. Versus extat etiam apud Varron. de L. L. VII. §. 102. Nonium p. 74, 24. v. averruncare, p. 507, 26. v. moneris. *averruncassent*] Pauli libri. *averruncassint* Varro et Nonius. Sed Paulum plusquamperf. legisse, ex ipsa explicatione voc. apparet. *Vecors . . cordis*] ed. vet. vg. om. Lind.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 25, 1. *Vapula ergo te*] *Vapulare ergo* corr. A. Aug. in mg. *Vapulare ego* corr. Urs., ex Plauto. 3. *Vacerram*] cf. Colum. VI, 19. IX, 1., unde intelligitur, vacerram fuisse vallum e stipitibus compactum. Gloss. Labb.: *Vacerra*, παραπλήξ. *Aelius*] *Verrius* vg. *et Aelius* in mg. 5. *hoc nom. sign. maled.*] *maled. hoc nom. sign.* vg. 7. *Vecorde . . vecord.*] *vecors et malefica vacerra* corr. Scal. *malefice*, *vacerra* corr. Urs. Satis habeo, unum *vecordia* in *vacerra* mutare. Scal. Livium Andronicum haec expressisse putat ex Odyss. II, 243., Hermannus Elem. doctr. metr. p. 626. e XVII, 248. *Vagor.*] cf. Non. p. 184, 21. 8. *Ennius*] XVI, 32. Mer. *Qui clamor*] *Cui clamas* mg. A. Aug. *Qui clamos* corr. Gifanius in Ind. Lucr. v. vagor: recte. 9. *vagore*] vg. *vigore* Urs. *Lucret.*] II, 577. 10. *vagor*] vg., ut Lucretius. *vigor* Urs. *fabae folliculi*] *folliculi fabae* vg. 11. *facti*] scribe *fabuli* (i. e. singula fabae grana). *vallo* idem est quod vanno, vannulo. *fustibus* mg. A. Aug., pravum glossema voc. *vallo*. *fracti* corr. Urs. *vallefacti* Salmas. Exerc. Plin. p. 907, 1 b. 12. *Vagulatio*] *Valgulatio* mg. A. Aug. *Vagulato* Urs. *L.*] *lege* vg. et *libro* in mg. *XII*] *duodecim tabularum* vg. 12. 13. *quaestionem*] vg. *quaestio* Urs. 13. *Cui testim.*] v. Qu. XII, 1, 27. v. portum, cum annot. *de fuerit*] *defugerit* A. Aug. in mg. male. 14. *tertiis*] Urs., ex superiore loco, ut videtur. *certis* vg. *obvag.*] *obvalgulatum* mg. A. Aug. 15. *Valgos*] cf. Non. p. 25, 11. Gloss. Labb.: *Valgus*, σκαμβός. Gloss. Isid.: *Valgis*, *foras versi* (*versus*) *tumentibus*. Weichert. Poet. Lat. rell. p. 231. *Opillus*] *Opilius* vg. 16. 17. *Plautus in Mil.*] II, 1, 16. 17. *Qui talos vit.*] *habeat* vg. additur. Ea verba ex glossemate ad vocc.: *qui diversas suras*, adscripto in textum irrepsisse manifestum est. Lind. censet hoc interpretamentum pertinere ad inferiorem Plauti locum, sed non declaravit, cui nomini magis sit idoneum, quam valgo. Dac. scribendum censuit: *qui diversas suras habeant ac talos vitiosos.* 18. *vagi salis*] *valgis talis* vg., sed *saviis* in mg. *valgis saviis* Plautus, quod Festus ponere voluit. *Silitergo*] *Sitelitergo* vg. *Sitellitergo* scribendum esse, monui in annot. Varron. de L. L. VII. §. 66. *Scythe liturgo* voluit Scal. Vg. *Sitelitergo* uncis inclusum est: scilicet iam A. Aug. id fabulae nomen falsum esse putavit, quod versus a Festo sub eo titulo allati in Mil. glor. III, 1, 127. legerentur. Sed ex ipso Festo in illum locum illatos esse, nec codd. fide munitos nec sensui aptos, ostendit Lind. *Sin*] *Sit* vg., sed *sin* A. Aug. corr. in mg. Fortasse etiam Urs. *Sin* ex correctione posuit: non nimis certa, quando versus quadratus capite truncatus est. 21. *bocchum*] *brocchum* vg. et *boccum* in mg. Scribendum *brocchum*, sive *broccum*, quod antiquius puto, quo nomine et dentes nimium prominentes, et talibus dentibus insignitum appellari constat. *bronchum* in Plauto scribebatur, ut *bronci* apud Non. p. 25, 27., quod Graecum

machaerae obicio, mastigia? Vapula ergo † te vehementer iubeo, ne me territes."

||Vacerram Aelius et alii complures vocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare. Ateius vero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit vecors et vesanus teste Livio, qui dicit: "Vecorde et malefica vecordia†." ||Vagorem pro vagitu, Ennius li. XVI.: "Qui clamor† oppugnantis vagore volanti." Lucretius li. II.: "Et superantur item: miscetur funere vagor." ||Valvoli fabae folliculi appellati sunt, quasi vallivoli, quia vallo facti † excutiantur. ||Vagulatio in L. XII. significat quaestionem cum convicio. "Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito." ||Valgos Opillus † Aurelius aliique complures aiunt dici, qui diversas suras habeant. Plautus in Milite glorioso: Qui talos vitiosos † "maiorem partem videas vagi salis †." et in Silitergo: "Sin ea mihi insignitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum, aut bocchum † filium." ||Viere alligare significat, ut hic versus demonstrat: "Ibant malaci viere Veneriam corollam." unde vimina, et vasa viminea, quae vinciuntur ligata. ||Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu quasi a vermibus scindatur. hic dolor Graece στρόφος dicitur. ||Veruta pila dicuntur, quod . . habeant praefixa. Ennius li. X.: " . . . cursus quingentos saepe veruti." ||Urvat, Ennius in Andromeda significat, circundat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quae sit† forma simillima uncini curvatione buris et dentis, cui praefigitur vomer. ait autem: "Circum sese urvat ad pedes terra occ . . . caput."

||Ungulus Oscorum lingua anulus, ut . . . . . "si quid monumenti nacta est, qui eorum † requireret: est ungulus, quem ei detraxit ebrio." Pacuvius in Iliona: "Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum." et in Atalanta: "Suspensum laevo brachio ostendo ungulum." ||Unciaria lex appellari coepta est, quam L. Sulla, et Pompeius Rufus tulerunt, qua sanctum est, ut debitores decimam partem . . . . . .

Vinalia

Venerari

. . . . . *Venenari*

EMEND. LECT. Qu. XVI, 25, 1. *Vapulare ego.* 7. *vacerra.* 8. *clamos.* 11. *fabuli.* 15. *Opilius.* 17. *Qui tal. vit.*] dele. 18. *valgis saviis. Sitellitergo.* 21. *brocchum.* 28. adde: *verua quaedam.* 31. *quod fuit.* Qu. XVI, 26, 2. *quor.*

dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait: "Cum illud, quo iam semel est imbuta veneno." ‖ Ventabant dixisse antiquos verisimile est, cum et praepositione adiecta . . . adventabant. ‖ V. ntupum † est; vel . . . . . quod Graeci ὕειν dicunt. ‖ Venditiones dicebantur olim Censorum locationes; quod velut fructus publicorum locorum venibant. ‖ Viminalis et porta et collis appellantur, quod ibi viminum fuisse videtur silva, ubi est et ara Iovi Viminio consecrata. ‖ Vindex ab eo, quod vindicat, quominus is, qui prensus est, ab aliquo teneatur. ‖ Vineae, ut Verrius praecipit, quod vino feraces sint: etiam militares quaedam machinationes a similitudine appellantur. ‖ Vivatus et vividus a poetis dicuntur a vi magna. ‖ Vindiciae appellantur res eae, de quibus controversia: quod potius dicitur ius, quia † fit inter eos qui contendunt. Cato in ea quam scribit L. Furio † de aqua: . . . . . s. Praetores secundum populum vindicias dicunt." . . . Lucilius: "Nemo hic vindicias, neque sacra neque numen † veretur." de quo verbo Cincius sic ait: "Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo sumptae in ius adlatae erant." at Ser. Sulpicius . . . . . iam singulariter formato vindiciam esse ait, ... qua de re controversia est, ab eo quod vindicatur . . . . . et in XII.: "Si vindiciam falsam tulit, si velit is † . . . . tor arbitros tres dato, eorum arbitrio . . fructus duplione damnum decidito."

5 *Vallescit*

10 *Vexillum*

15 *Vinnulus*

20 *Vietus*

25 *Ungustus*

30 *Vadem*

Umbrae . . . . . .

EMEND. LECT. Qu. XVI, 27, 4. adde: *dicatur.* 5. *Unda vel quod uvidum?* Adde: *inde dicta.* 18. *vis, quam.* 19. *scripsit in L. Furium.* 22. 23. *numen, neque sacra.* 26. adde: *nomine et.* 27. adde: *eam rem.* 28. *stlitis.* 29. adde: *et vindiciarum prae-* 30. adde: *reus.*

Ventabant dicebant antiqui, unde praepositione adiecta fit adventabant.
Viminalis porta et collis appellantur, quod ibi viminum fuisse silva videtur.
Vivatus et **vividus** a vi magna dicuntur.
Umbrae vocantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis.
Vallescit perierit, dictum a vallo militari, quod fit circa castra, quod qui eo eiciuntur pro perditis habentur. 5
Vexillum diminutivum est a velo.
Vinnulus dicitur molliter se gerens et minime quid viriliter faciens.
Vietus languidus, sine vi et naturalibus privatus viribus.
Ungustus fustis uncus.
Vadem sponsorem significat datum in re capitali. 10

βρόγχος librariis in mentem venerat. *filium*] vg. uncis includitur. Post hoc voc. vg. legitur: *e contrario vari dicuntur incurva crura habentes*: quod e Paulo adscitum esse apparet: ac Festum diligentius de ea re scripsisse credibile est. V. Salmas. Exerc. Plin. p. 663, 1 f. *Viere . . . ligata*] om. vg. 22. *ut hic versus*] ex Ennii Sota. Extat apud Varronem de L. L. V. §. 62., lectione plane concinente, ut suspicer, eum non sine Varronis auxilio plenius restitutum esse. 24. *vinc. ligata*] aptius esset: *quae e viminibus contexuntur*. *Vermina*] cf. Non. p. 40, 18. v. verminari. 26. *scindatur*] vg. *scindantur* Urs. 27 - 29. *Veruta . . ver.*] etiam haec om. vg. Cf. Non. p. 554, 32. 28. *quod*] supple: *verua quaedam*. *Ennius*] Ann. X, 33. ap. Merulam, qui verutos intelligit milites levis armaturae quingentos saepe cursus executos. 29. *Urvat*] cf. Varro de L. L. V. §. 127. 135. 143. et Pomponius de V. S. in Digest. 239. §. 6.: *Urbs ab urbo appellata est: urbare est aratro definire: et Varus* (scribe *Varro* et cf. de L. L. V. §. 135.) *ait, urbum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet*. Cf. Placidus p. 491. ap. Maium: *Obarbas* (*Oburbas*) *circumscribis dictum ab arbo* (*urbo*), *qui est in curvatura aratri*, et quae seqq. 30. *Enn. in Andr.*] Bothe V, I. p. 37, fr. 2. *circundat*] vg. *circumdat* Urs. 31. *quae sit*] scribendum puto: *quod fuit*; nam de forma urvi aratri dici apertum est. *fit* A. Aug. in mg. 32. *curvatione*] vg. *a curvatione* Urs. 33. *dentis, cui praef. vomer*] at dentem ipsum simplicius vomeris genus esse constat; ut dentem pro dentalibus hic positum esse existimem; nam his praefigitur sive dens sive vomer. V. Varro de L. L. V. §. 135. et cf., si placet, quae dixi rer. Etrusc. I, 2, 1. T. I. p. 255. 33. 34. *Circum sese . . caput*] haec de ceto, cui Andromeda obiicitur, dicta esse, monuerunt Vv. Dd. Lectionem reddidi vg., quippe quae aperte cod. manum prae se fert. *occultat* corr. A. Aug. in mg. Urs.: *circum sese urvat, ad pedes a terra quadringentos caput*. Scilicet *quadringentos* fecit ex illo OCC. Salmasius in Exerc. Plin. p. 576, 2 f. coni.: *circum sese urvat ad pedes fert occultans caput*. Similiter alii: sed quaerenda est ea versus forma, ut verbum *urvat* per *circumdat* explicari possit.

Qu. XVI, 26, 1. *Ungulus*] Plinio teste, N. H. XXXIII, 1, 4. §. 10., antiqui Romani anulum ungulum dixerunt. 2. *si quid* etc.] incerti poetae duo senarii. *nacta*] *Nacta* in annot. legendum monet Urs., nescio quamobrem. *eorum*] *verum* corr. Dac. *eum* coni. Lind. Fortasse *qui eorum* fuit *quor*, eo sensu, ut requisito opus esse non dicat. 2. 3. *requireret*] *requiret* corr. Urs. in annot. 3. *ebrio*] *e Lirio* vg.: sed illud in schedis esse, testatur Urs. 4. *Pacuv. in Il.*] Bothe V, I. p. 129. fr. 12. 5. *in Atal.*] Bothe p. 109. fr. 6. *laevo*] *in laevo* vg. 7. *Unciaria lex*] alio auctore non cognita. *appellari*] *dici* vg. 7. 8. *L. Sulla . . Rufus*] coss. a. u. c. 665. 8. *Pomp. Ruf.*] *Q. Pompeius* vg. 9. *decimam partem*] *duodecimam partem creditoribus solverent* corr. et suppl. Dac. Quae nihili sunt, praeter *duodecimam partem*. *duodecimam partem sortis solvendo liberarentur* Gronov. de pec. vet. p. 522. Facilius crederem fuisse: *duodecimam partem usurarum solutarum sorti detraherent*. Niebuhr. H. R. III. p. 68. voc. *decimam* ad denorum mensium annos refert ac suppl.: *sortis annuis usuris penderent*. 34. *Venenari*] hic posui, collato Servio in Virgil. Aen. IV, 137. et Aen. XII, 602. Veteri iure praeceptum erat, ut Flaminica *venenato operta* esset. V. Masurius Sabinus apud Gell. N. A. X, 15, 27.

ANNOT. PAULI ad p. 374. 7. *dolor Graece*] *M. Graece dolor* Lind. e Gu. Sed Festus ipse pro M. pugnat. 12. *Vinalia*] v. Festus Qu. XIII, 1, 28. et XIII, 26, 10. v. rustica Vinalia.

ANNOT. FESTI. Qu. XVI, 27, 1. *dicebant . . veneno*] nusquam extant in vg. 2. *Ennius*] Ann. VII, 87. apud Merulam. Hic corr.: *Quum illa ut, quae*. Mihi magis placeret: *Cupa illud* etc. Sequebatur: *servat*. 3 - 5. *Ventab. . . advent.*] sic Urs. Longe aliter vg.: *Ventabant antiqui dicebant sine praepositione pro adventabant*. Lacunam explet Dac. *dicatur* vel *adhuc dicamus*. 5. *V. ntupum . . dicunt*] om. vg. Fortasse fuit: *Unda vel quod uvidum est, vel inde dicta, quod Graeci ὕειν dicunt*. Ab Urs. maior lacuna inter *vel* et *quod* significatur. 6. *Venditiones*] Ciceronis verba, in Verr. II, 1, 54., hucne pertineant, ambigitur. Cf. Digest. XIX, 1, 1. §. 1

Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato: "Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil."

Viritim dicitur dari, quod datur per singulos viros. Cato: "Praeda quae capta est, viritim divisa."

dicebantur olim] *olim dicebantur* vg. 7. *fructus*] nescio cur Lind. in contexto omiserit, et in annot. in pr. Ven. Scal. esse monuerit. Habet etiam Urs. 8. *Viminalis*] cf. Varro de L. L. V. §. 51. *et*] om. vg. 9. 10. *fuisse videtur silva*] *silva fuisse videtur* vg. 10. *Viminio*] Viminus dicitur a Varrone. 12. *aliquo*] vg. *alio* Urs. Sed illud praestat, nam vindex, quem vindicat, non ipse tenere vult. *Vineae*] cf. Varro de L. L. V. §. 37. 13. 14. *etiam milit. quaedam*] cf. Festus Qu. XIV, 15, 4. v. sub vitem. 15. *Vivatus*] non rarus huius voc. usus apud Lucretium. Frustra igitur laborat Scal., qui *viriatum* pro vivato reponi vult (de quo voc. v. Non. p. 186, 29. v. viriatum, coll. p. 187, 15. v. viratium), quanquam magnum eius ingenium etiam in hac re agnoveris. 16. *Vindiciae . . . res*] vindicias res esse, quidam collegisse videntur inde, quod, si quis vindicias tulit, rem ipsam tulit. 17. *controversia*] *est* addit vg. *quod . . contendunt*] *aut potius dicuntur vindiciae inter eos, qui contendunt* corr. Turneb. Adv. XIII, 27. Urs., nimio conatu. *quod potius dicitur vis, quam fit inter eos q. c.* recte corr. Huschk., laudata mea commentatione in Rhenano iurispr. Museo T. V. p. 190. Similiter Cuiac. Parat. in cod. Iust. III, 1, 32. p. 50. ed. Wechel.: *dicitur vis quae fit.* 18. 19. *Cato . . quam scr. L. Furio de aqua*] scribe: *quam scripsit in L. Furium de aqua.* Id nomen fuisse existimo cuidam ex Catonis orationibus in L. Furium de mulcta. Nam apud Servium in Virgil. Aen. IV, 244., ubi legitur: *ut est apud Catonem in L. Furium: De aqua quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura vectigalium, resignat*, vocc. *de aqua* ad inscriptionem orationis pertinere, cum ex ipsa loci sententia, tum ex hac Festi mentione intelligitur. Quanquam H. Meyer. Oratt. fragm. p. 34. etiam apud Festum vocc. *de aqua* putat ex oratione Catonis esse. Parum diligenter Ellendt. Prolegg. Brut., postquam p. XXII. ex Festo p. 199. orationem in L. Furium protulit, p. XXIII. orationem a Festo s. *Vindiciae* (qui scilicet idem est locus) memoratam pro Furio contra Gellium scriptam statuit, coll. Gellio XIV, 2. 19. *s.*] om. vg. 22. . . . *Lucilius*] *et Lucilius* vg., nulla indicata lacuna. Apud Dousam est fr. inc. 47. 22. 23. *neque . . veretur*] hic Scal. coni. *numen neque sacra v.*, Turneb. Adv. XV, 15.: *neque sacra aut numina retur*, Dousa totum versum reformat: *nemo hic Nec numen, nec vindicias, neque sacra veretur.* Possis etiam: *neque numina sacra veretur.* Acute Huschk.: *neque sacramenta veretur.* 24. *Vindiciae*] haec definitio ea spectat, quae dicis caussa fiebant, ut res vindicanda imagine quadam declararetur, velut fundus gleba inde arrepta. *illae*] *glebae* corr. Raevardus in XII tabb. expl. c. 6. Urs., quod post *illae* excidisse, credibile est. 26. . . . *iam*] *nomine etiam* suppl. Scal. *esse ait*] post h. v. lacuna vg. significatur. *rem* suppl. Scal. *eam* Dac. 28. *et in XII.*] v. Dirksen. de XII tabb. p. 715. *ut in XII.* corr. Gifanius in Ind. Lucretii. *si velit is . . . tor*] Urs. . . . . *si velit is*, omisso *tor*, vg. *si velit is* in *rei sive litis* mutaverunt Cuiac. Obss. V, 21. p. 108. ed. Wechel., Raevardus XII tabb. expl. 6. Turneb. Adv. XIII, 27. Scal. Urs. Idem Urs. in notis ad A. Augustin. de legibus (Graevii Thesaur. T. II. p. 1352.) legem eam sic restituere conatus est: *sei volet is, quei posesione deiectus est.* Nescio an praestet: *stlitis et vindiciarum praetor arbitros tres dato, eorum arbitrio possessor* (sive *reus*) *fructus duplione damnum decidito.* Cf. Theodos. cod. IV, 18, 1. 29. *tor arbitros tres*] *tot arbitros aeris* A. Aug. in mg. *praetor arbitros tres* suppl. Urs. Dac. *arbitrio*] *arbitrii* scr. Cuiacius l. l. *arbitriis* Turnebus, Gifanius. 30. *fructus*] *fructi* mg. A. Aug., quod nescio unde ductum receperunt Pithoeus aliique multi. *duplione*] cf. Paulus p. 50. v. duplionem. *decidito*] *pro fure damnum decidere* in formula apud Gaium IV, 37, 45.

ANNOT. PAULI ad p. 377. 4. *Umbrae*] σκιάδες apud Graecos, ut in Carneis. Neptunalia a. d. X. Kal. Sextiles celebrabantur, calidissimo anni tempore. V. Varro de L. L. VI. §. 19. 5. *Vallescit*] *vallefit* coni. Salmas. Exerc. Plin. p. 907, 1. b., propter verbum *evallefeci*, etiam a Scal. collatum, quo Varro in Prometheo usus est apud Non. p. 217, 14. v. posticam. Sed nihil prohibet, quin etiam vallesco verbum fuerit, ut evallare, quod pro excludere dictum esse docet Non. p. 102, 1. Nec vallescere et vallefacere magis inter se discordant, quam calescere et calefacere, assuescere et assuefacere: vallere autem et vallare eodem discrimine distant quo clarare et clarere et alia multa. Caeterum Salmas. recte Festum in eo refellit, quod vallesco, evallo, vallefio omnia non a vallo militari, sed a vanno descendunt, ita ut evallare quasi deminutivum sit verbi evannare. *dictum*] Lind. ex uno Gu. assumpsit: om. cett. *qui*] *quo* Gu. *eiciuntur*] M. *eiiciuntur* cett. 6. *Vexillum*] ita etiam Priscian. III. p. 615. (132. Kr.) et Servius in Virg. Aen. VIII, 1., sed rectius Cicero Orat. 45. fuga vastioris literae velum e vexillo factum esse observat. 7. *Vinnulus*] Lind. e Gu. *Vinulus* cett. Ita Non. p. 186, 10. vinnulum habet, eiusque voc. exemplum affert e Plauti Asinar. (I, 3, 70.) Apud Isidor. Origg. III, 19, 13. *vinnolata vox* legitur. 8. *Vietus . . sine vi*] etymon e contrario. Melius Donatus in Terent. Eunuch. IV, 4, 21. 9. *Ungustus*] cf. Festus Qu. XVI, 26, 1. v. ungulus. 10. *Vadem*] cf. Varro de L. L. VI. §. 74. Sed melius cum Festo convenit Ausonio Technopaegn. 12.

ANNOT. PAULI p. 378. 1. *Cato*] H. Meyer. Oratt. fragm. p. 87. 3. *Cato*] vel in Originibus, vel in oratione quadam.

Uxorium pependisse dicitur, qui quod uxorem non habuerit, res populo dedit.
Volturnalia Volturno suo deo sacra faciebant, cuius sacerdotem Volturnalem vocant.
Uls Cato pro ultra posuit.
Vesculi male curati et graciles homines. Ve enim syllabam rei parvae praeponebant, unde **Veiovem** parvum Iovem et **vegrandem** fabam minutam dicebant. 5
Vaticanus collis appellatus est, quod eo potitus sit populus Romanus vatum responso expulsis Etruscis.
Vivissimus superlativus a vivido.
Ungulatros ungues magnos atque asperos Cato appellavit.
Verberitare idem Cato frequentative ab eo, quod est verbero, dixit.
Vopte pro vos ipsi Cato posuit. 10
Ver sacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quaecunque proximo vere nata essent apud se, animalia immolaturos. Sed quum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant atque ita extra fines suos exigebant.
Versuram facere mutuam pecuniam sumere ex eo dictum est, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum (162)
ferrent, sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem. 15
Vae vobis dicebatur ab antiquis, et **vae nobis**.
Vinciam dicebant continentem.
Vernisera messalia † auguria.

ANNOT. PAULI. 1. *Uxorium*] Valer. Max. II, 9, 1.: *Camillus et Postumius censores aera poenae nomine eos, qui ad senectutem caelibes pervenerant, in aerarium deferre iusserunt.* Cf. Plutarch. Cam. 2. 2. *Volturnalia*] *Vulturnalia* Lind. e solo Gu. Sic etiam postea. *Volturnalib.*, i. e. Volturnalibus, corr. Urs. Sed ipsa Volturnalia definiuntur. *suo deo*] ita de paganis Paulus Christianus. De Volturnalibus, quae Varro Vortumnalia dicit, v. annot. ad l. de L. L. VI. §. 21.; de Volturnali flamine VII. §. 45. 3. *Uls*] *Ouls*, ut videtur, in sacris Argeorum, a Varrone memoratis, de L. L. V. §. 50., *uls Tiberim* apud ipsum Varronem V. §. 83., ex quo loco Pomponius in Digest. I, 1, 2. §. 31. *eis Tiberim et ultis Tiberim* quin corrigendus sit, non dubito. Cf. Paulus p. 33. v. citimus. 4. *Vesculi*] v. Festus Qu. XVI, 24. p. 194, 10. v. vegrande, et Paulus p. 158. v. vescus. 6. *expulsis Etr.*] cf. Plin. N. H. XVI, 87. 7. *vivissimus*] nescio e quo scriptore petitum, opinor tamen, ex epico poeta, cuius numeri *vīvĭdissimum* non admittunt. 8. *Ungulatros*] *Ungulatos, qui haberent* corr. Vossius Etym. Lat. v. unguis p. 783. ed. Neap., quem sequitur Dac. Temere; nam ex Paulo intelligitur, ab ungulo factum esse nomen ungulater, ut arater ab arando, culter a cellendo. *Cato*] Lion. Caton. p. 88. 10. *Vopte*] cf. Festus Qu. XIV, 16, 8. v. suopte. 11. *Ver sacrum*] cf. Festus Qu. IX, 7, 32. v. Mamertini, et Qu. XIV, 25, 18. v. Sacrani, Nonius p. 522, 14. M. e Sisenna, Servius in Virg. Aen. VII, 796., ut grammaticos solos afferam. 14. *Versuram facere*] constat dici de omni pecunia mutua sumpta, *versura solvere* de ea, quae sumitur, ut alii creditori satisfiat. Non distinguit tamen Donatus in Terent. Phorm. V, 2, 15. 16. *Vae*] cf. Festus Qu. XVI, 24. p. 194, 1. v. Ve victis. 17. *Vinciam*] *Viciam* Dac. ex Mss., nescio quibus, certe non bonis. *continentem*] *continentiam* idem ex iisdem. Sed *vincia* masculinum nomen esse videtur, dictum a vinciendo, nam a vincendo debebat esse vicia, et significare hominem infibulatum praeligatumve ad Venerem coercendam, cuius generis multi in antiquae artis, praecipue Etruscae, operibus conspiciuntur. Nomen *vincĭa* ad eandem normam formatum est, qua Graeca *θλιβίας*, *τομίας*. C. Barthius Adv. XXXIX, 5. codicem Basileensem haec addere narrat: *et est cognomen Iovis.* Ipse corr.: *Iunonis*, ut Vincia idem sit quod Cinxia. 18. *Vernisera*] vocabulum plane obscurum. De variis auguriis mensae narrat Plinius N. H. XXVIII, 2, 5. *messalia*] codd. *mensalia* vg. *Messalae* coni. A. Aug. in mg., ac facile credo Paulum, pro stupore suo, Messalae nomen, quod hac in re et hoc loco a Festo appositum fuisse probabiliter sumi potest (v. Praef. II, 2.), tam inepte et corrupte posuisse.

COROLLARIUM GLOSSARUM.

Has in pagellas, quoniam inutile videbatur, omnes eas glossas recipere, quas interpolati Pauli libri, Berolinensis, Lipsiensis, Barthii continent, e notis scriptoribus, Gellio, Solino, commentariis in Virgilium et triviali scientia ductas, a Verrii doctrina alienissimas: paucas tantum hic posui, quae vel melioris notae esse videbantur, vel ab Antonio Augustino in vulgatam formam iam receptae sed a Lindemanno omissae erant, ne quidquam, quod Pauli Festive nomine iam usurpatum fuisest, in hac editione desideraretur. Qua in re inconstantiam aliquam purgare me oportet. Nam cum initio opinatus essem, nullam Pauli glossam a Lindemanno nisi consulto omissam esse, postea, ubi Festi reliquiae cum Paulo congruunt, vidi, etiam non paucorum vocabulorum interpretationes in illius exemplaribus desiderari, quae quin invito editore exciderint dubitari non liceat. V. annot. ad Paul. p. 231. v. proculiunt . . properam, et p. 291. v. rictus.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

Acus palea est. Varro rerum rusticarum tertio: "Acus substruendum parturientibus." "Acus in area excutitur." Idem in eodem: "Primo argillam mixtam acere."

Adversus aut contrarium significat; aut idem, quod erga.

Aestuaria sunt omnia, qua mare vicissim tum accedit, tum recedit.

Alga, herba, quam mare ad littus proiicit. Vergilius in Bucolicis: "Proiecta vilior alga."

Altum proprie mare profundum.

Amoebaeum carmen est, quotiens aliqui ex aequali numero versuum canunt; et ita se habet ipsa responsio, ut aut malum, aut contrarium aliquid dicat.

Arbutus genus arboris frondibus raris. Vergilius: "Et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra."

Astutus arte tutus.

9. *Abitionem*] ex Ald. vg. 10. *Acus*] e vg. *substruendum*] *substernendum* corr. A. Aug. in mg. Ductum est e Varrone de R. R. III, 9. *Acus . . excutitur*] non inveniuntur, sed simillima I, 52. 11. *Primo argillam*] *ex argilla mixto acere* est I, 57. Scripsit igitur quicunque haec scripsit: *Idem in eodem primo: argillam* etc. Sic corr. A. Aug. in mg. 12. *Adversus*] ex ed. vet. Ald. vg. Haec glossa, non dubito, quin vel typothetarum vel scribae negligentia apud Lind. omissa ac Paulo p. 13. post voc. *Adpromissor* restituenda sit. 13. *Aestuaria*] e vg. Ducta sunt e Suetonio de N. R. T. III. p. 75. ed. Wolf., de quo v. Praef. II, 4. 14. *Alga*] e vg. *Vergil.*] Ecl. VII, 42. 15. *Altum*] e vg. Etiam haec e Suetonio illo sumpta sunt. 16. *Amoebaeum*] e vg. A codd. abesse omnibus testatur Lind. p. 14. 18. *Arbutus*] e vg. *Vergil.*] Ecl. VII, 46. 19. *Astutus*] etiam haec glossa, quae in ed. vet. Ald. vg. est et plane differt a superioribus, e Virgilii Eclogis et Suetonio illo ductis, Paulo p. 6. post voc. *Astu* reddenda erit.

Cicuma avis noctua.

Exlitius iudex, quem una pars eligit.

Infetari non fetari.

Tutum frequenter dicitur maxime. Varro in Europa: "Tutum sub sede fuissent." [EX FESTO.]

Vindicta virga erat, qua praetor utebatur ad liberos et cives, asserendo cives in civitatem, ac servos in libertatem ad- 5
vocando et manumittendo.

Vindicius, qui coniurationem iuvenum nobilium, Romae de accipiendis Tarquiniis cum eorum legatis agentium, detulerat ad Coss., pecunia accepta libertateque ac civitate, primum vindicta dicitur liberatus; quidam quod Vindicius intractas † auctores sunt, ab eius potissimum notae †: id certe observatum, ut quicunque post eum id ipsum egissent, acciperentur in civium locum. 10

1. *Cicuma*] e vg. Isidori Glossae: *Cecuma, noctua.* 2. *Exlitius*] codex Lipsiensis, qui licet multa habeat vulgaria, velut glossas *Ebenus, Ebulus, Electrum*, haec rariora tamen omittere nolui. Attulit Lind. p. 60. et 415., ubi *Exlicius* scriptum fuisse putat. 3. *Infetari*] ex Ald., ubi p. 103. post voc. *Inferiae* legitur. 4. *Tutum*] Etiam in hac glossa aliquid excusandum mihi est. Est ea ex eorum numero, de quibus in Praef. I, 2. dixi, quas Antonius Augustinus in Pomponii Laeti schedis fuisse testatur (quam ob caussam hic eam nota .·. designavit), Ursinus autem in eo chirographo, quod a doctissimo viro e schedis illis confectum esse ait, non repperit. Eae glossae, cum dubitari nequeat, quin ex frustulis quibusdam Illyrici codicis, misere truncatis et foedatis, sumptae, sed licentia etiam maiori, quam reliqua earum membranarum pars, quae in Pomponii Laeti possessionem venerant, refictae et interpolatae sint: omnes eas, quarum sedem vel ex Pauli comparatione vel ex literarum dispositarum lege demonstrare poteram, certo quodam loco in iis foliis posui, quae ex Illyrico codice discerpta apud Pomponium fuisse mihi persuasi. Haec tamen glossa excipienda erat, cum neque in Paulo reperiatur, neque in ea parte Festi excerptorum, quae literis *Tu* incipit, collocari possit, quippe quae tam integra etiamnum superest, ut nihil aliunde intrudi possit. V. Qu. XV, 27 et seqq. usque ad 31. Hinc colligitur, nisi forte in ea glossa omnis regula varo, ut Persius ait, pede fallit, vocabuli Tutum interpretationem fuisse in secunda literae T parte, cuius in dispositione literae praeter primam nihil valent. At huic parti, quae in solis Pauli excerptis servata est (v. Praef. II, 2.), nulla in Pomponii Laeti schedis pagina est quae respondeat, ut credere cogamur, hanc glossam in frustulo quodam membranae fuisse, quod ex sextidecimi Quaternionis columnis 13-16. miro quodam casu servatum fuerit solum. Certe hinc aestimare licet, quam ambigua et sublesta huius glossae fides sit, quae etiam eo elevatur, quod Varronis in Europa nulla praeter hunc locum mentio invenitur. *frequenter . . maxime*] tutum pro tuto frequentissime positum esse ab antiquioribus, Festus videtur dixisse. 5. 7. *Vindicta* et *Vindicius*] haec apposui e Barthii Advers. XXXIX, 5., qui ea se et in membranis suis et in Basileensi libro chartaceo legisse testatur. Ducta autem ea esse e Festo v. vindiciae, Qu. XVI, 28., nihil inest quod prodat: potius e Livio exscripta esse, comparato loco II, 5. apparet. 8. 9. *quod Vindicius intractas*] corrige e Livio: *vindictam tractam esse.* 9. *notae*] *nomine* corr. Barth.

Quae in Lipsiensis codicis calce leguntur: *Vaga quae in mare stant Virgilius brevia appellat*, e Suetonio illo T. III. p. 75. ed. Wolf. transcripta sunt, ubi legitur: *Vada* (sed in Ms. *vaga*), *quibus in mari potest stari, quae Virgilius brevia appellat, quae eadem Graeci brachia* (scribe βραχέα). Neque aliunde petita sunt, quae idem codex in fine literae S. (p. 152. apud Lindemannum) habet: *Supernum mare Adriaticum, quia sit a superiori parte*, et: *Sinus maiores recessus maris, ut Caspius, Arabicus, Indicus.*

Verbo memoro, etiam quae in Monacensi codice, optimo libro, extrema pagella appositae leguntur explicationes vocabulorum *Vesper, Vespere, Vesperum, Vespera* (p. 162. apud Lindemannum), a Paulo et ab omni antiquitate aliena esse et ex obscura et abstrusa barbarorum saeculorum doctrina fluxisse videri.

Cum typographus, quibus hanc paginam expleret, aliquot scripturae versus postularet: apponere placuit Suetonii illud quod fertur excerptum, quod saepe in superiore annotatione memoravimus, et maximam certe partem ex Verrio ductum esse ostendimus. Impressum autem dedi, ut legitur in Wolfianis Suetonii exemplaribus T. III. p. 75. 76.

HOC EXCERPTUM EX LIBRO MS. DE NATURA RERUM RETULIT OXONIO IAC. GRONOVIUS.

De omnibus maris ac fluminum in pratis in Annalibus Tranquillus sic ait. Extremum mare Oceanus: internum medius, quod ex Oceano fluit: supernum et infernum, quibus Italia alluitur: ex his superum et Adriaticum dicitur et Tuscum inferum. Fretum angustum quasi fervens mare, et Siculum et Gaditanum. Aestuaria sunt omnia, per quae maria vicissim tum accedit tum recedit. Altum proprie mare profundum. Vada quibus in mari potest stari, quae Virgilius brevia appellat, quae eadem Graeci brachia. Sinus maiores recessus maris dicuntur, ut Caspius, Arabicus, Indicus: maiores autem anguli, ut Paestanus, Matrestae, Amyclanus et similes, nomina maris dixerunt. Flustra motus maris sine tempestate fluctuantis. Naevius in bello Poenico in inscriptione quod ait, "honerariae honustae stabant in flustris", ut si diceret in salo. Moles quae eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuvius ait, "omnes latebras sublaetu mole abstrusas sinus." Caecus fluctus tamen, nec dum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait: "Populo fluctos caecos faciunt per discordiam"; et Augustus ait: "nos venimus Neapolim, fluctu quidem caeco." Litus, quicquid aqua alluitur. Flumen omnis humor, qui vel modice fluit. Torrens fluvius, qui a pluvia crescit, siccitate torrescit, id est, arescit, de quo Pacuvius ait, "Flammeo vapore torrens torret." Ostia exitus fluminum in mare. Tolli aquarum proiectus, quales sunt in Aniene flumine quam se maxima praecipitio.

ANNOT. 5. *omnibus*] scribe *nominibus*. *pratis*] fort. *primis*. 6. *medius*] scribe *medium*. 7. *Gaditanum*] *Gaditianum* cod. 8. *maria*] scribe *mare*. *accedit*] *occidit* cod. *Vada*] *vaga* cod. 9. *brachia*] scribe *βραχία*. 10. *Matrestae*] puto hic fuisse *Tergestae*. *nomina maris dixerunt*] haec nescio quomodo emendari possint, nisi plura verba exciderunt, in hunc modum: *maiores autem anguli, ut . . et similes, cum sinus dici coepti essent, magnos illos sinus nomine maris dixerunt*. 11. *Flustra*] v. Paulus p. 67. cum annot. *Poenico*] *Pontico* cod. 12. *salo*] *sola* cod. *Pacuvius*] *Fauculius* cod. 13. *sublaetu*] poterat esse: *subeunt laeti*. Ita fit versus quadratus, si *mole* et *abstrusas* non coalescunt. *Caecus fluctus tamen*] significat caecum fluctum esse fluctum quidem, necdum tamen canum, i. e. spumosum. *Atta*] *aota* cod. 15. *Torrens*] v. Festus Qu. XV, 28. p. 160, 27. cum annot. 17. *Tolli*] v. idem Qu. XV, 27. p. 159, 34. *Aniene*] *assiense* cod. *quam . . praecipitio*] fortasse fuit: *qua se maximo praecipitio in agrum Tiburtinum demittit*.

SUPPLEMENTUM ANNOTATIONIS
IN POMPEIUM FESTUM ET PAULUM.

Ad p. 2, 7. Pauli excerpta p. 2. Lind. v. apricum. Nunc video, monitus a Rankio meo, duplex eius voc. etymon proponi a grammatico, a voc. apertum et Graeco φρίκη. Itaque bonorum codd. vestigia premens nunc scribo: *Apricum locum a sole apertum. A Graeco vocabulo φρίκη appellatur, quasi ἀφρικής* et quae sqq. Quae ad illustrandam sententiam desunt, imprimis disiunctiva aliqua particula, ea ipsum Paulum pro sua negligentia omisisse existimo.

p. 3, 3. Pauli exc. p. 3. v. axitiosi. Video, ad eandem vocabulorum stirpem referendam esse etiam Placidi glossam, quae apud Maium p. 433. sic est concepta: *Ad exitiarium, conspirationum, factionum*, postquam in Regio codice 7644. hanc eius esse formam accepi: *Aexiciorum, conspirationum, factionum.* Apparet enim scribendum esse: *Axicionum, conspirationum* etc.

p. 3, 6. Pauli exc. p. 3. v. axamenta. Voc. *homines* in *semones* mutandum censet Hartung. de religg. Rom. T. I. p. 42. At quae Paulus addit: *Nam in deos singulos versus facti*, postulare videntur, ut universorum deorum mentio antea iniecta fuerit.

p. 6, 2. Pauli exc. p. 5. v. aliuta. Non obsto, si quis *Iovis sacer* antique dictum esse malit. Ita certe Paulus p. 65. v. fagutal.

p. 8, 12. Pauli exc. p. 8. v. aureax. Ne grammaticus aureas ab oreis distinguere videatur, Meursius scribendum censet, Exerc. critic. P. II. L. III. c. 10., *orea (dicebatur), quod ora coercebantur.* Ac probabile est, eam fuisse Festi vel Verrii sententiam.

p. 11, 13. Pauli exc. p. 10. v. antras. Placidus, ut in codice Regio 7644. exhibetur, habet: *Anchras, convalles aut arborum interv.*, quo consensus, quem dixi, etiam confirmatur. Quod in Gloss. Labbaeanis legitur: *Aptra, ἀμπελόφυλλα, ὡς Τιτίνιος*, Salmasius in Exerc. Plin. p. 71. col. 2 b. legit: *Apiastra, τὰ μελίφυλλα*, Osannus in Gloss. Lat. Specimine p. 8. coni. *Apia, ἀμπέλου φύλλα.* Mihi scriptum fuisse videtur *Amptra* et *ἀμπελόφυλλα* significare arbusta, i. e. arbores vitibus maritatas.

p. 20, 12. Pauli exc. p. 17. v. arillator. Placidi codex Regius 7644. habet: *Arilla, coccinione pannicularia.*

p. 24, 17. Pauli exc. p. 21. v. auxilla. In eadem falsa sententia, qua Verrium, etiam Varronem fuisse, ostendunt Glossar. Labb.: *Auxillae, μικρόπτερα, ὡς Βάῤῥων*, quae sic refingenda sunt: *Axillae, μικρὰ πτερά.* Et hic igitur opinatus est axillam deminutive dictam esse ab ala. Non alia est sententia Pauli p. 161. v. vexillum.

p. 25, 17. Pauli exc. p. 22. v. advosem. *Advostem* scribendum putat Lucas Fruterius Verisim. II, 12. (in Gruteri Lampade T. II. p. 852.), nullam idoneam ob caussam.

p. 29, 7. Pauli exc. p. 24. v. atra bilis. Observare debebam, in bonis codd. esse *dictus*, non *dicta*: ut appareat satis antiquam lectionem esse *Atrabilis* in unum coniunctum verbum, quod etiam e Basileensi libro profert et commendat Barth. Adv. XL, 14. Nec tamen dubitari potest, vocabulum significari Plautinum (v. Praef. II, 2.): neque in Plauti Capt. III, 4, 64. *Atrabilis*, uno verbo, ferri potest: neque si ferri posset, etymologiae Latinae legibus conveniret.

p. 33, 6. Pauli exc. p. 27. v. beneficiarii. Hic *publice* pro *reipublicae* posuisse Lipsium de milit. Rom. l. l. annotare neglexi.

p. 53, 7. Pauli exc. p. 41. v. cracentes. Fruter. Verisim. II, 9. (in Gruteri Lamp. T. II. p. 849.) laudat Nestorem Novariensem, qui in Dictionario versum Ennii ita scribendum doceat:

Succincti gladiis media regione gracentes.

p. 67, 15. Pauli exc. p. 51. v. dici. Etiam hic scribendum esse *Quiritibus*, omissa part. *que*, statuit Niebuhr. H. R. T. I. p. 439. ann. 926. ed. sec. *Quiritibusque* ab eorum reprehensione, qui *Quiritium* scribi volebant, vindicavit Carrio Emend. III, 1.

p. 89, 2. Pauli exc. p. 67. v. fundus. Ne pro errore typographico habeatur, quod consulto positum est, moneo *hoc est*, cuius loco Lind. *id est* posuit, esse in ed. vet. Ald. vg., ac Lind., cum de ea lectionis varietate taceat, *id est* sine auctoritate posuisse videri.

p. 98, 1. Pauli exc. p. 73. v. grave aes. Post voc. *libras* interpungendum esse, monuit etiam Boeckhius in Metrolog. Quaestionibus, nunc in publicum editis, p. 447.

p. 101, 3. Pauli exc. p. 75. v. hippagines. Brodaeus, Emend. II, 25. (in Gruteri Lamp. T. II. p. 485.), ἱππαγωγοὺς pro eo, quod tum legebatur, ἵππους, reposuit.

p. 110, 3. Pauli exc. p. 81. v. impetum. Postea vidi, hunc articulum totum translatum esse e Festi schedis apud Laetum, Qu. X, 25, 25., alienumque plane esse a Pauli excerptis.

p. 121, 15. Pauli exc. p. 90. v. lacus Lucrinus. Re denuo pensitata, transeo in sententiam Brissonii, Carrionis, Lipsii, quoniam Lucrinus lacus propter piscium copiam quotannis poterat *fruendus* locari, *eruendus* nonnisi cum nimia coeni moles congesta esset. Ac maxime confirmant illam sententiam, quae Servius in Virg. G. II, 161. narrat, repetita a Mythographo Ang. Maii secundo c. 228. Class. Auct. T. III. p. 373.: *In Baiano sinu Campaniae contra Puteolanam civitatem lacus sunt duo, Avernus et Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna praestabant. Sed cum maris impetus plerumque irrumpens exinde pisces excluderet, et redemptores gravia damna paterentur, supplicaverunt senatui: et profectus C. Iulius Caesar* etc.

p. 125, 13. Pauli exc. p. 94. v. marculus. Rectissime monuit Meursius crit. Arnob. III, 9. Opp. T. VI. p. 139., non *Marco*, tanquam praenomen, sed *marco*, i. e. malleo, scribendum esse. Comprobat eam sententiam Isidor. Origg. XIX, 7, 2.: *Marcus malleus maior, et dictus marcus, quod maior sit ad caedendum et fortior. Marcellus, mediocris. Marculus malleus pusillus.*

p. 133. Festi schedae Qu. VIII, 13, 22. v. manticularum. Scal. ita iubet ut legatur: *Pacuvius*:

Ad manticulandum astu aggreditor. scite quid prome, erue.

item:

Educ, i, manticulator. ita me facti oppressit iugo.

item deinde:

Aggreditur astu regem. manticulandum est hic mihi.

et:

Machinam ordiris novam
Manticulatam astu, sanctiora adicis (i. e. adigis)
Iuraiuranda.

Planius hoc significare videtur:

quibus quotidie
Parvae noxae extergeantur.

Idem coniungenda statuit omnia a *Machinam* inde usque ad *extergeantur* in tres versus. Quae quanquam Scal. faceta interpretatione adiuvare studet, falsa esse pleraque, evincit Paulus comparatus, unde intelligitur, duos tresve diversos articulos in schedis Laeti esse confusos.

G. I. Vossius in castigationibus in fragmenta tragic. p. 116. secundum versum, H. Grotio praeeunte, corr.

Mendicus, manticulator: ita me fati oppressit iugum.

et inferius veram lectionem esse putat:

Machinam ordiris novam, manticulatam astu, ac adicis
Sanctiora iura iuranda.

Bothius, primum versum sanum arbitratus, sequentes ita corr.:

Modice manticulatur: ita modo fati oppressi (sumus) *iugo.*
Aggredibor astu regem. manticulandum est hic mihi.
. . . . . *Machinam ordiris novam*
Manticula astu; sancta ore adice iuraiuranda.

Quae omnia putat sumpta esse ex sermonibus Orestis et Pyladis in Duloreste: tanquam horum heroum mens tota fuerit defixa in manticulando. Id tamen Bothius, monitus a Wuestemanno, recte intellexit, extrema spectare ad explicandum Plautum Capt. III, 3, 6.

p. 145. Qu. VIII, 25, 17. v. Manius. M' Egerii nomen plenius redintegrari potest auctore Catone Origg. II. apud Priscianum IV. p. 629. (153 Krehl.) VII. p. 762. (332.), Krause histor. Rom. p. 106.: *Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. Hi populi communiter, Tusculanus, Aricinus* etc.

ib. Qu. VIII, 25, 24. v. moene. Versus: *Apud emporium in campo hostium pro moene*, nec numeri sunt heroici versus, nec color, ut mihi quidem videtur, Ennianus. Sed Saturnii sunt numeri plane genuini: *Apud émporium in cámpo || hóstiúm pro móene.* Theseos enim omissio legitima est in hoc versuum genere. V. Suppl. Ann. ad p. 246. Qu. XII, 15, 2. Itaque non dubito pro Ennio reponere Naevium. Emporium autem nescio an idem sit, quod Romani ad Padum muniverant. V. Liv. XXI, 57. *Moene* ablativus casus est, ut mare apud antiquiores.

ib. Qu. VIII, 25, 20. v. mussare. Ennii versus, cuius hanc particulam Paulus servavit: *in occulto mussabant*, literis aliquot auctior legitur Qu. XIV, 3. p. 107, 31. v. summussi. Hoc loco in cod. est: *ntus in occulto mussa* . . Utroque testimonio coniuncto rectius efficitur: *Intus in occulto mussabant*, quam: *Quintus in occ. mussabat.* In eo Ennii versu, qui sequitur apud Paulum: *Non decet mussare bonos*, Merula *hic* inculcat, ut versus numeri serventur. Sed hoc ipsum metri vitium indicare videtur, non alium fuisse hunc versum, quam eum, quem Philargyrius in Virgil. G. IV, 188. plenius apposuit: *Non possunt mussare boni* (Ann. XVII, 5. apud Merulam).

p. 149. Qu. VIII, 29, 2. v. manum et mentum. *Πολλὰ μεταξὺ πέλει κ. τ. λ.*, proverbium notissimum. V. Zenob. V, 71. Diogenian. VII, 46. Provv. Bodlei. 768. Sed solet id proverbium ad Ancaeum Lelegem referri (ita Aristoteles in Schol. Hom. Od. XXII, 9. Lycophr. Cass. 489.), cuius fabulam egregie interpretatus est Carolus Thirlwall in Philol. Museo T. I. p. 106. Verum de Calchante eadem, quae apud Festum legebantur, narrat Servius in Virg. Ecl. VI, 72.: ex Euphorione, an alio poeta, dubium est. Ac multae fuerunt narrationes ad eandem formam compositae

de augurum prudentia, quam alius auguris eluserit prudentia maior. Servio collato intelligitur, Festi narrationis periisse partem non exiguam: quapropter art. *Manum et mentum* maiori intervallo ab inferioribus seiunxi, quam Urs. fecit.

p. 153. Festi fragm. Qu. IX, 2, 20. v. mille. Hic lectionis vulgatae summa est discrepantia: est enim haec:

Mina singulariter d. . . . .
pluraliter dicimus cu . . . .
item M. Cato in s. . . . .
mina cog. . . . . .

Quae unde corrasa sint, eo difficilius intellectu est, quod vv. 22. 23. in vg. sub v. municas sic leguntur:

. . . . communicas dicit . . .
. . . . aut ut potius co . . .

Apparet, cum haec pagella ab A. Aug. e cod. exscriberetur, eam tanta iam fuisse labe affectam, ut etiam, quae Urs. inde expressit, non summa fide niti possint. Nunc Arndtsius testatur, in hac pagella (Qu. IX, 1. et 2.) legi posse paucissima. Addo, quae Scal. e vg. lectione confecit: *Mina singulariter dici pro eo, quod Minae pluraliter dicimus, Curiatius auctor est. item M. Cato in suasione . . . . . mina cogi nulla potuit.*

ib. Qu. IX, 2, 23. v. mancipatione. Urs. supplementa haec sunt:

Mancipatus, ita adoptantis, ut patris sui heres e-rat. adoptivus enim eius qui adoptet, tam heres est, quam-si ex eo natus esset. sui patris, quasi in potestate alie-na non esset, ita est legitimus et suus heres, ut p-atet etc.

Quae vix possunt intelligi.

ib. Qu. IX, 2, 29-33. v. multifacere. Haec ante Urs. paulo plenius lecta esse videntur. Nam vg. haec habet: *Multifa . . . . magnifacere, et par . . . . tiam de pudicitia.* Ultima corrupta esse apparet, superiora ex ipso codice ducta.

p. 154. Qu. IX, 4, 10. v. Mutini Titini. Urs. hic paulo aliter:

nunc habet aediculam ad miliarium ab urbe s-extum et vicensimum, dextra v-ia iuxta diver-ticulum viae, - ubi et colitur et - mulieres etc.

quae Scal. ei ostenderat. Vg. lectio in literis codicis non variat, nisi quod om. *ubi et.* Quod autem Scal. et Urs. finxerunt, Mutinum Titinum translatum esse in aliud sacellum extra Urbem, id aperte refragatur Paulo, qui mulieres togis praetextis velatas Romae in sacello ei deo sacrificasse scripsit. Itaque *sextum et vicensimum* cum ad Urbis regionis referri debeat, nescio quo trahi possit nisi ad Argeorum sacella. Eamque sententiam egregie comprobari puto eo, quod Mutini sacellum in Veliis erat, Veliae autem in quarta Urbis regione, atque in quarta regione ea Argeorum sacella, quae extrema obibantur. Omnino ea sacraria erant XXVII, teste Varrone de L. L. V. §. 45., quod cur corrigendum sit nullam video necessitatem; ex his existimo *Veliense sexticeps*, quod Varro appellat V. §. 54., fuisse quartum vel quintum et vicesimum (ut Palatina regio octo vel novem sacraria habuerit), ita ut in Pontificum libris vel continuo vel uno sacrario interiecto additum fuerit:

VELIENSE SEPTICEPS (vel OCTICEPS) APUD SACELLUM MUTINI TITINI DEXTRA VIA IUXTA DIVERTICULUM.

Quod dixi, *murum* e *mutum* fecisse Scal., non recte dixi: *murum* Scal. sumpsit e vg., et apud ipsum Urs. nescio an *mutum* sit mendum typothetae, cum in mg. non corrigatur.

ib. Qu. IX, 4, 27. v. maximae dign. De XV flaminibus docte A. Aug. sic: *Vide ordo sacerdotum* (Qu. X, 1, 19.), *et decem Flaminum nomina ponit Varro lib. IV* (V, 84.) *et VI* (VII, 45.) *de lingua Lat. Dialis Martialis Quirinalis Volcanalis* (cf. Macrob. Sat. I, 12.) *Volturnalis* (v. etiam Kalend. Capranic. ad VI. Kal. Sept.) *Palatualis Furinalis Floralis Falacer Pomonalis. Adde Carmentalem ex Cicerone in Bruto* (14, 56.), *Portumnalem ex Festo Persillum* (ita haec A. Aug. voluit coniungi, v. Qu. XI, 1, 14.), *Virbialem ex marmoreis monumentis. item Divi Iulii et Divi Augusti ex eisdem et eorum temporum historia.* At Virbialis flamen apud Gruter. p. 445, 3. et Murator. p. 166, 6. Aricinorum est, nec magis Romae tribui potest, quam Lanuvinus ille apud Ciceron. Mil. 10.: D. Iulii autem et Augusti flamen nescio, an in idem collegium recepti sint, quoniam flamines divorum Augustorum, numero eorum aucto, singulare collegium effecisse, monumentis ostenditur (v. Marini *Atti de' frat. Arv.* p. 386.). Itaque tres loci etiamnum vacui sunt, in quos neque flaminem Arvalem invexerim (Marini p. 67.), nec fluminalem ex Gloss. Isidor. v. finctus, qui recte in flaminem Dialem mutatus est.

p. 157. Qu. IX, 5, 31. v. manalis fons. Scal. nimia licentia grassatur, corrigens: *neque tamen specu inciliisve cietur: quia flumen id auspicatur, quod sua sponte in amnem influit.* Quibus sensus non adiuvatur, sed impeditur. Puteus, etiamsi perennis est, non spicitur, quia non sponte in amnem influit, sed arte aqua ex eo deducitur. Spicitur autem, cum auspicia in eo transeundo observantur. Cf. Qu. XII, 13, 32. v. peremne, et XII, 20, 12. v. Petronia.

p. 158. Qu. IX, 7, 1. v. mille. Urs. ita:

Mille urbium populu-s stetit pro regno.

et v. 4 - 6.

videatur originem dedisse, ac - causam Graecus sermo, χιλιάς et χιλιάδες. - eo autem non omnes uti.

ib. Qu. IX, 6 - 10. v. mutas. Discrepat etiam his Urs.

Mutas litteras et sem-ivocales solebant antiqui duplicare sc-ribendo, aut legendo, et ita ait Ennium scrip-sisse, in eo quem de . . . . a quo muta - duplicata sit primum.

At antiqui, ante Ennium, eas litteras non geminabant scribendo.

p. 161. Qu. IX, 9, 3. v. mortuae. Ante vocc. *Mortuae pecudis* excidisse *E*, probabiliter statuit Huschkius in dissert. de Varronis loco p. 95.

p. 162. Qu. IX, 11, 6. 7. v. navali corona. Urs. supplet:

Item alii, inter quos A. A-tilius bello, quod gestum est contra Nabin, ut scrip-tum est in carmine Saturnio etc.

Praeivit haec Scal., qui A. Atilium intelligit praetorem, cum classe missum in Graeciam ad tuendos socios, teste advocato Livio libro XXXV. At Livius XXXV, 20. victoriam navalem ab eo Atilio reportatam ignorat. Quapropter posui *M. Atilius*, et significatum putavi Regulum, victoriamque a Livio Epit. XVII. memoratam. Caeterum *carmine Saturnio* Urs. recte posuit, cum Scal. de Saliari cogitasset. Cf. Atil. Fortunat. p. 2679 P. Liv. VI, 29. XL, 52. XLI, 28. Festus Qu. XVI, 5, 24. v. trientem. Addo, v. 6. *bello* esse apud Urs., sed in vg. *bel*, nunc autem in cod. solas literas *be*.

p. 162. Qu. IX, 11, 15. v. nefrendes. Scal. et Urs. supplent: *in Odyssea veteri*, collato versu Od. *O*, 450.: at Saturnium eum versum, qui apponitur, non esse, apparet, sed iambicum. Itaque literae *ri* si in cod. extant (vg. enim legitur *ut*), nomini alicuius fabulae tribuendae sunt. Bothe P. Sc. L. V, I. posuit in inc. 14. p. 16.

ib. Qu. IX, 11, 17 - 19. Urs. supplet:

Pro nefrendibus autem, ut antiqui dicebant, rienes nunc dicit - usus recens. sunt qui nefrendes dici putent testiculos -

Sed apparet, duplicem distingui interpretationem voc. nefrendes, quod in libris sacris legebatur, alteram, qua arietes nondum frendentes ita dictos putabant, alteram, qua nefrundines, i. e. vel renes vel testiculos.

ib. Qu. IX, 11, 21. v. necerim. *Necerim* ab Urs. in cod. lectum esse, non certum est, nam etiam in vg. est tantum *erim*. Sed habet Paulus. Quod autem *necem* corrigendum putat Meursius crit. Arnob. III, 9., *nec enim* Lind.: non assentior, sed sanissimum puto *Nec erim, nec eum*. Subest enim radix pronominis cuiusdam ES vel IS, cuius in aliis Italiae linguis luculenta supersunt vestigia (EZ vel IZ in tabula Bantina); erim autem legitima forma antiquioris ESIM est. Apud Placidum p. 486.: *Nec cicerim nihil*, *Nec ciccum* correxerim, non *Necerim*.

ib. Qu. IX, 11, 22. 23. v. nemora. Urs. suppl.: *va-let enim idem, eius autem voca-buli*, intolerabili pleonasmo.

ib. Qu. IX, 12, 19. v. nec. Urs. quanquam in annot. *esit* tanquam cod. lectionem affert, in contexto rectius habet *escit*. In vg. est *necesit*, sed *necescit V. C.* in mg. adscripsit A. Aug. *nec escit* correxit etiam Turneb. Advers. X, 15. Cf. annot. ad Paulum p. 58. v. escit. Meliorem de hoc escit sententiam professus sum in Hugonis Horreo iur. civ. T. VI. p. 420 sqq., quam cur non mutaverim propter ea, quae vir doctissimus mihique amicissimus Huschkius opposuit in comm. ad legem XII tabb. de tigno iuncto p. 22 sq., paucis dicam. Ac primum, quod Huschkius putat, *esit* in XII tabb. dictum esse pro *est*, eo refelli videtur, quod in omnibus linguis indogermanicis verbum esse auxiliarem illam literam (*Binde-vocal*) respuit, ut *es-it* non magis dici potuerit, quam in nostra lingua *is-it*, in Graeca ἔς-ετι. Tum quod in his: *si adorat furto, quod nec manifestum erit*, praesens, non futurum requiri putat in membro relativo: non assentior; futurum enim, qui in Romanorum legibus sollennis modus est ad condicionem significandam, hic ob eam caussam in relativo membro ponitur, quod hoc proprie condicionalem sententiam continet. Est enim idem ac si dixisset: *Si furtum, quo adorat, nec manifestum erit*. Denique, ne de verborum ex XII tabb. a grammaticis prolatorum fide contendam, etiam Arvalium fratrum carmen, quod XII tabb. antiquius esse nemo facile negaverit, unum continet literae S inter vocales servatae exemplum (LASES), plura contraria (PLEORES, INCURRERE, FURERE), ut iam tum S illud in R abiisse manifestum sit.

ib. Qu. IX, 12, 22. v. nec unquem. Apparet, olim UM indefinite ita dictum esse, ut relativo cum et demonstrativo tum responderet. Ita *nec um quem* significat, nec ullo tempore quenquam. Obsoleverunt ex hoc genere particularum monosyllabae UM et US, manserunt disyllabae ubi, uti, unde.

ib. Qu. IX, 12, 26. v. nequinont. Saturnius versus iustus exit, si praefixeris Hi:

Hi pártim erránt, nequinont Graéciám redire.

At ne hoc quidem necessarium habeo, de qua re dictum in Suppl. Ann. ad Qu. XII, 15, 2. Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 621. et Osannus in Analect. p. 33. cum scripserint:

. . *partim errant, néquinunt Gráeciam redire:*

uterque V. D. videtur penultimam verbi *nequinunt* syllabam corripuisse, quod ne fiat, vetare puto *prodīnunt* Ennii, apud Festum Qu. XI, 29, 22.

ib. Qu. IX, 12, 33. v. nequiquam. In Pauli excerptis Lind. posuit *Nequiequam*, sine annotatione. Idem est in Ald.; *nequiquam* tamen in ed. vet. vg.; de codd. dubito. Mihi illud nequiquam, ductum ab instrumentali et modali adverbio *qui*, quod nunc plerique damnant, eodem esse iure videtur, quo nequidquam.

p. 163. Pauli exc. p. 106, 11. v. neceunt. *Neceunt, non eunt,* non *Nequeunt* scripsi Scal. praeeunte, contra auctoritatem bonorum codd., idemque intuli in Festum Qu. IX, 12, 11., quod mihi persuasi, non unam, sed duas fuisse in lingua Latina particulas negativas NEC, alteram simpliciter negantem nec vel neg, alteram compositam et disiungentem, neque vel nec. Neque enim in compositis nominibus, neg-otium, neg-legens, neg-ritu (v. Festus Qu. IX, 13, 30.), neque in dictionibus eiusdem generis, velut nec opinans, nec recte, nec manifestum furtum, nec escit in XII tabulis, quae in antiquioribus linguae Latinae monimentis creberrimae erant, ulla copulativae particulae vis sentiri potest, aut pro nec usquam videtur neque dici potuisse. Perpauca certe reperiuntur exempla huic normae contraria ad eamque corrigenda, ut in Caton. de R. R. c. 141.: *Mars pater, si quid tibi neque satisfactum est.* Etiam necne in altero interrogationis membro, vix crediderim, a neque-ne ductum esse.

p. 165. Festi fragm. Qu. IX, 13, 11. v. nequam. *Quodvis* dixi in unum verbum esse coniungendum, ut sit pro quodcunque, sicut quisque ab antiquioribus et inferioris aetatis scriptoribus ponitur pro quicunque. Sic Luciliani versus ambigua sententia facile intelligetur. *Nequam est, aurum auris quoius vehementius ambit* scribendum putat Scal., quo arguta illa ambiguitas tollitur.

ib. Qu. IX, 13, 30. v. negumate. Corruptum *moventium* Scal. mutare volebat in *induitium*, i. e. initium. Facilius *molimentum* reponi, observat G. Hermann. Elem. Doctr. metr. p. 614. *Quantumvis molimentum* tentat Lind., ut Saturnius versus conficiatur. Abstineo a novis coniecturis. Scal. etiam *negumate* in *neginate* vel *negunate* mutandum existimavit.

ib. Qu. IX, 14, 14. v. nepos. Apollonii locus est Argon. IV, 1745. Cf. Theocrit. XVII, 25. Callimach. in Schol. Pind. Isthm. II, 9. Alexandrinos poetas id vocabulum a Siculis sumpsisse videri, monui Etrusc. rer. introd. 1, 2. T. I. p. 13.

ib. Qu. IX, 14, 17. v. nefasti. Urs. suppl.: *Nep.-nota designari solent qui nefasti p-riores sunt,* auctore Scal., qui *NEP. nefasti parte priore sunt* rescribi volebat. At Urs. sibi non constat, cum proximum versum supplet: *q-uorum pars anterior fas.* Mihi in re incerta, quae disertis testimoniis confici non potest, probabilius videbatur, librarium literas *poste-riores*, quam *p-riores* in duos versus diremisse, quoniam hoc in hac libri parte rarissime fit. Miror, quod Io. Casp. Orellius, vir egregius, Inscript. Lat. V. II. p. 408. consulto Festo in v. nefastus, legitimam formulam hanc fuisse arbitratur: NEFASTUS PRIOR, "*nisi*", ut ait, "*ibi quoque interpolatio subest.*" Nam Urs. supplementa facile a cod. literis distingui poterant.

p. 166. Qu. IX, 15, 20-30. v. Nautiorum. Scal. quanquam fatetur, se ignorare, quo haec pertineant, ea tamen ferme ad hunc modum esse dicit: *Cum arcessiti, conductique ab illis essent ad Messanam oppugnandam, et a Senatu missus L. Caecilius ab illis interfectus esset: missi porro sunt expostulatum de foedere violato . . . . . us, P. Veturius. qui cum ob refectionem corporis, oppidum insedissent, Brutii eo quod illis pax cum Romanis erat, bello destiterunt.* Vg. enim e cod. v. 20. non *a B*, sed *ab* expressum erat, (etiam v. 27. *Bruti*, v. 29. *aut* pro *fecit.*) Urs. haec paucis mutatis et additis sic in ordinem redegit:

Alii quod duce Naute acciti - conductique a Brutiis milites fuerint ad Mess-anam oppugnandam, contra quos a Senatu sit-missus L. Caecilius Metellus; qui eum ab illis inter-fectus esset, missi ad eos fuerunt expostulat-um de foedere violato legati . . . . . us, P. Veturius, qui cum aliquantisper, ob-refectionem corporis in oppido quodam i-nsedissent, Brutii, quibus foedus tunc cum - Romanis erat, bello statim eo destiter-unt. inde a principe Naute, familia Nautia - appellata est.

Quae omnia historica fide plane destituta sunt.

ib. Qu. IX, 16, 21-23. v. narita. Plauti versus Scal. sic legendos statuit:

Muriatica autem video in vasis stagneis:
Bonam naritam et camarum et tagenia:
Equinos fartos, conchas piscinarias.

Equinos ἀρχαικῶς (nescio quo archaismo) dictum putavit pro *Echinos,* ut olim posuerat Scal. iuvenis in Coniect. in Varron. 74, 10 (p. 126.). Ac recte idem improbat, quae Turneb. Adv. IV, 6. tentaverat:

Naricam bonam et sequanicam et comacinas,

in quibus Naricam anapaestum efficit, cum Graecum ναρίκης trium longarum syllabarum fuerit. Scaligerum plerique secuti sunt. V. Bothe Plauti fragm. inc. 21. p. 445. Quae mutavi: *cornutam et trygona (trugona) squillasque*, in his cod. ductus pressius secutus sum. Cornutam quidem in piscibus conchyliisve cognitam non habeo, sed etiam Scal. piscium genus tagenia ipse commentus est. Naritam siquis meliore versus loco posuerit, gaudebo.

p. 169. Qu. IX, 18, 1-18. v. Navia. Haec quomodo supplenda essent, in plerisque Scal. monstravit, qui quasdam literas e cod. aliter traditas accepit, maxime v. 9. *siu* pro *sum* (ex quo fecit *ius-sisse*) et v. 18. *ideo quod*, quae ita continuata esse putabat: *ideo quod in ea fatum populi Romani esset,* si spatium admitteret. Longius autem ab eo recessi in explendis vv. 10-17., quos Scal. sic refingit: *Deinde cum post tot annos aliae in loco complures ficus essent, et evulsae de loco sacro removerentur, omnes, quae inibi erant ficus, praeter eam, eiectas fuisse admonitu ac iussu aruspicum, et divinis responsis, quandiu ea viveret, libertatem populi mansuram.* Quae Urs. paucis, ad spatia explenda,

auxit. Haec mihi ob eam caussam non satisfaciunt, quod ita nihil accidit, quod ficus illius religionem augere et confirmare potuerit.

p. 170. Qu. IX, 19, 18-31. Haec ita supplet Urs.:

Numere et numero dicitur. sed numere su-nt, videtur esse praesentis temporis, et prorsus alie-num numero fuerunt, quod de praeterito usurpatur, sive-eo ordine usurparunt antiqui quadam consu-etudine loquendi, qua solebant proferre verba - eiusmodi: sive certa fine extremarum vocal-ium, quemadmodum videtur in suis scriptis - usus Pompeius Sextius, apud quem reperitur extre-ma syllaba vocativi casus producta, et eiusdem - casus eadem correpta, terminataque in - e, temporis praesentis. Numero autem dixisse - antiquos, nimiumque significare, ait - Sinnius Capito; esse enim ita locutum . . . . .

Quae, ut solet, a Scal. sumpsit et aliquot verbis auxit Urs., sed neuter demonstravit, praeter adverbium numero fuisse alterum numere, ne de eo dicam, quod Scal. finxit, numere de praesenti, numero de praeterito tempore dictum esse. V. 27. ante *casus* vg. *u* positum est, quod Urs. non agnovit.

Ut autem ad ea veniam, quae in interpretatione v. numero certa via restitui possunt: multa ei lux affundi potest comparato articulo topper, de quo dictum est in Suppl. Ann. ad p. 352. Qu. XV, 28, 4. Nam qui hic dicitur Artonius Panurgus: illic Antorius, uterque eandem plane sequitur in interpretandis rarioribus poetarum vocibus methodum, ut vix dubitem, quin idem intelligatur grammaticus, sicut utroque loco ei opponitur Sinnius Capito. Solebat autem hic scriptor singulis versibus praeponere significatum rarioris vocabuli, in quo interpretando versabatur. Itaque nunc video, ea quae Qu. IX, 20, 5-16. leguntur, sic esse constituenda:

At Panurgus Antonius (Artorius?) haec ait:

Numero, nimium, nimis cito, celeriter nimium.

nimium: ut Plautus in Casina: "Ere mi? Quid vis, mea ancilla? Nimium saevis. Numero dicis."

nimium cito: Attius in Oenomao: "Ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem, tuam petii gnatam: numero te expugnat timor."

Afranius in Suspecta: "Per falsum, et abs te creditum numero nimis."

nimis celeriter: Caecilius in Aethrione: "Hei perii. Quid ita? Numero venit. Fuge domum."

Afranius in Simulante: Hei misera! Numero ac nequicquam egi gratias."

In quibus nihil addidi, nisi ter *nimis* vel *nimium*, ubi propter eiusdem voc. repetitionem exciderat. Atque intelligo nunc, Antonium sive Artorium absolvendum esse eius culpae, cuius eum in annotatione insimulavi. Caeterum in ipsam voc. numero notionem, quam Rostius Opusc. Plaut. p. 187. eo redigere studet, ut semper significet i. q. apte, convenienter, nunc non inquiram.

ib. Qu. IX, 20, 2. v. numero. Nelei carmen, quod hic significatur, Scal. in annot. ad Paulum v. axamenta de moribus scriptum et in eorum numero fuisse putavit, quae pueri Romani religiose ediscebant. Mirus error, sed propagatus tamen etiam a Gothofredo. Bothius, qui unum ex hoc carmine versum Naevianis fragmentis P. Sc. L. V, II. p. 25. inseruit, inauditum inter scriptores *Nelei* nomen in *Naevii* mutandum esse suspicatur. Sed supersunt eiusdem carminis quattuor versus, is qui hic ponitur:

Nunquam numero matris faciemus volup;

alter apud Festum Qu. XIV, 21, 22. v. stuprum:

Foede stupreque castigor cottidie;

tertius apud eundem Qu. XV, 28, 6. v. topper.:

Topper fortunae commutantur hominibus;

quartus apud Charisium p. 65 P., qui e Nelei carmine, eoque prisco, ut ait, haec affert:

Saucia puer filia sumam (fort. *Salmonei*),

ubi tamen, eodem teste, Varro *puera* putabat dictum, sed Aelius Stilo et Asinius contra. Commemoratur idem carmen a Festo Qu. XIV, 19, 27. v. strigores. Haec fragmenta composuit etiam Hermannus Elem. doctr. metr. III, 9. p. 639., sed argumentum carminis definire ausus non est. Id tamen non obscurum est. Nam illa: *Nunquam numero matri faciemus volup*, dixit Neleus de se ac fratre suo Pelia, cum in eo essent, ut Tyro matrem suam a Sideronis iniuriis vindicarent, ac Pelias Sideronem ad ipsam Iunonis aram interfecturus esset. Haec autem: *Foede stupreque castigor cotidie*, ipsa Tyro dicit a Siderone noverca foede mulcata. *Τυρὼ πελίδνη τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ*, Pollux IV, 141. Denique: *topper fortunae* etc. dicere poterat, quicunque novercae privignaeque fatorum vicissitudines observaverat. Multo difficilior ea quaestio est, quale illud fuerit carmen, quod partim e iambicis senariis compositum fuisse apparet (cuius generis omnes sunt versus a Festo appositi, quorum primus una syllaba truncatus est), partim e lyricis numeris, si ex obscuro fragmento a Charisio servato coniecturam capere licet. Mihi quidem videtur poeta quidam antiquior e Sophoclis Tyrone (de qua nuperrime dixit Welckerus de tragoed. Graec. I. p. 312.) eam partem, quae ad affectus movendos efficacissima videretur, sumpsisse, et brevius inde carmen condidisse.

p. 173. Qu. IX, 22, 2-5. v. nundinalis. Urs. supplet:

cocum, qui novendial-is alias appellatur, manifesto significat, quem - dixit nundinalem, quod in nonum diem coqueret.

ib. Qu. IX, 22, 9. 10. v. nummum. Urs. supplet:

et tantundem apud nos, et apud illos valere, quia - pleraque nomina a Graecis accepimus, quorum hoc proprium est.

ib. Qu. IX, 22, 30 - 32. v. nonuncium. Urs. supplet:

Nonuncium - quod vulgo Magistri ludi appellant, signif-icat novem uncias; at teruncium, quod singula sex-uncia dimidium unciarum trium sit.

de quibus explicandis despero.

p. 174. IX, 23, 13. v. nova via. Urs. supplementa haec sunt:

Navibus regnante - Ser. Tullio quod in Aventinum montem paludibus disclusum a-scenderetur, ab advectu sic dictum aiunt; vel quod Aven-tinus in Aventino rex Albanus sit sepultus.

Quae cum propter multas caussas admitti non possunt, tum hacpropter, quod in hac Festi parte literae No regnant. Scal. in annot. ad v. noverca inter novercam et novalem agrum de Novendialibus feriis dictum esse opinabatur, et in ipso *veterannia*, v. 12., nominis *lectisternia* vestigia sibi agnoscere videbatur. Sed quid Aventinus ad Novendiales ferias? Quod finxi, Novam viam structam esse Servio Tullio regnante, cum Velabri palus magnis operibus exsiccata esset, id nemini improbabile videbitur, praesertim collato Varrone de L. L. V, 43. VI, 59. De Aventini regis sepulcro v. Paulus p. 16. v. Aventinus.

ib. Qu. IX, 23, 16. v. novalem. Urs. supplevit:

Novalem a-grum Aelius Gallus, et Opilius item Aurelius eum - aiunt esse, quem Graeci νεὸν dicunt. ad quod Ho-mero quoque

ib. Qu. IX, 23, 22 - 32. v. novem. In hoc memorabili Romanae historiae documento restituendo secutus sum A. Aug. Scal. Urs., ita tamen ut etiam ab his in quibusdam recesserim. Urs. enim haec posuit:

. . Nauti consulatu, et - T. Sicini, Volsci populi, cum atrox proelium - inissent adversus Romanos; Trib. Mil. in Cir-co combusti feruntur et sepulti in crepidi-ne, quae est proxime Circum, qui locus postea fuit la-pide albo constratus, qui pro rep. in eo proelio occubuere, - Opiter etc.

nam in sequentibus non discessi ab Urs., nisi quod hic v. 28. *M.* om., v. 29. *Ma-llius* supplet. In his *Nautii consulatu*, quem solus invexit Urs., his peccatur, quod et Sp. Nautius non cum T. Sicinio, sed proximo ante eum anno consul fuit, et quod primae articuli literae debebant esse No, non Na.

Quod autem A. Aug. statuit, de claris hic dici hominibus, qui primis post reges exactos temporibus in Urbe sepulti essent, id plane certum habeo. Nondum enim, cum illi diem obirent, id ne fieret, XII tabb. prohibitum erat. V. Cicero de legg. II, 23. et cf. Plutarch. Quaest. Rom. 79. Nec minus certum, intelligi T. Sicinium cos. a. u. c. 266., cuius bellum cum Volscis memorant Liv. II, 40. et maxime Dion. Hal. Ant. Rom. VIII, 67., qui id atrox fuisse testatur. Hoc significari vidit Scal., in eo falsus, quod Volscos in Circo combustos esse putat. Nam quae secuntur clarissimorum virorum nomina, non possunt non eos significare, qui tanto honore affecti sunt. In his Opiter Verginius Tricostus cos. fuit a. 251., Postumus Cominius Auruncus cos. a. 252., P. Veturius Geminus cos. a. 254., A. Sempronius Atratinus cos. a. 256. et 262. Verginius Tricostus, qui sine praenomine appellatur, est T. Verg. Tric. Caeliomentanus cos. a. 257., nam A. Verginius Tricostus a. 266. superstes et a. 284. iterum cos. erat. Sex. Fusius Medullinus, cognomine Fusus, cos. erat a. 265. Iam observa, quod observatu est dignissimum, hos viros consulares omnes secundum ordinem annorum, quibus consulatu functi sunt, collocatos esse. His enim deinceps annis eos assignavimus: a. 251. x. 252. x. 254. 256 (262). 257. x. 265. In quo conspectu eos, quorum consulatum nondum definivimus, signo x. significatos habes. Difficilior quaestio est de Valerio Laevino, cum neque Laevinorum his temporibus ulla mentio fiat, neque in fastis inter Opitrem Verginium et Postumum Cominium ullum nomen reperiatur, quam Sp. Cassii Viscellini, Op. Verginii collegae a. 251., iterum cos. 260., tertium 267., quem apparet ab hoc recensu esse alienum. Cogitavi de M. Valerio Voluso cos. a. 248., dictatore a. 259., sed hoc recepto turbaretur series annorum. Ac video nunc, insigni hoc, quod nunc instauramus, monimento egregie confirmari narrationem a Livio II, 18. repudiatam: M' Valerium, M. filium, Volesi nepotem, non T. Larcium, a. 252. dictatorem creatum esse, quanquam consularis non esset. Quam enim Livius opponit legem, ut e consularibus dictator legeretur, ea postea lata esse videtur. Quodsi ad hunc M' Valerium Laevini cognomen referre licet, omnis iam difficultas sublata est. Mallii Tolerini, quod Urs. posuit, nomen in fastis incognitum est; sed a. 253. cos. fuisse traditur M' Tullius Longus, quem puto agnomine dictum esse Tolerinum, a Toleria Latii oppido. Ita etiam haec duo nomina in annorum seriem quadrant. Unum superest nomen, omnium et difficillimum explicatu, et maxime memorabile, *Mutius Scaevola*. Mutiorum enim nomen a fastis illius saeculi alienum est, neque eos magistratu, nisi plebeio, fungi potuisse apparet. Ac memoratur Tr. pl. P. Mucius Scaevola, quem Valer. Max. VI, 3, 2. narrat, omnes collegas suos novem tribunos, cum duce Sp. Cassio, i. e. anno 267., libertatem P. R. tollere conati essent, vivos cremasse: quae narratio, multum tamen mutata, nuper etiam ex Dionis excerptis innotuit, A. Maii Script. Vet. Nova coll. T. II. p. 152. Hanc autem narrationem specie a Verriana differre, re ad eandem redire, manifestum est, nam his eodem tempore novem viros combustos esse, quis credet? Hinc credibile fit, fama inter Romanos propagatum esse, certo quodam ad Circum loco novem olim tribunos

esse crematos et sepultos: hos alii tribunos plebis fuisse existimabant, contra omnem historiarum fidem, alii tribunos militum, quos constat tum summo fuisse honore, ex primis civitatis viris legi solitos. Itaque hi nomina eorum ex consularibus illorum annorum docte colligebant, addito tamen Mutii Scaevolae nomine, quod id vulgi fama in ea re traditum acceperant.

Iam rationes exposui, quibus permotus initium articuli sic refinxi: *Novem trib. mil. in exercitu - T. Sicini.* Sed longe alia est mens Niebuhrii, qui in H. R. T. II. p. 144. ann. 265. ea, quae defecerunt, ita resarcire conatur:

Novem adversarii - T. Sicini Volsci cos., cum coniurationem - inissent adversus eum, a pop. R. vivi in Cir-co conbusti feruntur, et sepulti in ea regio-ne quae est proxime Circum, ubi locus est la-pide albo constratus. Eorum nomina fuerunt, - Opiter etc.

In quibus nominibus restituendis Niebuhrius nihil variat, nisi quod v. 32. pro cognomine *Medullinus* posuit *Fusus*, et v. 29. *Aqui-llius* ut suppleretur suasit. Nimirum non vidit vir eximius, consulares omnes ex ordine annorum dispositos esse; quod si vidisset, Aquillium non poterat in hunc ordinem recipere; nam C. Aquilius Tuscus, qui unus in fastis horum annorum reperitur, a. 266. cum T. Sicinio cos. fuit. Unde autem omnis Niebuhrii sententia pendet, quod statuit *Volsci* esse cognomen T. Sicinii, non populi nomen, id minime adducor ut credam. T. enim Sicinius nusquam Volscus cognominatur, sed Sabinus in fastis Siculis quos vocant: Volscos autem cum T. Sicinio cos. acriter pugnasse, certa tradidit temporum memoria.

ib. Qu. IX, 23, 32. v. noxia. Menardus in Cicer. pro Roscio Am. 22. T. III. p. 343. ed. Neapol. ita rescribi vult: *Noxa ponitur pro peccato aut pro poena peccati, cum lex iubet noxae dedere pro peccato, item noxia apud antiquos damnum significat, sed apud poetas ponitur pro culpa*: sed tantis mutationibus neque opus est, neque ita grassari licet.

ib. Qu. IX, 24, 1, 5. 6. Meinekius Menandri fragm. p. 172. versum ex Caecilii Hypobolimaeo Chaerestrato in hanc formam redigit:

Nam ista quidem noxa mulieris magis quam viri est.

Grauerto in Anal. p. 75. placet:

Nam istaec quidem noxa mulieri 'st magis quam viri.

Vereor, ne hi Vv. Dd. nimio concinnitatis studio reprobaverint, quod ipse COD. magis commendat, *muliebri 'st.*

ib. Qu. IX, 24, 12. v. Novae curiae. *Forensis* ut scriberetur, SCAL. postulavit propter Ovid. F. III, 93. Sed eo loco nunc *Curensis* scribitur, et quod SCAL. ponit, curiarum nomina a finitimis populis petita esse, id minime demonstravit. Curiarum quaedam nomina extant praeter hunc locum apud Livium IX, 38. et Paulum p. 38. et 156. vv. Curia et Tifata, et p. 156. v. Titia.

p. 177. Qu. IX, 25, 20. v. nictit. Ennii versus ita refingit Turneb. Adv. X, 15.:

Veluti quando vinclis venatica velox
Apta silet canis, forte feram si ex nare sagaci
Sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acute.

Gifanius in ind. Lucret. v. nictari p. 365. ed. Antv.:

Veluti si quando vinclis venatica venox
Apta solet: si forte feram ex nare sagaci
Sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acute.

SCAL. in Coniect. in Varr. de L. L. 81, 30. (p. 155.):

Animusque in pectore latrat.
Sicuti si quando vinclo venatica aëno
Apta solet cani' forte feram si ex nare sagaci
Sensit, voce sua nictatque, ululatque ibi acute.

primis verbis aliunde additis.

Ulitius in Gratii Cyneg. 231. in Burmanni P. L. M. p. 167.:

Sic veluti quamvis vinclis venatica pernox
Apta silet, lustrum si forte ex nare sagaci
Sensit, voce suem nictit, ululatque ibi acute,

quae assumpsit Merula in Ennii Ann. X, 14.

ib. Qu. IX, 25, 31. v. ningulus. Festo et Paulo exacte inter se comparatis, apparet, Ennii haec tantum esse verba:

Qui ferro minitere, atque in te ningulus . . .

Sequi poterant haec:

hostis
Quando instat, petulans exultes.

Librarius autem, oculo aberrans a *ningulus* ad idem voc. in proximo versu iteratum, et Ennii versum truncavit, et Marcii verba non plena, sed ultima tantum apposuit: *ningulus mederi queat.* Hanc lacunam iam observavit A. AUG., imperite ob eam caussam castigatus a DAC., iure laudatus ab A. E. Eggero p. 293. URS. ad *in te* in mg. apposuit *ni te*, in annot. correxit *ut te*: neutrum recte.

ib. Qu. IX, 26, 27. v. novendiales feriae. Intelligi eas, quae a Tullo Hostilio, cum in Albano monte lapidibus pluisset et vox esset audita, ut Albani patrio ritu sacra facerent, institutae esse feruntur (Liv. I, 31.), et saepissime in annalibus P. R. celebratae indicantur, intellexit A. AUG. Supplementa sunt URS., quae in paucis mutavi; nam quae hic posuit v. 28. 29.:

ex mon-itu procurandis prodigi-
is nono die in feri-is Latinis;

et v. 32.:

nam ab his - illa sunt tunc revocata,

ea ferri non poterant.

p. 178. Qu. IX, 27, 6. v. Nonarum dies. Dies postridie Kal. Non. Id. atros esse et cur sint, docet Verrius ap. Gell. N. A. V, 17. Cf. idem in Kalend. Praenestino ad postr. Kal. et Non. Ianuar. et Ovid. F. I, 57. Sed hi nihil de nuptiis. Nostrum, apparet, ipsas Kalendas, Nonas, Idus ut nuptiis infaustas notasse, quod sic proximus dies novae nuptae ater illucesceret. Similia etiam Macrob. Sat. I, 15, ex. Hinc iudicium ferendum de Urs. supplementis, quae illi indicaverat Scal.:

Nonarum postridie, Id-uum Kalendarum dies alieni habentur. Item no-vae nuptae a. d. IIII Kalen. Nonas, Idus diem at-rum inlucescere, quoniam decreto Pontificum atri hi di-es esse iudicati sunt, quod quotiescunque Romani du-ces belli gerendi gratia his diebus supplicavere, - male remp. gessere.

Quae et Paulo collato (quanquam etiam hic, qua solet negligentia, Festi sententiam pervertit) et ipsa rerum incongruentia condemnantur.

ib. Qu. IX, 27, 21. v. oculissimum. In Plauti libris, Curcul. 1, 1, 15., legitur *ocelusissimum*, idque Lind. metro requiri dicit: at sensu certe magis commendatur *oculissimum*. Quapropter in Plauto scripserim:

ostium' st oculissimum.

ib. Qu. IX, 27, 24. Propter Festi auctoritatem sanequam magnam Plauti in Pseudolo v. I, 3, 24. ita scribendus est:

Emito diè coeca hercle olivom, id vendito oculata die.

ib. Qu. IX, 28, 14. v. occasus. Ennii versus nulla eget medicina, nam *datus est* iambum efficit:

hic occasus datu' st: at Horatius inclutu' saltu.

Scal. frustra:

Ut datus est occasus, Hor.

Dac. *inclutu' saltu* mutavit in *inclytus astu*, non male, sed etiam *saltu* ex fabula de tergeminorum certamine explicari potest.

ib. Qu. IX, 28, 22. v. occisum. In lege Numae *fulmen Iovis* restitui cum Scal. *fulminis*, quod antiquum nominativum esse volunt, coni. Urs., Gifanius in ind. Lucret. v. sanguinis, et Lipsius Quaest. Ep. I, 11. T. I. p. 148. Ne *tollito* (quod in *tollitor* mutavimus) obiecto careret, Scal. aliique addiderunt *em* vel *im*. Plura de ea re Dirksen. Versuche zur Krit. u. Ausl. p. 325. Verba quae secuntur: *et alibi*, Gifanius l. l. mutat in *id est*, non temere, sed audacius tamen. Certe haec: *homo si fulmine* etc. non in Numae legibus scripta erant, sed in recentiori quodam opere. De ipsa re cf. Plin. N. H. II, 55. Guther. de iure man. I, 2. (in Thes. Antiqq. Rom. T. XII. p. 1090.).

p. 181. Qu. IX, 30, 8. Urs. supplevit:

Occupaticius - ager dicebatur ab antiquis, qui desitus a cultoribus fre-quentari propriis, ab aliis est occupari coeptus. - quod in agro Campano factum est. Nam cum Hanni-bal Capuanos, qui de Punica rep. bene meri-ti fuerant, remunerare vellet, atque eorum agr-os, qui essent occupati, devastatique, tanquam ex ho-ste receptos, restituere, nominandos pub-lice edixit. sed cum querelam audiret commu-nem eorum, quorum ager occupatus est a privatis, - iussit dari agros, non quos illi accepissent, - sed occupaticios.

Quae summa licentia inventa sunt.

ib. Qu. IX, 30, 22. v. Orchestra. Supplementa Urs., quae mutavi, haec sunt:

Orchestra, locus in scaena, quo antea, qui nunc pla-nipedes appellantur, non admittebantur - histriones, nisi tantum interim: dum fabulae ex-plicarentur, quae sine ipsis explicari non potera-nt. Ricinia autem portabant, quo aequiore - habitu prodirent, atque ut inde nomen ducerent.

Quae omnia Urs. sumpsit a Scal.

God. Hermannus, in Ephemerid. lit. Lips. a. 1833. p. 2203. et in Opuscc. T. V. p. 256., eadem sic fere refingenda esse putavit:

Orchestra locus in theatro, in quo antea, qui nunc pla-nipedes, agebant. non admittebantur - autem nisi tantum interim, dum fabulae ex-plicarentur in actus, in quos aliter explicari non poterant.

Mihi manifestum esse videtur, distingui planipedes a ceteris histrionibus. Illi, ut Diomedes ait, non in suggestu scenae, sed in plano Orchestrae positis instrumentis mimicis actitabant: hi in proscenio sive pulpito agebant, nisi quod, cum prologus dicebatur, in orchestra esse solebant. Affuisse enim histrionum gregem prologo, Plautus non raro significat; nec tamen in pulpito esse poterat, cum nihil eis esset agendum. Cf. etiam Festus Qu. XIV, 31, 30. V. 27.: *aequiore* (quod est magis civili) Dac. mutavit in *nequiori*, Osann. Anal. p. 77. in *nobiliori*, quod ricinium splendidum fuerit vestimentum. Sed ricinia male invexit Ursinus.

p. 182. Qu. IX, 31, 21. v. Orbius clivus. Discessi ab Urs. potissimum in refingendis vv. 26 - 28. Urs. ita:

coeptus est autem is clivus appellari Orbiu-s, quod pronus cum esset, per orbes in exquiliarum colle-m ducere, unde Orbius ab ipsis orbibus sic - appellatus est.

Idem *ducere* in *duceret* mutat. Sed Urs. supplementa neque in spatia lacunarum satis quadrant, neque aptam habent elocutionem.

p. 184. Qu. X, 1, 2. v. ordinarius. Ostendit h. l. Festus, certum fuisse ordinem eorum, qui praetorem adirent. Eundem ordinem tangit Servius in Virg. Aen. II, 102.: *in ordine dicebantur causae, propter multitudinem vel tumultum festinantium, quum erat annus litium.* Hic annus est, quem intelligit Iuvenal. XVI, 42.:

Expectandus erit, qui lites inchoet, annus
Totius populi.

De hoc litium anno velim, ut post Pithoeum Advers. c. 20. explicatius dicat I. Ribbentrop. meus, qui iamdudum diligenter de ea re meditatus est.

ib. Qu. X, 1, 14. v. ornatus. Tragicus et comicus ornatus et ornamenta quid potissimum sint, explicui inferius in annot. ad Qu. XIV, 2, 12.

p. 198. Qu. X, 16, 8. v. optima lex. Quae Urs. in annot. scribit: "*Magister populi*, pro *a populo*, item *magistrorum* pro *magistratuum*, ut est in schedis, legendum putamus", innuere videntur, in schedis non *magistrorum*, quod in contexto posuit, sed *magistratuum* scriptum fuisse vitiose.

p. 209. Qu. X, 25, 25. v. impetum. Quod hanc interpretationem A. E. Egger meram glossam epitomatoris Pauli putat, perperam in Festi schedas illatam: contrarium si posuisset V. D., verum invenisset. Nam in Paulum eam glossam ab interpolatoribus esse illatam, boni eius epitomae libri dubitare non sinunt.

p. 217. Qu. XI, 1, 30. v. perpetrat. God. Hermannus nuper in dissert. de Aeschyli tragoediis fata Aiacis et Teucri complexis p. 19. correxit, partim cum Scal., partim cum Vossio:

neque perpetrare precibus, imperio quiit.

At quod in cod. est *inpetria* (quod etiam A. Aug. testatur), non verisimile, corruptum esse ex *imperio*.

ib. Qu. XI, 2, 7-6. v. puteum. Urs. haec ita constituit:

Puteum - antiqui dixerunt unde sumi potest: inde - Puticulos, antiquissimum genus sepulturae appellatos, - quod ibi in puteis sepelirentur homines: qualis fuerit - locus, quo nunc cadavera proiici solent extra p-ortam Exquilinam; quae quod ibi putescerent inde p-otius appellatos existimat puticulos Aeli-us Gallus: qui ait antiqui moris fuisse, ut patres familias - in locum publicum extra opidum mancipia vilia proicer-ent, atque ita proiecta, quod ibi ea putesc-erent, nomen esse factum Puticulis.

p. 218. Qu. XI, 3, 22. v. praecidanea. *cidarium* Urs. *arvg. arium* cod. habet, nec plures literas Ursini tempore ibi fuisse arbitror.

ib. Qu. XI, 3, 9. Praestat loci initium sic resarcire: *Pullum - alatum - Pegasum dixit.* Cf. Praef. II, 2.

ib. Qu. XI, 3, 15-20. v. prospera. Longe differunt Urs. supplementa:

Prospera quaedam nomina usurpabant antiqui in- e declinata ut praefiscine, extrema produ-cta syllaba, videlicet ut occurrerent fascino, - ut ait L. Cincius; quod etiam fieri consuevit in fa-miliae purgandae sacro. Porca prae-cidanea etc.

Sed Scal., quem secutus est, non prospera nomina declinata fuisse volebat in e, sed praefiscine, quod etiam praefiscini dicebatur. At quid hoc facit ad prospera nomina? De reliquis dixi in annotatione.

ib. Qu. XI, 3, 23. Urs. supplementa haec sunt:

Placenta libi quoddam genus vo-catur ex tribus pultibus factum: alii dicunt genus pult-is cum tribus libamentis.

Quae cur improbaverim, dixi in annotatione.

ib. Qu. XI, 3, 28-33. v. porriciam. Urs. supplevit:

porricitur autem foculo, ar-isque, quod consecrandum est deo dicandumque - contra id consumitur in sacro, quod est profanatum, - ut Verrius eodem libro de significatione verbo-rum. sint dicta libere, si qua contra dixero; nam - arbitratur ob eam causam porrici exta aris et fo-culo, quia profanata ea

In quibus non video, quid Festus a Verrio discrepet. Sed cum ex iis, quae Qu. XI, 4, 1. leguntur, appareat, Verrium mirifica interpretatione (quae tamen etiam Varronis est, de L. L. VI. §. 54.) profanata ea dixisse, quae deo dicata vel fani facta sint: sequi videtur, Festum id voc. inde duxisse, quod ea a vulgo profano consumerentur.

p. 220. Pauli exc. p. 119. v. Pallas. Cum his conferas quaeso, quae Interpretes Maii in Virg. Aen. II, 171. ex Santra potissimum, quem Verrius saepe secutus est, afferunt: *Tritonia . . . . alii in Libya esse confirmant. Quidam etiam paludem interpraetantur, ut Santra Antiquitatum libris . . . . θρεῖν sit φοβεῖσθαι, et Minerva hominibus in proeliis metum iniiciat.* In his puto nondum monitum esse pro *paludem* rescribendum esse *Paludam*, quo nomine Ennius in Annalibus Minervam appellaverat. Id Varro quidem interpretatus est *paludatam*, sed Santra rectius, ut puto, palude natam. V. annot. in Varron. de L. L. VII. §. 37. et cf. Paulus p. 155. v. Tartarino.

p. 221. Pauli exc. p. 121. v. parrici quaestores. Primus, ut videtur, monstrum hoc lectionis correxit Fruter. Verisim. I, 1. (in Gruteri Lamp. T. II. p. 808.) ita: *Parricidi quaestores*, comparato Pomponio de origine iuris in Digestis.

p. 229. Festi fragm. Qu. XI, 30, 1-4. Urs. supplementa sunt:

genus - libi translatum a Poenis. idem appellatum - fuit probum, ceteris libis suavissimum quia - videbatur. Punicum dicitur etiam vestis no-men.

Quae propter contortam verborum collocationem displicent. Caeterum literarum regula observata intelligitur, non *Punicum*, sed *Probum* fuisse praefixum huic interpretationi titulum.

ib. Qu. XI, 30, 6-11. Hic Urs. supplet:

. . . . . virum. Profanum, quod non est fanum appell-atur. Plautus, sacrum an profanum habeas, parvipenditur. Li-vius in . . . . . pu-blici . . . . . Pacuvius in Periboea . . . . . inde profanationem dici ait Verrius.

Sed in cod. non est *boea*, sed *bea*, in quo illud *habeas* e versu Plauti agnovi.

ib. Qu. XI, 30, 20. 21. v. pro. *Condalio* ab Urs. codici tribuitur, sed in cod. et nunc et olim, ut vg. scriptura testatur, *Cond.* tantum repertum est. V. 21. in cod. est: *pro hostio alia*, in vg. *pro ostio alia;* etiam hic Urs. nimis liberalem fuisse apparet.

ib. Qu. XI, 30, 26-28. v. profesti. Caecilii versum sic redintegrare conatur Urs.:

quod facimus profesto, fecisti tantundem - festivo die.

Quam sententiam nescio quo iure transtulerit ab Afranio (ap. Nonium p. 434. v. profesti) in Caecilium.

Afranii versum Scal. ita scribit

at quae profesto, contra: cum celebras focum,

quae neque a Nonio commendantur, neque Festi cod. vestigiis *ae*, quod vg. scriptum refertur *aed* (puto *aea*). Alii aliter; nuperrime Neukirch. Afran. fragm. p. 240.:

Aeque profesto concelebras focum tuum.

ib. Qu. XI, 30, 32. 33. v. profusus. Pacuvii versum nuperrime God. Hermannus de Aeschyli trag. Aiac. et Teucr. p. 19. sic emendare studuit:

profusus gemitu, murmure occursans ruat,

nimis libere, ut mihi videtur. *Murmuro*, quod fontium lectionis consensus tuetur, fortasse ductum est a masculino murmur. V. Nonius p. 214, 13.

p. 231. Qu. XI, 31, 26-33. v. plebei aediles. Etiam hic Urs. supplementa mihi mutanda erant:

. . . Plebei Aediles non minus populi-que plebeiscito, quae de eo magistratu creando - suffragium tulit, ut sacris aedibus praeessent, - sunt constituti: quos Tribu. pl. ministros fuisse dic-unt; qui una cum Plebeis Aedilibus sunt creati, dissid-ente plebe a Patribus: ii tabernas fecerunt, q-uas novas vocant. nos autem quinque dicimus e-as esse, et septem feruntur; et plebeios quidem appella-mus a genere magistratus.

Primo versu, qui etiam Lind. offendit, quid significare voluerit Urs., parum assequor; certe *que* (quod scriptum est -*q*;) videtur in *quam* mutare voluisse. Neque autem Scal., a quo Urs. pleraque sumpsit, quidquam hic dederat, nisi *Plebei aediles, qui.* Equidem spero, me Vv. Dd. assensum et in eo laturum, quod duos articulos distinxi *Plebei aediles* et *Plebeias tabernas*, et in aliis quae mutavi. Nunc video, etiam Huschkium in libro de Varronis loco de R. R. I, 2, 9. p. 56. iam Plebeias tabernas a superiori articulo disiungere maluisse, et hanc proposuisse formam restitutam:

. . . Plebeias tabernas, q-uas novas vocant nostra aetate, constat pervetust-as esse, et septem feruntur olim fuisse; plebeias eas voca-mus a genere magistratus.

Qua nihil sane esset simplicius, si Livio fides posset derogari, qui septem et novas tabernas diligenter distinguit.

ib. Qu. XI, 32, 14-17. v. plorare. In Servii Tullii lege cum multa tentata sint, praeter ea, quae in annot. posui, tantum praecipua et novissima recensebo: alia dabit Dirksen. *Versuche zur Kritik u. Ausleg.* p. 289. 350. Turnebus Adv. XVI, 22. in eo substitit, ut legem Servii sic corrigeret: *si parentem puer verberassit, ast ollus plorassit parentes, Divis parentum sacer est.* Equidem *verberit* tueor comparato Plautino *temperint*, Trucul. I, 1, 41. et *carint* Mostell. IV, 1, 1.: sed in explicanda utraque forma etiamnunc Vv. Dd. haerere video. Possis *verberit* a verberarit, *temperint* a temperarint, *carint* a caruerint eodem syncopes genere deducere, quo stipendium e stipipendio, lapicidinae e lapidicidinis, porcet (v. Paulus p. 14. v. arceo) e por-ercet factum est, quae syllabarum propter ἐπαλληλίαν consonantium elisio in Graecis etiam latius patuit. V. Lobeck. Paralip. gramm. Graecae diss. I. Verumtamen ipsum verberarit ab antiquo sermone absonum est, in quo debebat esse verberassit: quapropter verberit alia plane ratione ab eo verbo tertiae coniugationis, a quo verbustus descendit, ad eam formam, cuius capsim exemplum est, factum esse puto, ita ut mutatione literae s in r in locum antiquioris VERBUS - SIT successerit. Ac plane gemina ratione temperint ab eo verbo, cuius participium est tempestus (v. Pauli p. 155.), carint ab eo, quod servatum est in castus, ductum esse affirmo.

Maiora in eodem loco molitur Scal., qui traiectione utramque legem in unam coniungit: *In Regis Romuli, et Tatii, et Servii Tullii legibus haec est: Sei parentem puer verberit, ast oloe plorassint (parentes), puer diveis parentum sacer esto. sei nurus, sacra diveis parentum*

esto. Hunc sequitur cum aliis multis etiam Huschkius in libro de Servio p. 598., nisi quod scribit: *ast olle plorassit parentes*: quae de patre interpretatur, qui ipse sit in patria potestate. At multo minus credibile, verba sic translata, quam quaedam lacuna esse intercepta. Grauertus in Anal. histor. p. 69 sqq. eadem verba in utraque lege fuisse autumans superiorem ita constituit: *Si nurus parentem verberit, ast olle plorassit, sacra* etc.

p. 232. Qu. XII, 2, 8. 9. v. Pontina. Urs. supplet:

Pontina tribus a Pontia ur-be dicta, a qua et palus quoque Pontina - appellata est iuxta Terracenam

Idem v. 12 - 21. his inventis explet:

ag-ri, qui circa Tusculum est. Huic Pupinia tribus ita coniu-ncta fuit, ut de finibus aliquando susceperit bellum; quod ind-ictum per fetiales cum esset, duce . . . . infertur: bellum - itaque initurae, cum utraque tribus instructos exerc-itus haberent ad dimicandum, quia alterius dux discesserat - iam ab armis, caduceatoribus antequam signum conf-errent, utrinque ad exercitus missis, rem - in - ipsorum ar-bitrio futuram denuntiarunt, ac potestate (ac pote-state) ita sine ulla dimicatione utriusque exercitus suffrag-io pax facta.

Quod v. 19. legitur *in*, literis inclinatis expressum est, sed cum in vg. extet, e codice ductum esse videtur.

ib. Qu. XII, 2, 25 - 29. v. Popillia. Mutavi aliquantulum Urs. supplementa, quae haec sunt:

Popillia tri-bus una quinque et triginta tribuum, tot enim fue-runt; a Popilliae feminae felici nomine ap-pellata, quomodo tribus quoque Pinaria a sororis - Pinarii dicta, sive ab eius nomine.

(In Santandreana P in Pinarii formam habet literae e codice sumptae, quod in mea exemplaria transiit).

Lind. in commentariis p. 593. Festum putat scripsisse: *Popillia tribus una quinque et triginta tribuum, tot enim fuerunt, a Popilliae gentis felici nomine appellata est*, Paulum autem e compendiis scripturae (quae mihi ignota sunt) *Pop̄. ge̅. felici* effecisse *progenetrice.* At tanto molimine opus non esse apparet, si Urs. supplementa ita ut feci refinxeris.

ib. Qu. XII, 2, 29 - 3, 1. Urs. supplementa haec sunt:

Populi com-mune est in legibus ferendis cum plebe suffragium. - nam comitia centuriata ex patribus, et plebe - constant in centurias divisis. at cum plebes sine pat-ribus tributis comitiis convenit, quod plebes scivit, plebi - scitum id ea de causa appellatur Patrum com-mune cum populo suffragium; quibus suffragantibus fit populi scitum.

In his pauca mutavi, extrema sustuli. Nec Festum ipsum sibi contradicere putavi, cum h. l. Populi commune cum plebe suffragium ad centuriata comitia, infra autem, Qu. XV, 3., scitum populi ad solum patricium ordinem rettulerit.

p. 234. Qu. XII, 3, 4. Urs. supplevit ad arbitrium suum:

Propilia tribus a - nomine progenetricis traxit vocabulum. nam con-sueverunt non solum a viris, sed a feminis q-uoque tribus nominare.

Propilia cur posuerit Urs., cum in mg. corrigat Poplilia, quae est Publilia tribus, non intelligo.

ib. Qu. XII, 3, 20 - 23. Urs. supplementa haec sunt:

rarent. Peregrinos inter Pr. dr̄, quod aliter - Inter civis, aliter inter peregrinos ius dicebatur a Praetore: ideoque - lege primum fus cum unus tantum fuisset, postea duo id-circo sunt creati Praetores.

Video nunc, quod apud Urs. est *alr̄* legendum fuisse *aliter*, cum *alter* legissem. Nam etiam vg. hic habet *uit civis aliter inter* (quae etiam v. 19. paulo pleniorem habet *ncias inter se pa*). Quanquam etiamnunc *alter* recte scribi existimo, quantum in re obscura existimare licet. Ad voc. *fus* Urs. in mg. *f. feūs*, quibus literis quid significare voluerit, non assequor. Vg. legitur *factus*, sed in mg.: *fr̄s* V. C.

p. 237. Qu. XII, 5, 16. v. peculatus. Oblitus sum annotare, pro *duarum ovium et XXX bovum* reponi a Lind. p. 566. *duarum boum et XXX ovium*, advocato Dionysio Hal. X, 50. Sed potior est auctoritas ipsius Festi v. ovibus Qu. X, 20, 11., quem a Gellio N. A. XI, 1. apparet verbis, non re discrepare.

ib. Qu. XII, 6, 27 - 34. v. praetexta. Urs. supplevit:

nam is praetexta utitur, et scribam ha-bere solet, propter eos, quos facit, ludos. - praetextae ius datum est item Consulibus et Praetoribus: vota - nuncupantibus ob ignorantiam sacrorum novorum - ascitorum. Isdem datum est uti item votum - aliquod solventibus. quod item Valerius vica-nus cum uteretur pura ex senatu, improbar-i coeptus est.

Melius Scal. *uti* v. 32. ad superiora trahit, et ante *item* interpungit. Quod in annot. dixi *inprobaretur* esse in cod., spectat tantum ad literam *n*.

p. 238. Qu. XII, 7, 5 - 7. v. pilae. Mutavi praecipue haec Urs. supplementa:

tot effigies, quot esse-nt liberi, ponebantur, ut vivis, sic enim inv-ocantur, parcerent, et essent his pilis, et simulacris con-tenti.

ib. Qu. XII, 7, 8-17. Urs. supplem., quae repudiavi, hic ponam:

Punicae fortunae aedem vovisse dicitur Cornelius Sc-ipio cum Carthaginem obsideret, ne adversa - ea Fortuna uteretur. Idem quoque vovit aedem Ven-eris, quae cognomentum habuisse dicitur G-enitricis, quam dedicavit, ubi primum - aemulam Romanae civitatis Carthaginiensem - urbem expugnavit; quamvis alii dicant, aliquot post - annis dedicavisse . . . . . cos. - quum Punicae Fortunae aedem, quam ex vo-to debebat primam dedicare, locandam non curasset.

ib. Qu. XII, 7, 18. 19. v. pueri. Aliter Urs.:

puberes dicuntur, in quo significatu - utitur Atta in . . . . . pluribus - versibus docet.

ib. Qu. XII, 7, 20-28. v. pueri. Quae Urs. finxit, partim a Scal. ductus, haec sunt:

Pueri inpuberis aeneum - signum ad salinas olim a . . . . . positum fuit, quod - signum allatum e . . . . . fuisse ferunt, quod - sunt conati quidam auferre, sed avelle-re nemo umquam potuit. Alii dicunt avulsam basim - p̃ter ipsum signum a quibusdam fuisse, quique abstulerint, - sine signo abierunt, basi sola potiti. Alii tamen trad-unt, simul ut signum ipsum abstulerint, in agro Tibur-ti erexere ad quintum ab urbe miliarium.

v. 25. *sine* ab Urs. coniectatum est pro *sub*. Pro *ti erexerunt* in vg. est *cie rexerunt*.

p. 241. Qu. XII, 10, 1-6. Urs. supplementa haec sunt:

rat-as quae, incesti damnatae, vivae defossae sunt, quod sacra - Vestae matris polluissent: nec tamen, licet nocentes ex-tra urbem obruebantur, sed in campo proxime porta-m Collinam, qui Sceleratus appellatur. Privilegium sunt - qui dicant esse privatam legem. Cicero in oratione quam scri-psit pro domo sua ad Pontifices.

In quibus, ut reliqua mittam, id non recte fecit Urs., quod Ciceronis orationem, ex qua non ante v. 16. verba apponuntur, iam v. 6. appellatam esse fingit. Nam si oratio quae superest pro domo ad Pontifices, eadem est quam Verrius manibus versabat (ut mihi quidem videtur), verba ex ea repetita non nisi haec sunt, quae v. 16-18. posui: aliena autem ea, quae Urs. v. 15. praemisit:

dicant - Senatores, Equites, Trib. Aerarii, condemnant.

V. Cic. pro domo 17, 43. Caeterum non dubito, quin his omnibus titulus praefixus fuerit Privilegium, idque maxime explicatum sit, quod dicit Cicero de legg. III, 19, 44., vetuisse XII tabb., ne de capite civis, nisi maximo comitiatu, rogaretur.

ib. Qu. XII, 10, 23-34. Supplem. Scal. et Urs., quae mutavi, haec sunt:

. . nam quae sole-bant antiqui efferre per Pu syllabam longam, Ennius in P-oe extulit, Poenos dicens. sed est culpa librariorum, qui ea quae fe-minino genere dicunt, scribunt masculino. etiam ipsi Gra-eci ita loquuntur, qui solent philolo-gos, philargyros, - feminas dicere. Poenos putans viros librarius appellari, mut-avit. quod per adiectionem ab Ennio ea vox explanata non - fuerit, cum tamen eiusmodi fere nomina etiam in vi-rili, non tantum in femineo sexu proferantur. dicimus tam hic lupus, q-uam haec lupus, quando etiam ea quae participia appellantur, quae - ut plurimum aliquem ordinem rerum significant, e-t quae casus, numeros, species, tempora, personas recipi-unt, utroque genere enuntiantur.

Mutavit in his Urs. v. 24. *logam* in *longam*, et 31. *lapis* in *lupus*, ac saepius omnem spatii modum transgressus est. Et, quae his artibus effecit, *λαβυρινθώδη* plane. Quae expedivisse aliquatenus mihi videor distinctis tribus articulis grammaticis: Punici, Philologam, Participia. Ac puto ipsum Scal., si eius iudicium exquiri posset, haec non improbaturum esse.

p. 242. Qu. XII, 11, 24-26. Urs. hic posuerat:

r loco-s, Cato saepe dicit, ut contra s robosem, et arbo-ses, loco r dicebant antiqui:

sed non indicaverat, quo titulo praefixo Festus ea scripserit. Quod *Papisios* posui: non ignoravi quidem, iam Papirium Crassum dictatorem a. u. c. 413. Papisium vocari desitum esse (ut refert Cicero ad fam. IX, 21.), et Appium Claudium censorem a. 441. primum Valerios et Furios dixisse (unde ridiculus error Pomponii ortus est, in Digest. I, 2, 2. §. 36.): sed putavi, Catonem etiam circa a. 600. in Papiriorum nomine antiquam consuetudinem sequi potuisse, ut quaedam Furiorum familiae etiam posteriore tempore Fusii dicebantur.

ib. Qu. XII, 12, 8. v. pulchralibus. *Cupidiis* servari posse arbitratus sum, quod et turpedo et turpido, gravedo et gravido (gravidinosus ap. Nonium p. 115, 16.), lubido et lubedo dicebatur, ipsumque cupido in consuetudine mansit, non cupedo, quorum cognatum est cupediae. Cf. Heinrich. in Cic. de R. P. p. 4, 21., a cuius reprehensione turpedo defenditur Lucretio III, 1007. VI, 25., turpido optimo Ciceronis de R. P. codice palimpsesto.

ib. Qu. XII, 12, 10. 11. v. proaedificatum. *Τὰ ὑπερέχοντα τῶν οἰκοδομημάτων εἰς τὰς δημοσίας ὁδούς* dicit eandem rem Polyaen. III, 9. Cf. Pseudo-Aristot. Oecon. 5. p. 17, 14. Goettl. et Heracl. Pont. resp. 1. Complectitur autem proaedificatum et tabulata superiora pro-

minentia (γεισιποδίσματα), et septa ante domus (δρυφάκτους et προφράγματα) et Maeniana s. exostras. Cf. Festus Qu. VIII, 16, 22. v. Maeniana.

ib. Qu. XII, 12, 31. v. Pudicitiae. Ea huius l. forma, quam mecum communicavit V. D. Pernice, regi Boruss. a secretis de iure consiliis: *ubi fanum illi, ara, aedes et Herculis*, placere posset, nisi contortiore quodam dicendi genere abhorrere videretur a simplicitate grammatici scriptoris.

p. 245. Qu. XII, 13, 12. 13. v. Palatualis. De Palatuali flamine v. Varro de L. L. VII, §. 45. Palatium, quod ab agri Reatini colle nomen accepit, a diva Palatua plane seiungendum existimo: cum Palatualis in Ennii versu, quem restitui, primam syllabam producat, Palatium corripiat.

ib. Qu. XII, 13, 23. 24. v. pullus. De pullo Iovis cf. Arnob. adv. gent. IV, 26. Si Arnobii et Festi interpretes recte statuunt, hinc Ambustorum cognomen in Fabiam gentem venisse: hic pullus Iovis Q. Fabius Q. f. M. n. Vibulanus erat, cos. a. 311., qui primus Ambustus dicitur. At vix credibile, quarti saeculi Romanos Iovi tam nefarios affinxisse appetitus, itaque fabulam hanc de Q. Fabio Q. Aemiliani f. Maximo Eburno, cos. 637., inventam arbitror, praesertim cum ante hunc nullus Fabius Eburnus in fastis reperiatur. Festum exscripsit Placidus p. 493.

ib. Qu. XII, 13, 28. 29. v. publica. Publica sacra omnia fiunt publico sumptu, non omnia pro universo populo, sed pars pro singulis populi urbisque partibus, sicut etiam pro salute singulorum hominum, velut Principis, publica fieri possunt sacra. Opponuntur iis privata, quae familiarum gentiumque sumptu fiunt, ac gentilia sacra comprehendunt. Savinius in eleganti de sacris privatis commentatione (*Zeitschrift für geschichtl. RW.* T. II. p. 362.) id non recte sumpsisse sibi videtur, quod sacra pro pagis a paganis, pro sacellis a gentibus singulis facta esse putat. De sacris pro familiis eiusdem V. D. δεύτεραι φροντίδες cognosci possunt per Klenzium de cogn. et affin. p. 16. Cf. Festus Qu. XII, 12, 27. v. priv. feriae, Qu. XII, 8, 17. v. propud. porcus.

ib. Qu. XII, 14, 1-6. v. puls. Urs. supplementa haec sunt:

ne-
ces-se decidere in terram aliquid, quod tripudium faceret, id est - terripavium (pavire enim ferire est) ex quo notionem - caperent futuri. nam si pulli, per quos auspicabantur, non - edissent, periculum imminere arbitrabantur. at qui p-avissent, bonum augurium esse putabant, si tum - ex ore eis edentibus aliquid decidisset.

ib. Qu. XII, 14, 28-31. Quae Urs. hic posuerat, haec sunt:

Proiecta sacra
appellantur, quae fulgu-rante caelo fiunt; tunc enim proiecta depellendorum ma-lorum fulgurum, vel procurandorum bonorum causa fiunt.

Quae Urs. nulla scriptorum auctoritate confirmavit. De procuratione fulguritorum vix opus est, lectorem ad Etrusc. rer. III, 7, 4. T. II. p. 170. ablegare.

ib. Qu. XII, 14, 31-34. Resecui haec Urs. supplementa:

P-arilia festa sibi obser-
vanda iudicant pri-vatim ipsae quoque puerperae domi in stratis, u-ti pariendo, ab eis quasi stabiliantur.

In quibus *domi in stratis* pro *administratis* positum et *stabillantur* correctum est.

p. 246. Qu. XII, 15, 2. v. polubrum. Nonius v. polubrum e Livio versum apponit, in hunc modum scriptum:

Argenteo polubro, aureo et glutro,

sed qui vulgo sic correctus dari solet (v. Hermann. Elem. doctr. metr. III, 9. p. 619.):

Argénteo pollúbro et aúreo gutto.

Quam correctionem ipse Hermannus posthaec improbavisse videtur (in Ephemer. liter. Lips. 1833. p. 42).

Facilior multo haec est medela:

Argénteó polúbro, aúreo églútro.

Eglutron ἔκλουτρον est, quod Graece, nota euphoniae lege, ἔγλουτρον pronunciabatur, et saepe etiam scribebatur, ut *ΕΓΛΟΥΤΗΡΙΟΝ* in titulo Aeginetico, Corp. Inscr. Graec. 219. Hinc γλυτῆρι infimae Graecitatis, v. Coraes Ἄτακτα T. II. p. 9. *Polubro* retinui, quod Livius liquidas nondum geminare consueverat, pro *pollubro*, quod a porluendo, i. e. proluendo, ortum est. His Livius, parum quidem accurate, illa Homeri expressit, Od. *Α*, 136. 137.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος.

Ne autem Saturnii carminis lex violata esse videatur: semel annotabo, quibus saepe observatis passim in hoc libro usus sum: Saturnii versus formam neque ad eam normam adstringendam, quam proposuerunt et antiqui grammatici et recentiores, neque ita esse omnibus syllabarum quantitatis et positionis legibus solvendam, ut nuper censuerunt H. Duentzer et Laur. Lersch in libro de versu, quem vocant, Saturnio. Quin imo forma ab antiquis tradita:

⏑ ′ — ⏑ ′ — ⏑ ′ — ⏑ ‖ ′ — ⏑ ′ — ⏑ ′ — ⏑

plane iusta est: modo unum observaveris ac tenueris, supprimi posse theses omnes, excepta ultima, maxime penultimam. Sic omnes Scipionum in monimentis versus, quibus propter versuum initia ipsa scriptura

indicata imprimis insistendum est, legitimi apparent Saturnii, etiam hi (apud Piranesium tb. IV.):

Cornéliús Lúcius | Scípió Barbatus,
Gnaívod pátre prognátus | fórtis vír sapiensque,
Quóius fórma virtu- | tí paríssuma fúit

ubi, ne quis offendatur, *fuit* contractum ex fuvit, ut perfecta rūit, plūit, lūit apud antiquiores, trochaeum efficit.

Item:

Consúl, Censór, Aedílis | quí fúit apúd vos,
Taurásiam, Cisaúnam | Sámnióm cépit.

Et hi ex iisdem monimentis (apud Piranes. tb. V, a.):

Lúcíom Scípiónem: | filiós Barbati
Duonórum óptumúm | fúisse virórum

ubi VIRO in marmore superest.

Dedét témpestátebus | aidém meréto.

Denique etiam hi (tb. V, g.):

Mors pérfecit tua, ut éssent | ómniá brévia
Públi, prógnátum | Públió, Cornéli.

Sic etiam Liviani versus vix ullam facessent difficultatem, quales hi:

Vírúm mihí, Caména, | ínsece vérsútum.
Mea púera, quíd vérbi | éx tuo óre profúgit.
Pártim erránt, nequínont | Gráeciam redíre.
Sánctá púer, Satúrni | fília, régína.
Útrum génua ampléctens | vírginem óráret.

Quae autem a Festo Qu. XV, 28, 20. e Livii Odyssia proferuntur, sic videntur constituenda et dimetienda esse:

Tópper fácit homónes | véris vél súeres.

(Ex Homeri Od. X, 432.). Hic *facit* pro *faxit* esse putat Scal.; *faciet* corr. Hermann. Doctr. metr. p. 624.: sed neutra mutatione opus est, praesertim si *homones* ex more antiquo pro *homines* scribitur. Deinde *veris sueris* ex *utrius fuerint* effecit Scal., antiqua consuetudine liquidas non geminandi servata. Addidi *vel*, quod in VERIUS latere puto.

Tópper cíti ad aédis | vénimús Círcae:
Simúl dúona córam | pórtant ád návis.
Mília ália in ísdem | ínserínúntur.

(Quae ex Od. XII, 16. expressa esse monuit Scal.) V. 1. *citi* produci videtur, ut in accītus. Hermannus p. 625. id delendum putat, falsa de universo loco ductus opinione. *Circae* in *Circes* mutat Urs. temere. V. 2. *coram* scripsi pro *eorum*; Scal. *duonorum*, quod coniungit cum *millia*. Etiam Urs. post *millia* interpunxit. V. 3. *in isdem* Urs. mutat in *indidem*, sed spectat ad naves. Deinde *inserinuntur* cod., ut Urs. *inveniuntur* vg., idque probat Hermannus: sed *in iisdem* neque ad solam Odysseam trahi potest, neque de aliis antiquissimis scriptis nominatim dictum est. A. Aug. in mg. coni. *inseruntur*. At nihil sanius quam *inserinuntur*, quod eadem ratione qua *prodīnunt*, Qu. XI, 5, 22., et similia multa, declinatum est.

Eiusdem fabricae apparet esse versus Naevianos, quos in annot. in Varr. de L. L. VII. §. 16. sic constitui:

Inerant signa expréssa | quómodó Titáni,
Bicórporés Gigántes | mágnique Átlántes,
Rhúneus áe Purpúreus | fílii térras.

Item ii, qui a Festo Qu. XIV, 21, 29. v. stuprum appositi sunt:

Sin íllos déseránt for- | tíssimós virórum:
Mágnum stúprum póplo | fíeri per gentis,

ubi *fieri* syllabam primam nondum habet correptam.

Eademque est forma Naevii versus, de quo dictum in annot. ad Qu. XIV, 25, 28., ubi *ac* pro *atque* ponendum:

Scópas áe verbenas | ságmina súmpsérunt.

Cf. quae dixi in Suppl. Ann. ad Qu. VIII, 25, 4.

Versus, qui sunt apud Festum Qu. XV, 28, 8-11., quam minima mutatione sic refingentur:

Námque núllum
Péius mácit homónem | quámde máre saévum.
Víres cúi sunt mágnae | tópper cónfríngent
Impórtunae úndae.

(V. 1. *neillum* corr. Scal. *nilum* Hermannus Doctr. metr. p. 623. V. 2. *macerat* cod. *macit* coni. Urs., recte puto, a verbo macĕre, quo Ennius usus esse videtur apud Paulum p. 156. v. trifax, sed intransitivo sensu. *homonem* corr. Urs. *hemonem* Hermann. Utramque voc. formam agnoscit Paulus, illam etiam Priscianus. Versus eos e Livii Odyssia sumptos putat Scal., propter similitudinem sententiae Homeri Od. VIII, 131.; ac *sic in Odyssia* coni. Hermannus: sed praeponderat tamen cod. auctoritas.)

Quae Saturniorum numerorum lex eo notabilior est, quod etiam Germanorum heroici carminis versus longi simili lege reguntur.

ib. Qu. XII, 15, 3-12. v. publici. Urs. haec ita restituere conatus est:

Publici Augures eodem iure cum ceteris Au-guribus non erant: nam cum essent Augures numero - plures, publici maiestate ceteros anteibant. ori-go vetusta, ideoque obscura: illud manifestum, ductu so-rtis deligi solitos, qui Augures publici P. R. Quiri-tium in Auguralibus dicerentur. Captabant auspic-ia, templo caeli regionibus designato, quod lituo, qui-Quirinal. appellatur, designabant, in pomoerio - extra urbem . . .

Vg. v. 4. *curibus*, 8. *tium in*, 9. *atae*, 10. *rinalis*, 11. *ra ur* legitur (p. 317. sq. ed. Ven.).

ib. Qu. XII, 15, 20-23. Hic Urs. posuit articulum de pollubro sic conceptum:

. . . . Polubrum esse exi-stimant, quam nos pelvim vocamus, cuius eadem - formula, quae est polubri, teneturque manu sin-istra, ut eius significatio docet,

quae quid significent, non satis assequor: quanquam Fabius Pictor ap. Nonium p. 544, 24. ab Urs. advocatus, polubrum sinistra, dextra vasum cum aqua teneri commemorat.

ib. Qu. XII, 15, 23-32. v. patres. In his maxime immutanda mihi erant supplem. quattuor extremorum versuum, quae Urs. in hunc modum conceperat:

ac pecunias dividerent. etenim - solebant iam inde a Romulo nummis auri atque - argenti signati ultramarinis uti: id quod - publicae et privatae rationes commentariorum doce-nt.

ib. Qu. XII, 15, 32-34. v. publica. Urs. ita:

Publica pondera quibus populus Rom. uti solet, - ex ea causa Iunius in . . . . dicta sic ai-t, quod duo Silii P. et M.

ib. Qu. XII, 16, 12. Cf. etiam, quae in Bantina tabula leguntur: [*dum minoris*] *partus. familias. taxsat. liceto*, et quae ad eam interpretandam docte annotavit Klenzius in Niebuhrii Mus. Rhen. T. II. p. 41.

p. 249. Qu. XII, 17, 32. 33. v. pedum. Festus cum Verrium reprehendit, ipse a reprehensione non immunis esse videtur: nihil enim prohibet, quominus simplicisissima ratione *proferre* a *nitere* pendeat in versu Ennii. Ennius expressit illa Euripidis in Iphig. Aul. 139.: *ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ μηδὲν ὑπείκων.*

ib. Qu. XII, 17, 34. v. pone. Dubito an voc. *praeicientes*, quod *ἅπαξ λεγόμενον* est, corruptela laboret. Festus ab antiquo usu distinxisse videtur noviciorum grammaticorum inventum, qui pone adverbium acuto accentu, verbum gravi notari voluerunt. V. Ritter. Elem. gramm. Lat. p. 56. et adde Serv. in Virg. Aen. III, 3.

ib. Qu. XII, 18, 18. 19. v. patellae. Urs. suppleverat:

quae erant forma velut capidul-a quaedam,

in quibus refingendis secutus sum Varronem de L. L. V. §. 121., unde discitur, capides habuisse ansas, quibus patellae, i. e. exiguae patinae, carebant.

ib. Qu. XII, 18, 20. v. pantices. Huius voc. interpretamentum *frus ventris* obscurissimum est: nam quanquam constat, frus et fros pro fronde dictum esse, non intelligitur tamen, quid hoc faciat ad explicandum voc. pantices. Sed etiam Paulus non aliud hic voc. legerat. Quod M. habet: *frus ventristus* ⁝ (sic), Lind. putat *fructus* significare. Sed hoc a significatu certe voc. pantex alienum est. Barth. Adv. XXIV, 11. haud probabiliter coni. *uleus*. Gloss. Labb.: *Panceps* (*Pantex* corr. Meurs. Exerc. crit. II, IV, 3.), *ἕλκος κτήνους ἐπὶ τραχήλου.*

ib. Qu. XII, 18, 24-28. v. procincta classis. Urs. supplementa haec sunt:

an-tiqui enim procinctum militem dixerunt, ut nunc quoque, - cum exercitus instructus est. procincta autem - ideo, quod togis incincti ad pugnam ire solit-i fuerint. Unde et testamenta in procinctu fieri - dicta, quae faciunt ad pugnam ituri. Prosi-

ib. Qu. XII, 18, 28. et Pauli exc. p. 130. v. posimerium. Quod *Posimerium* scripsi, feci, ne lectionem per codd. traditam nimis obscurarem. Pos certe radicalis syllaba est praepositionum post, pone et apud, et verbum pono, antiquius POSNO, e POS et sino compositum esse puto. Prose pro pro dictum esse, opinatur quidem Meurs. Exerc. crit. II, I, 13., sed nullo id documento confirmat. Graecum *προτὶ* comparat Doederlin. Synon. et Etym. T. VI. p. 276.

ib. Qu. XII, 18, 30-32. v. posimerium. Quae mutavi Urs. supplementa, haec sunt:

. . . . . id est l-ocum proximum muro. Cato. olim quidem omn-es auspicabantur extra Aventinum, nunc etiam intra ae-dificia. dictum autem pomoerium,

p. 250. Qu. XII, 19, 13-16. v. posimerium. Urs. supplementa mutavi haec:

Po-ntificale pomoerium appellabant locum illum - agrumque pone murum, in quo Pontifices su-a constituerent auspicia. Cum autem pomoerium profer-retur, tum

ib. Qu. XII, 19, 20, 21. Urs. ita:

dictum autem videtur pomoerium, - veluti post moeros, id est, quod esset retro et - intro muros urbis.

p. 253. Qu. XII, 21, 16. v. popularia. *Laralia*, insolito vocabulo, Festus dixit Compitalia, nisi forte suspicari malumus, *Larentinal* scriptum fuisse a Festo, de quo v. Varro de L. L. VI. §. 23. Sed hoc me revocat, quod Larentiae parentatio a sacerdotibus, non ab omni populo fiebat.

ib. Qu. XII, 21, 17. v. pollucere. De pollucta docta est Scal. annotatio, qua demonstravit, libamenta et *ἀπαρχὰς* ita dictas esse, quae mercatores maxime diis de mercibus obtulerint. V. imprimis Varro de L. L. VI. §. 54. Tertullian. Apolog. 39. Gloss. Isidor.: *Pollucere*, *consecrare*. Gloss. Labb.: *Pollucco*, *ἀποθύω.*

ib. Qu. XII, 22, 5. 6. v. praecidere. Haec Festo reddere omisit Urs.

ib. Qu. XII, 22, 26-28. Urs. suppleverat:

. . . . Publicus ager dictus, quia Augurum publicor. est. - ut Oscus in Veienti; is enim usu, et iure Augurum - est.

At quis unquam augurum agrum simpliciter publicum dixit?

ib. Qu. XII, 22, 28. Secuntur haec apud Urs.:

. . . . . Prodicere diem est, prodere: prodictio namque prod-itio est, quae, ut ait Verrius, in praesens valet.

deinde Qu. XII, 22, 30.:

Patr-onus ab antiquis cur dictus sit, manifestum: quia - ut patres filiorum, sic hi numerari inter do-minos clientum consueverunt. . .

quae sententiae parum esse congrua, non est quod demonstremus.

p. 254. Qu. XII, 23, 13. 14. v. Quirinus. Urs. ex hac caussa Quirinum dicit Romulum appellatum:

. . quod curi, id est, hasta uteretur, à qua Roma-ni eo nomine Romulum appellaverunt.

ib. Qu. XII, 23, 16-18. v. Quirinalis. Resecui haec Urs. supplementa:

posit-um autem unius nomen pro alterius nomine reperitur, quod ini-tio ita coniunctae fuerunt, ut unam tantum fuisse, qu-asi id suffragetur.

ib. Qu. XII, 23, 25. 26. Aliter Urs.:

Quirites, dicti Sabini a Curi dea, cui - aqua et vino sacrafacere soliti erant. quos tamen quidam a curis dictos volunt,

et v. 30-33.

videntur ite-m Cures Sabinae hastae appellatae, quibus ea gen-s armis erat potens. nunc et Sabini et Romani popu-li singulare usurpatur nomen,

p. 257. Qu. XII, 25, 20. v. Quintipor. Quod Lind. coniicit, Graecum παῖς fuissse ΠΑΓΙΣ cum digammo, confirmari videtur titulis vasculorum e Magna Graecia apportatorum, in quibus non raro ΠΑΥΣ, etiam ΠΟΥΣ pro ΠΑΙΣ legitur. Hinc maxime colligi potest, Latinum puer et por ab eadem radice ductum esse.

ib. Qu. XII, 25, 23. v. quippe. Non recte Dac. *quippe* etiam apud Ennium nihil nisi quoniam significare contendit, neque opus est ut cum Lind. pro *quidni* vel *quoniam* vel *quianam* reponas. Nempe *quippe* revera mirantis est, qui res aliter esse possit, et comparandum maxime cum Graeco πῶς οὐ vel πῶς γάρ. Itaque inter quippe et sententiam annexam, qua caussa continebatur, olim distinguebatur: quae distinctio cum diuturna consuetudine in oblivionem venisset, *quippe* ex interrogativa particula abiit in relativam. Nunc autem multi particula *quippe* nimis abutuntur, quippe? cum originis apud omnes summa fuerit oblivio.

ib. Qu. XII, 26, 17-22. v. Quintanam. Urs. supplementa haec sunt:

Quintanam classem - ait Verrius dictam, quod in ea Ser. Tullius rex distribut-a capite censorum multitudine, quinque fecit, cum eas ord-inavit. hanc autem afferri causam de capite - censorum nomine, quod ii quo censerentur, nihil praeter se h-aberent, suumque caput.

At constat, quintam classem non continuisse capite censos. Quanquam Huschkius in libro de Servio p. 194. A. Aug. et Urs. opinionem ita defendere studet, ut prima classis computo eximatur. Hic V. D. v. 19., ubi Urs. *quinque* habet, scripsit *V partes*, cum Goettlingio (*Hermes* T. XXVI. p. 123.) et v. 20. *eas* refingit in *cas*, i. e. *centurias*.

ib. Qu. XII, 26, 24, 25. v. querqueram. Urs. ita:

. . . Quer-queram febrem, gravem et magnam. nam quidam querc-um dictam volunt, quod id genus

p. 258. Qu. XII, 27, 25. v. Q. R. C. F. Dac., cum *fastus*, quod Urs. posuit, ut in *nefastus* mutetur, postulat, rem iam a Scal. optime explicatam denuo turbat. Etenim, cum regnum a Romanis tolleretur, omnibus modis cavebatur, ne is qui cum sacrificiis regis nomen retinebat, regiam sibi arrogaret auctoritatem et potentiam. Quapropter regi sacrorum interdictum erat, ne magistratum gereret aut unquam cum populo ageret. Plutarch. Qu. Rom. 63. Ob eandem caussam cautum erat ne saepius quam propter sacrificia necesse erat, in comitium veniret diutiusve ibi commoraretur: iique dies, quamdiu rex in comitio versabatur, nefasti habebantur, quibus magistratibus ius dicere non licebat. Quodsi alii sacerdotes, ut pontifices, pro rege sacra illa obibant, cum caussa tollebatur effectus.

ib. Qu. XII, 28, 5. v. quadrata. Quadrata Roma, quae in Palatio ante templum Apollinis erat, ubi reposita erant aratrum, iugum, aliaque, quibus in condenda Urbe utebantur Romani, ut distingueretur ab antiquissima Romuli urbe, quae primario significatu Roma quadrata dicebatur, postulavi Etrusc. rer. III, 6, 7. T. II. p. 145.: eamque sententiam non video quibus argumentis Hartungus de Roman. rell. T. I. p. 115.

confutaverit, qui Salmasii et Dacerii opinionem defendere videtur. Ipse Ennii versus:

Et qui se sperat Romae regnare quadratae,

fortissime contra hanc sectam militare videtur. De finibus autem antiquae Urbis quadratae omnium diligentissime dixit Bunsen. Descr. Urbis T. III. p. 81.

p. 261. Qu. XII, 29, 6. 7. v. quamde. Forma Enniani versus in COD. haec est: *Iuppiter, ut muro fretus magis quā deman' impe . . .* cum lineola transversa per extremum *e* ducta. *quamde manus impe* vg. URS. *quamde manus vi. Et* corr. SCAL. *manu sui. Idem* URS. in mg.: voluit haud dubie *manus vi. quamde manuum vi. et* Merula, Ennii Ann. I, 119. *quam de manu stat* Lambinus. Libri manuscripti vestigia pressius sequemur scribendo:

Iuppiter, ut muro fretus magis quamde manu sa
Imperat.

Quibus verbis Remus Romulum non inepte invasisse videtur. Illud autem *sa* propter raritatem formae facile poterat cum *manu* coalescere. V. de eo pronomine Festus Qu. XIV, 9, 19. v. sos.

ib. Qu. XII, 29, 22. v. Querquetulanae. Quod in COD. legitur, *feminas antiqui, quas sciens dicimus, viras appellabant,* criticos valde exercuit. *sagas* coni. A. AUG. in mg. *sagas nos* URS. *scias* Muncker. in Petron. 63. p. 419. et Hyginum fab. 92. At nullam video caussam, cur fatidicas tantum feminas viras appellatas esse credam. *incientes,* i. e. praegnantes, coni. Barth. Advers. II, 3. Ego ne ἀσύμβολος ab hoc loco discederem, conieci *scitas,* i. e. bellas virgunculas, quales nymphae esse fingebantur. *Scita facie* ipse Festus, Qu. XV, 3., *bona facie* interpretatur.

p. 262. Qu. XII, 31, 19 - 30. v. Romani. URS. supplementa haec sunt:

Romani
videntur ab initio nulla usi esse - artificum opera. sed ubi primum ludos facere c-oeperunt, tunc asciti artifices ab Etruscis ci-vitatibus fuerunt: sero autem ludi - omnes, qui nunc a Romanis celebrari solent, - sunt instituti. Quidam primos ponunt Rom-anos. Alii aiunt Megalenses, id est, Matris - Magnae, ac populares Cereris. Alii aiunt - in conferendis equis Troiam lusitasse pueros - Romanos. Alii institutum, ut luderent e-quitando, iactu, saltu, cursu festis Pa-lilibus: paribusque etiam ut ludicrae certationes a - ludentibus fierent.

Quae si omnia uno articulo comprehendere voluisset Verrius, alium, puto, titulum praefixisset, quam *Romani.* Quod attinet ad ea, quae illorum loco posui, Romanos ludos, constat, omnium fuisse antiquissimos. V. Cic. in Verr. II, V, 14, 36. Liv. I, 35. Hic quidem iam a Tarquinio Prisco ad eos ludos celebrandos aurigas pugilesque narrat ex Etruria esse adscitos: sed cum essent qui ludos Romanos sive Magnos iam ab Romulo celebratos traderent Conso: iidem Romanorum ludorum appellationem inde ducere poterant, quod nonnisi Romani artifices, id est pugiles aurigaeque (cf. Plin. N. H. VII, 53. §. 186.), admissi essent. Altera sententia, quam Festo subieci, aperte quidem falsa est, cum stipem spargere non nisi ad Megalensia sacra liceret (Cic. de legg. II, 9. 16. Ovid. F. IV, 350.), Magni autem ludi multo antiquiores fuerint, quam Idaea mater Pessinunte advecta: sed admisi eam tamen, quoniam Magnos et Magnae deae ludos a nonnullis grammaticis confusos esse video (v. Pitisc. Lex. Antiq. T. II. p. 492.), eademque, quae in ludis Romanis facta esse alii tradiderunt, ab aliis in Megalenses transferuntur (v. Madvig. de Attii didascalicis, Opuscc. p. 103.).

ib. Qu. XII, 32, 1. v. rubidus. Rost in Opuscc. Plaut. V, I. p. 159. haec verba: *Scorteae ampullae vetustate rugosae et coloris eiusdem* nullum sensum habere contendit: si vero pro *rugosae* posueris *rubiginosae*, apparere, quid sibi velit illud additamentum: *et coloris eiusdem.* At hoc quidem non desiderat, quo referri possit, cum superius de rubido sive rufo colore dictum esse manifestum sit.

p. 269. Qu. XIII, 6, 12 - 22. v. Romam. URS. supplementa haec sunt:

. . . . . atque ita in musicis primam p-ueritiam traduxisse, cum inter aequales omnes pr-aestarent corporis proceritate, et forma, nomin-atos, alterum Romulum; Remum alterum. Eos ubi ex compre-ssu Iliae natos se cognoverint, et quod expositos in - ripa Tiberis lupa lactaverit, praebens rumam, monte - vicino descendens, et quod reperti a Faustulo sunt educa-ti, Romulusque et Remus a ruma nominati poti-ssimum; praeterea quo patre essent procreati - intellexerint, Numitori avo primum restituisse reg-num,

p. 270. Qu. XIII, 7, 25. v. ruminalem. De ruminali fico cf. Qu. IX, 18, 27. et XIII, 4, 10. In Germalo eam fuisse tradit Varro de L. L. V. §. 54., eundemque locum indicant Dionys. Hal. I, 79. Servius in Virg. Aen. VIII, 90. Sed Festus non hunc locum significare videtur, sed eum, quo ea ficus Navii augurio translata esse credebatur, in foro et comitio: qua de re iam superius Plinii gravissimum attulimus testimonium, N. H. XV, 18, 20. §. 77. Cf. Tacitus Ann. XIII, 58. Sachsius in Descr. Romae T. I. p. 39. hunc situm ab illo non distinxit: quos qui non distinxerit, fieri non potest, quin in maximos errores inducatur. Rectius Salmasius Exerc. Plin. p. 800. col. 2, c., quem sequitur DAC. Quod URS. eam ficum *sub Veteribus* fuisse posuit (cum SCAL. *a veteribus* scripsisset), etiam hoc recte factum existimo, cum dubitari nequeat, quin veteres ta-

bernae alterum fori latus expleverint et comitium attigerint. V. Bunsen Descr. Urbis III, II. p. 26, qui V. D., vellem, ut p. 60 sq. etiam hunc Festi locum respexisset. Nam quae *Bullet. dell' Instit.* 1835. p. 86. scripsit, ea, nescio, an nunc improbet.

ib. Qu. XIII, 7, 32. v. rumentum. Verbum *canerit* non puto mutandum esse in *canuerit*, quanquam in composito *occanui* dicitur, sed *canerit* ex reduplicato cecanerit, abiecta syllaba reduplicata, ortum est: quae origo est plurimorum perfectorum disyllaborum, quorum prior syllaba corripitur. Quae autem Scal. proposuit: *Rumentum in auguralibus significare videtur abruptionem: Dum verberat anciliorum aerimen, avis canerit interea, id eo augurio rumentum esto*, in his magna usus est fingendi licentia. Probabiliora duxi Urs. supplementa, praeter verba v. 33. posita: *tum aeque atque auspici-o*, quae omisi.

p. 273. Qu. XIII, 9, 1. v. redantruare. Versus in cod. hic est:

Praesul ut ampiruet, inde vulgus redamplavit at.

In priori eius parte Scal., postquam in Coniect. in Varr. p. 31 (55) *amburvat* coniecerat, in annot. Festi corr. *amptruat*. Lectionem *ampirvat* defendere conatur Varges in Museo Rhen. phil. T. III. p. 62., parum idoneis documentis, me iudice. Posterior eiusdem versus pars apud Nonium p. 165, 17. Merc. sic legitur: *ut vulgus redandruet inde*. A. Aug. in mg. et Urs. apud Festum nihil nisi *redantruavit* reponere iubent. Scal.: *inde et volgu' redamptruat olli*; hunc sequitur Dousa. Merula totum versum sic refingit: *Praesul ut amptruet hinc, et vulgu' redamptruet inde*. Mihi cum ea certa esse videantur, in quibus Festus et Nonius congruunt, et reliqua quam lenissima manu refingenda: hunc fuisse arbitror Lucilii versum:

Praesul ut amptruet inde: ut volgu' redamptruet ollim.

Ollim, quod illim est, unde addito ce illinc ortum est, facillime poterat librariorum ignorantia ita corrumpi, ut factum est. Caeterum in emend. lect. nonnullas literas mutavi, quas nunc video servari posse.

ib. Qu. XIII, 9, 26. v. reus. Quod in Festi cod. habetur *diffensus*, Urs. mutavit in *diffinsus*, quia apud Ulpianum in eadem lege *diffisus* legitur. Quidam, sed minus boni, Digestorum libri habent *diffusus*, unde Scal. suum *diffunsus* duxisse videtur. Omnium autem aptissimum est illud *diffensus*, neque aliud quicquam in XII tabb. fuisse existimo: cum significatus verbi FENDO, unde offendo, defendo, infensus, infestus, confestim, festino descendunt, quibus illud ostenditur synonymum fere fuisse feriendo et trudendo, melius huic rei conveniat, quam findendi aut fundendi notio. Quod posteriorum temporum usu diceretur: eam ob caussam dies differetur: maiore cum vi nec sine emphasi quadam sic pronunciabatur: eo dies diffensus esto. Punctum, quod post haec verba ponebatur in Festo, delevi: nam ipsa res ostendit, argumentum, quod e XII tabb. petebatur, nondum esse absolutum.

ib. Qu. XIII, 10, 17-20. v. ravi. Urs. supplevit:

. . . . . *Ravi coloris, ravistelli appellantur - a Plauto, qui sunt inter flavos et caesios. ravo sub con* - . . . . . *quod genus hominum - pessimum est. Idem in Epidico*:

Quod legitur v. 19. *con* in mg. Urs. coni. fuisse *colore*.

p. 274. Qu. XIII, 11, 21. v. ratitum. *Antonius* a Scal. intelligitur Gnipho, recte, ut videtur. A. Aug. quidem haec de M. Antonio triumviro dicta putavit, coll. Plinio N. H. XXXIII, 9, 46. §. 132.: sed non video, quid de huius adulterinis numis hic dici potuerit. Supplementa Urs. vv. 23 . . 29., quae omisi, haec sunt:

quod ratis appellatio tertiae parti-s assis sit, quinae autem, aut alius partis - nulla sit, sed secundum numerum, ut sex-tans. nec hac re ratem dici solere, nisi de terno: - ac legibus Numae unam ratem triente sig-nificat. quod hi penderentur trientes, cum ra-tio cum his putaretur, quibus solvendae res es-sent.

Quod Urs. v. 26. posuit, *legibus Numae*, correctum est e *legionum unam*, quanquam idem est in vg., in qua ante *ac* plene interpungitur. Notare oblitus sum, v. 28. *ratio* esse integrum in vg.

ib. Qu. XIII, 11, 33. 34. v. ravim. Caecilii versus sic expletur ab Urs.:

Prius
ad ravim poscaris, quam placen-tam feceris.

Haec Urs. supplementa Dac. corrigit, quasi e codice desumpta essent, cum *poscaris* mutet in *procaris*, ac *placentam* in *placentem*. Etiam Bothius et Spengelius additamentis illis nimiam tribuere videntur auctoritatem. Nihil revera est, cur vel *placentam* vel *placentem* hic fuisse credamus. Grauert. Anal. p. 73. iure meritoque taxat criticos, qui Caecilio, quae Ursini sunt, attribuerunt, sed fallitur, cum correctionem *procaris* Scaligeri esse dicit. Ita saepius summus criticorum propter vicinitatem cum infimo confusus est.

ib. Qu. XIII, 12, 9. v. Ratumenna. Eadem fere, quae Festus, narrant Plinius N. H. VIII, 65. Plutarch. Public. 13. Solin. 45, 15. De quadrigis autem in culmine Capitolini templi collatis acute nuper disputavit G. A. Becker. de com. Rom. fabulis p. 30 sqq. Quod legitur v. 11. *Etrusci generis iuvenis Veis (Veiis)*, ne quem offendat, locutio erat quotidiano usu a Romanis trita, ut legitur in titulis militaribus *Sex. Pilonius Benevento*, et eiusmodi multa.

ib. Qu. XIII, 12, 21. v. reciperatio. Hanc Festi explicationem plures Vv. Dd. nuper tractarunt, diligentissime Ed. Huschkius in I. Huschkii Anal. literarr. p. 208 seqq. et in Richteri Annal. critt. 1837. fasc. X. p. 868 sqq.: a quo in hoc uno discedo, quod non dubito, quin

recipero a capiendo eodem modo formatum sit, quo genero ab antiquo geno et tolero a TOLO. Graecorum ἀπὸ συμβόλων δίκας cum recuperatorum iudiciis iam comparavit Turnebus Advers. VI, 18.

ib. Qu. XIII, 12, 27. v. reciprocare. Pacuvii versus sic leguntur apud Urs.:

Pacuvius in Teucro. Rapido, reciproco, percito, augusto, citare, rectem, reciprocare. unde eque gremiis sub iectare, adfigere.

neque aliter in cod. scriptos esse accepi, modo memineris, interpunctionem, maxime leviorem, ab Urs. esse additam. Ac Scal. quidem correxit:

Pacuvius in Teucro:
Rapio, reciproco, pedem cito aut ultro citro restem.
Reciprocare, sursum deque gremiis subiectare, ac adfligere.

Hugo Grotius primus vidisse videtur, duos hic confusos esse diversos locos, quod dubitare non sinit duplex verbi reciproco mentio. Hic refinxit:

Rapido, reciproco, percito, angusto freto:

et Mercatore:

Reciproca te, nudisque genibus subiectare, adfigere.

Ger. Io. Vossius propius ad verum accessisse videtur, cum in literis illis ERECTEM Orestis vel Dulorestis nomen latere intelligeret ac versum utrumque sic constitueret:

Rapio, reciproco, percito, agito ultro, citro

et:

Reciprocare inde, eque gremiis subiectare, adfligere.

Mihi illud: AUGUSTO fuisse videtur ANO ULTRO, i. e. *animo, ultro*: extremum autem vocabulum a Paulo, qui Pacuvii versus non intellectos, et valde truncatos, sed ita tamen reddidit, ut in codice suo scriptos reppererat, partim rectius puto exhiberi. Sic refinxi:

Rapio, reciproco percito animo ultro citro.

et in Oreste:

Reciprocare undam, eque gremiis subiectare ac fligere:

quo tetrametro versu remigum labor egregie describitur. De verbo fligere v. Nonius p. 110, 29. Ac video in hoc versu restituendo me non multum discrepare a Bothio. Quae C. Barthius Advers. XXXVIII, 11.: *augustito*, et: *Citare restem, reciprocare, unde et sphaeristeriis, subiectare, adfligere*, nullius pretii sunt. Neque G. Hermannus satis perspexit, cui fundamento in his versibus restituendis insistendum esset, cum nuper in dissertatione de Aeschyli tragoed. fata Aiacis et Teucri complexis p. 20. eos hoc modo scribendos opinaretur:

rápide percitam áestus ocitér ratem
réciprocare, undáeque e gremiis súbiectare, affligere.

p. 277. Qu. XIII, 13, 20. 21. v. refriva faba. Verba *datantes tevirtico* Marinius, *Atti de' frat. Arvali* p. 202., frustra explicare conatur ex Arvalium tabula 41. l. 27. Non enim possunt non esse corrupta. *data enim est et tritico* coni. Scal. *e tritico* em. Turneb. Adv. XIII, 25. cf. VI, 18. et Urs. At quid fabae refrivae cum tritico? Urs. etiam *revertantur* scribendum esse coniecit. Quae proposui: *quasi revocans fruges, ut domum ditent: ea est virtute ad rem divinam faciendam:* ita intellexi, quasi haec faba, quae ex segete relicta domumque esset reportata, cum in sacris adhiberetur, arcana quadam virtute reliquas omnes, terra conditas, ad se vocaret, largamque sic pararet messem.

ib. Qu. XIII, 13, 30. v. remeligines. *Remeligines* in *remoragines* mutandum censuit Lambinus, a Dac. laudatus: sed Latinis etymologis condonari potest, quod remeliginem a remorando dictam putarunt, etiamsi aptissimum etymon in promellere, quod ipse Festus supra Qu. XII, 22, 24. explicuerat, in promptu erat. Nec non ab eadem radice MEL orta sunt nomina remulcus et promulcus, de quibus dictum a Festo Qu. XIII, 14, 33. et a Paulo p. 123. Isidori Glossae: *Remilicines, remoratrices.*

ib. Qu. XIII, 14, 6. v. Remurinus ager. Distinguendus diligenter Remurinus ager circa Remuriam sive Remoriam, quae ad Tiberim circa XXX stadiis ab Urbe fuit (v. Dionys. Hal. I, 85. et Stephan. Byz. v. Ῥεμουρία), et Remoria, quae in ipsa Urbe in Aventino monte sita fuisse traditur. Cf. Niebuhr. H. R. T. I. p. 228. Ῥεμώνιον hoc dicit Plutarchus in Romulo 9., sicut Paulus illum locum *Remonam* appellat. Vix tamen dubitari potest, meliorem nominis utriusque formam esse Remoriam, et sic dicta esse inauspicata et infausta loca, a remoribus avibus, quarum appellatio paulo inferius explicatur. Aventinum enim, constat, extra pomoerium et infaustis auspiciis fuisse infamem. Hinc omnem pendere de Remo fabulam facile est intelligere. Urs. supplementa vv. 8 . . 12. non possunt placere:

Remu-ria item in Aventino dicta. namque Aventinum, - in quo habitaret, elegisse Remum dicunt. Unde vocitatam - aiunt Remuriam locum in summo Aventino, ubi de urb-e condenda fuerat auspicatus. alias Remorum† qu-ondam eum locum appellatum fuisse . . .

Remorum mutandum putat in *Remorium* vel *Remonium*.

ib. Qu. XIII, 14, 19. v. rimari. Ex misero Enniani versus frustulo, quod hic superest, et versu a Schol. Cruqu. in Horat. Ep. I, 13, 10. servato Merula Enn. Ann. XI, 21. haec conglutinavit:

rimantur utrique
Silvarum saltus, lamas, latebrasque lutosas.

At nulla huius inventi fides est.

p. 278. Qu. XIII, 15, 6-20. v. regifugium. In hoc articulo restituendo maxime sequenda erant, quae et ipse Verrius in Kalendario Praenestino ad IX. Kal. Apr. disputavit: [*Q. R.*] *C. F. hunc diem ple-*

rique perperam interpretantes putant appellari, quod eo die ex comitio fugerit [Tarquinius rex. n]am neque Tarquinius abiit ex comitio, et alio quoque mense (intellige IX. Kal. Iunias) *eadem sacra fiunt:* et quae ex superiore loco Qu. XII, 27, 16. Q. R. C. F. enucleari possunt. Cf. annot. p. 259. et Supplem. annott. p. 399. Itaque secundum Verrii doctrinam, eamque, ut mihi videtur, verissimam, distinguenda sunt duo inter se diversa genera dierum, alterum Quando rex comitiavit, fas, quod ad Regis sacrificuli sacra in comitio obeunda spectat, cuiusmodi dies erant IX. Kal. Apr. et IX. Kal. Iunias: alterum Regifugium, quod non alio die quam VI. Kal. Mart. celebratum est, quo die Tarquinium fugisse credidit Verrius, e comitio fugisse — si ulla fides illorum temporum memoriae — iure suo negat. In Kalendario Maffaeorum adscriptum est ad d. VI. Kal. Mart. REGIF. N.; nec discrepant ea, quae Ovidius narrat, F. II, 685. Ad hanc sententiam supplementa huius articuli conformavi, in quibus quae v. 20. posui, ea paululum immutanda erunt, si supra, Qu. IX, 14, 17. v. NP., recte statuimus ea nota significatos esse nefastos posteriores, non priores. Sed eam ipsam rem, in Supplem. annotatt. p. 387., confessi sumus quam maxime videri dubiam.

Longe aliam ei articulo sententiam subiecit Urs., cuius supplementa haec sunt:

. . Regifugium dies notatur in Fastis - VI. Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dict-us, quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit; - quod falsum esse arguit Cincius in libro Fastorum, - et Iulius de feriis, qui Saliares virgines, et - Salios adesse dicunt Regi sacrorum, cum facit sacri-ficium in Comitio, quo facto, statim fugit. quod verum cog-noverit esse, qui legerit in Fastis dies tales, qua-les notantur sic. Q. REX. C. F. idest - quando Rex comitiavit, Fas; id est ad comitium it-at: his enim tantum feriis Regi sacrorum in Comitium, - nec in aliis ire licet. qui mos videtur ascitus ex E-truria Regifugium item dies notatur in Fastis, - Kal. Iuniis. qui dies, quia totus nefastus non est, - legi debet cum nota N'. non N. quod ille dies sit - e nefasto fastus.

In quibus cum multa cum Verriana eaque vera doctrina non congruant: tum hoc mihi notandum venit, commune quidem vitium Scal. et Urs., quod ipsas Kal. Iunias pro Regifugio habent. Nam licet his Kalendis Iunius Brutus post pulsum Tarquinium Carnae sacrum fecisse diceretur (v. Macrob. Sat. I, 12.): Regifugium tamen ab hoc die alienum est.

ib. Qu. XIII, 15, 24-30. v. regiae. Urs. supplem. haec sunt:

Regiae feriae dictae videntur, q-uae fiunt fori, conventus, et nundinarum causa in - civitate aliquem per sacerdotem, qui sit regia mai-estate. sed non semper ob hanc unam causam tant-um, quia homini talis maiestatis cura datur etiam, cum expiatio - ictus fulguris fit, aut in procurando portento simi-li, quo regiae feriae fieri etiam solitae sunt.

Quae omnia vix satis apta, nedum certa aut verisimilia sunt, quanquam e v. 29. fragmento intelligitur, regiarum feriarum explicationem eo usque fuisse continuatam. Hoc autem feriarum genus alius non commemorat scriptor: opinor tamen, regias ferias maxime propter regale fulmen haberi solitas esse: ac regalia fulmina dicebantur, quorum vi vel comitium vel principalia liberae urbis loca tangebantur, ut ait Seneca N. Q. II, 49.

ib. Qu. XIII, 15, 31. 32. v. reglescit. Hic est versus, quem Urs. Plauto supposuit:

vix supersum dolori, qui in dies va-e misero mihi ac perdito, reglescit magis magisque.

p. 281. Qu. XIII, 17, 5. 6. v. repotia. *Pacuvius in Iliona:*

Ab eo Depulsum mamma paedagogandum accipit Repotiali lacte.

Ita volebam haec legi, interpretatione petita ex Hygini fab. 119.: *Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Ilionae filiae suae dederunt eum educandum, quae Polymestori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio suo educavit: Deiphilum autem, quem ex Polymestore procreaverat, pro suo fratre educavit.* Itaque repotiale lac intellexi Ilionae nutrices mammas, quae post Hecubam Polydorum alebant. Bothius quod *ab eo* in *adeo* mutat, et post *accipit* plene distinguendum putat: neutrum ei concesserim.

ib. Qu. XIII, 17, 8. v. repagula. *Ut ex contrario quae oppangantur* eo sensu dicta existimavi, ut quaedam ex altera, interiori parte pangantur, quibus non dimotis repagula non possint laxari. Repagula enim apud antiquos, constat, eo esse firmata, quod in contraria valvarum parte quaedam obiecta et affixa essent, de qua re nuper diligenter dixit Becker. in Gallo T. II. p. 256. Frustra Dac. laborare videtur, qui corr.: *ut ex contrarioque* (sic) *oppangantur et repangantur.* Forcellinus in Lexico memorat lectionem: *ex contrario quoque oppandantur.*

ib. Qu. XIII, 17, 27. Afranii versum, qui in cod. hic est:

Repastina serati senex fugis,

Turnebus in Advers. XIII, 25. sic corrigit:

Repastinare sero tu senex fugis.

Hunc sequitur Urs. Scal. duplicem restitutionis modum proponit:

Repastinasse ratus sentes fugis,

vel:

Repastinatas crati sentices fugis.

Dac. tentat:

Repastinasse ratus tu senex fugis,

quo metrum videtur adiuvare voluisse. Bothius novo conamine:

Repastina, sere Atti: sic senex fuas.

Neukirch. de fabula togata p. 248.:

Repastina, sere Atti, dum senex fugis.

Quae ipse proposui:

Repastinasse aetatem tu senex fugis,

eadem metaphora dicte putavi, qua Tertullianum saepe uti constat, velut Anim. 50.: *repastinare vitis modo vitam aetate renovata*, quod doctissimum hominem sine exemplo priscorum scriptorum ausum esse vix crediderim.

ib. Qu. XIII, 17, 29. v. reluere. In nomine Caecilii fabulae *Carine* Festus sibi constat, v. Qu. XIV, 21, 10. v. stalagmium. Ac recte eam dici Carinen, demonstrarunt Meinekius Menandri fragm. p. 91. et Spengel. Caecil. fragm. p. 5. 13.

ib. Qu. XIII, 18, 25. . . 19, 7. v. resecrare. Nihil magis dolendum, quam quod hunc de resecratione locum, rarae doctrinae monimentum, fortuna nobis integrum invidit. Pithoeus in Advers. I, 10. haec inesse putavit: *Resecrare solvere religione, ut cum reus populum comitiis oraverat per deos ut eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum resecrare, id est, populum religione solvere: scilicet ut ita demum populus religione teneretur, si is qui per deos oraverat insons innocensque esset.* Urs. haec in contexto posuit:

Resecrare, reso-lvere religione. utique cum reus populum co-mitiis oraverat per deos, ut eo periculo li-beraretur, iubebat magistratus eum resec-rare. Rursus autem, idem uti se liberarent, ins-istebat, et quod insons innocensque esset, cau-sabatur: et quod caput est, ne eidem iter-um dies diceretur, neve iterum animadverti sta-tuerent in eum, deprecabatur. cumque comitia esse-nt dimittenda. . . . . .

in quibus, paucis verbis mutatis, secutus est Scal., qui cum his coniungenda opinatus est illa, quae Qu. XIII, 26, 29-34. v. respici leguntur, et ab Urs., eodem Scal. auctore, sic reficta sunt:

cum peracto sacrificio, quasi finis imp-etratus esset, et quasi forent comitia perfecta, sum-i tunc reum iubebant sacerdotes suo more, alii-sque peractis iuxta consuetudinem luci, in quo sacra fa-ciebant, reo a calatoribus ingeniculato, - atque ita inclinato vinum in caput infun-debant solemni cum precatione.

Quae uno tenore esse coniungenda, nescio quo casu in diversos articulos distracta, vix concedi posset, si etiamnunc sic concepta in libris msptis extarent: nedum in fragmentis misere truncatis, qui apertum facilioribus coniecturis campum relinquunt. Ubi Urs. posuit: *aliisque peractis*, Scal. voluerat: *a lictoribus, et.* Dac. ne videretur prae tantis coniectoribus plane stupidus esse et hebes ad artem divinandi, sibi id sumpsit, ut affirmaret literas illas, quae Qu. XIII, 19, 4. 5. solae restant: . . . . *ut*, et . . . . . *dica*, medium quidem findere caput de resecrando, sed pertinere ad rem comperendinatam, eique sic esse annectendas: *ita ut uno tantum interiecto die res iudicetur.* At hoc est, Festi libro, eximio vetustatis monimento, cum ludibrio et contumelia insultare. Quae in ea re certa vel probabilia haberi possint, paucis dicam. Certum est, resecratione tolli solitam esse religionem obsecrationis, uti si quid deos hominesve obsecravisset aliquis, id resecrando irritum fieret. V. imprimis Vales. in Ammian. Marcell. XXIV, 6, 17. p. 81. Wagner. Glossae Labb.: *Resecro*, ἀντιβολέω, non male, nam resecratio nova et contraria est obsecratio. Iam apparet, Paulo maxime comparato, reum, qui populum in comitiis per deos oraverat, quo minus condemnaretur, hunc resecrare coactum esse, ne populus neglectae obsecrationis religione teneretur. Ob eandem caussam supplicationes illae institutae sunt, a quibus supplicia dicta esse intelligitur ex Festo Qu. XIV, 14, 6. v. supplicium. Ac fieri poterat, ut reus in resecratione etiamsi ipse insons *innocensque esset*, populum a piaculo liberaret, accusatorem solum caussaretur, similiter ut Athenis, qui in caussa homicidii in Palladio vicisset, si iniuria vicisset, se detestari, iudicibus autem optima quaeque apprecari cogebatur. V. Aeschin. de falsa leg. §. 87. Sed haec in dubio relinquo: confidentius autem affirmo, ea quae Qu. XIII, 26, 27. leguntur, non ad reum damnatum, sed ad absolutum pertinere, qui in Capitali luco expiandus erat, quoniam Paulus p. 50. haec scripsit: *Capitalis lucus, ubi, si quid violatum est, caput violatoris expiatur*, ac *luci* mentio v. 31. manifesta est. Ac fuisse crimina, propter quae etiam absoluti rei expiandi essent, ostendit narratio de sororio tigillo, Qu. XIV, 1, 24. cf. Qu. XV, 22, 2. v. subici. His rationibus permotus ea, quae Qu. XIII, 26, 27. post v. respici leguntur, sic fere restituerim:

||Respici avis - tum dicitur, cum peracto sacrificio quasi finis imp-etratus est. ||Reo absoluto, post comitia perfecta, sum-tis verbenis ac combustis sacerdotes suo more, aliisque - peractis propter religionem luci, in quo sacra fa-ciebant, reo a calatoribus ingeniculato - atque deos obtestanti vinum in caput infun-debant solenni cum precatione.

Quod legitur v. 27. 28. *sacri-ficio*, nescio an *aus-picio* fuerit. V. 28. in vg.: *impe* est.

p. 282. Qu. XII, 19, 31. 32. v. reserari. Urs. haec finxit:

Pacuvius in Armorum iudicio. Nunc - pandite valvas, removete seras, ut - complectar.

ib. Qu. XIII, 20, 4. v. refert. Manifestum est, Verrii aetate *meā rēfert* Romanos ita pronunciasse, tanquam *mea re* ablativo casu posita essent. Verrius autem existimat, olim dativo casu dictum esse *meai rei fert*, hinc multo usu ortum esse *mea refert*. Nec temere ille; certe Lind. non recte ultimam syllabam pronominum *mea, tua* productam esse censet propter elisum d paragogicum, id autem etiam in accusativis neutrius generis pluralibus reperiri, velut in *ead*, et *privileciad*. Hoc enim, quod ex XII tabb. se promere testatur, Gothofredus aliique novicii homines scripserunt, non decemviri: *advorsum ead* autem in SC. de Baccan. non aliam habet structuram ac praetereā, posteā, intereā. Verrianum autem *rei fert* non multum discrepat a Catoniano *rei est*, de R. R. 3.

ib. Qu. XIII, 20, 21. v. retricibus. Asinaria via ex porta cognomini (*porta San Giovanni*), secta via Latina Appiaque et Egeriae valle, in Ardeatinam viam ducebat. Ita designatur a I. H. Westphal *Römische Kampagne* p. 16. Haec cum ad ea, quae Festus de retricibus illis narrat, confero, eandem aquam suspicor intelligi, quae Egeriae vallem perfluit.

p. 285. Qu. XIII, 22, 1. v. religionis praecipuae. Universum hunc articulum, Romanae historiae, donec integer extabat, insigne monimentum, ad certos spectare censores, vidit A. Aug. Post hunc Urs. eximio acumine perspexit, omnia religionis a censoribus observatae exempla petita esse ex decem continuis lustris inde ab anno u. c. DLXXIV. usque ad DCXXII.; idemque diligenti studio, quae Festus in his decem censuris laudare potuerit, investigavit. Mihi ab eo in paucis secedendum videbatur, quae partim in annot. indicavi, partim horum lustrorum conspectui interseram. I. M. Fulvius Nobilior et M. Aemilius Lepidus, lustrum fecerunt L., anno u. c. DLXXIV. Cf. Valer. Max. IV, 2, 1. (Hic aliquantulum mutavi Ursini supplem. v. 5. 6.: *publicae rei causa - quae in pri-mis spectatur.*) II. A. Postumius et Q. Fulvius lustrum LI. a. DLXXIX. Cf. Liv. XLIII, 3. 28. III. Ti. Sempronius et C. Claudius lustrum LII. a. DLXXXIV. (Urs. suppleverat v. 16.: *qui . . . die dicta collegam Claudium - condemna-verat, fecit* etc.) IV. C. Aemilius Paulus et Q. Philippus lustrum LIII. a. DLXXXIX. V. P. Cornelius Scipio Nasica et M. Popilius lustrum LIV. a. DXCIV. VI. M. Valerius Messala et C. Cassius Longinus lustrum LV. a. DXCIX. VII. L. Cornelius Lentulus et C. (sive L.) Marcius Censorinus lustrum LVI. a. DCVI. VIII. P. Cornelius Sc. Afric. et L. Mummius lustr. LVII. a. DCXI. (Eadem, quae a Festo, narrantur a Cicerone de Orat. II, 66, 268.). IX. Q. Fulvius Nobilior et Ap. Claudius Pulcer lustrum LVIII. a. DCXVII. (In cod. servatum est *ci*, quo Urs. adductus coniecit, T. Annium Luscum, cos. a. DCXXV., Fulvii fuisse in censura collegam. Dac. substituit Q. Fabium Maximum. Sed Dio Cassius fragm. Peiresc. 84. vincit, cum Fulvio censorem fuisse Ap. Claudium Pulcrum: quapropter suspicor, illud *ci* in cod. fuisse *cri*. Ursini errorem notavit Reimarus in Dion. p. 36. X. Q. Pompeius et Q. Caecilius Metellus Macedonicus lustrum LIX. a. DCXXII. (In iis, quos Metellus senatu movit, C. Attinius Labeo erat. V. Plin. N. H. VII, 44. §. 143.)

† ὁ συνδέκαρχος ἀντὶ λείστου? — cf. Ligorius ad Fast. p. 200.

p. 286. Qu. XIII, 23, 20-28. v. Romanos. Haec Urs. sic refingere voluit:

Contendunt Grae-cos, Graios memorare solent sos, quod Graeca lin-gua longos per temporis tractus gentibus H-esperiae. Non Romanos ait Graece locutos, - cum Romulus urbis conditor verbis linguae Lati-nae locutus sit, sed quod olim lingua Graeciae - gentis fuerit eadem cum Latina, parum prola-tione mutata. hoc autem verum esse ind-icat origo eius, quae videtur quasi Graecae u-surpatio.

ib. Qu. XIII, 24, 1. 2. v. rigido. Ennii versus sic a Festo h. l. et altero, Qu. XIV, 3, 7., et Paulo inferiori loco redditur, ut omnes formas uno sub conspectu ponam:

I. *Unum usurum surus ferre tamen defendere possunt*
II. . . . *rus surum* . . . . . .
III. *Unus surus surum ferret, tamen defendere possent.*

De ultimo verbo v. annot. ad Paulum p. 140. Quae si ipsa coagmentatione bonum et sensum et versum redderent, gauderem: sed non video, quomodo utrumque effici possit nisi vi quadam admota. Itaque conieci, notam illam fabulam (in fabul. Aesop. 171.) de sene, qui fasciculo fustium soluto singulisque fractis concordiae virtutem demonstravit, ab Ennio ita fere enarratam esse, ut ille cum dixisset: *suros singulos facile fregistis, singuli hostem nullum arcebunt*, ita pergeret:

In unum
Surum ad surum ferte: tamen defendere possent;

sed haec salvis melioribus. Cf. etiam Paulus p. 45. v. crebrisuro, cum annot.

p. 289. Qu. XIII, 26, 25-27. v. rica. Urs. ita:

patrimae, m-atrimae, quod caeruleo colore infectum lavetur aqua p-ura. Alii; quo Flaminica cingat pileum.

ib. Qu. XIII, 26, 27. v. respici avis. V. Supplem. Annot. ad superiorem locum Qu. XIII, 18, 25.

p. 290. Qu. XIII, 27, 1-18. v. remisso. In vg. quaedam paulo pleniora, alia minus plena leguntur: v. 1. *usus*. 7. *untur*. 12. *ando*. 15. *let*. 17. *elit*. Quae mutavi Urs. supplementa, sunt in v. 5.:

tunc si velit, discedere possit.

(neque habet v. 4.: *ita tamen.*) Deinde v. 8. . . 10.:

Ap. Pulcher, sed tantum in auspi-cio, quos postea dimittat is, a quo lege se-cures habitae sunt prius; quem et priorem esse ait

Quae resecui supplementa v. 11-18., hic habes:

quique eadem qu-oque lege significari, ut prior sit in auspi-cando dicitur, ut ait idem Labeo in libro de - officio Auguris. Potest autem Augur id et - in consilio facere, vel in alio, quo se-det loco; pullisque pultem edentibus solistim-um facit auspicium. potest etiam si ve-lit, intra pomoerium. sin autem, in te-mplo consistit.

ib. Qu. XIII, 27, 18-20. v. repertum. Urs. ita:

Repertum dicitur idem quod - amissum recipere, quasi repartum et re-paratum.

ib. Qu. XIII, 27, 20. v. rictus. Urs. v. 21.:

rixae, rixosae, ringitur.

et v. 23. 24.

ut commodius deductum videatur,

quod quid significet, parum intelligo.

ib. Qu. XIII, 27, 26-29. Urs. supplementa sic concepta sunt:

Sesopia in Augurali et Salia-ri carmine appellantur, quae alias eso-pia pro sedilibus dicere habemus nunc ad-huc in consuetudine.

ib. Qu. XIII, 27, 30. 31. v. susque deque. Urs. supplevit:

significat autem id - quod antiqui usque dicere soliti erant.

In vg. v. 29. *ens* (non *quens*) et 30. *uod* (non *quod*) est.

p. 292. Qu. XIII, 30, 1. v. solitaurilia. Vocc. *et liquidas* insiticia esse, id est ab Ursino non recte addita, censet Osannus Anal. p. 10.: quod antiqui liquidas a semivocalibus non distinxerint: verissime. Cf. Festus Qu. IX, 7, 6. et XV, 29, 4. Itaque scribendum: *mutas semivocalesque.*

p. 293. Qu. XIII, 30, 18. 19. v. sublicium. Urs. supplementa, quae vel mutavi, vel expuli, haec sunt, v. 18-22.:

quae non aliter Formiani - vocent, quam a nomine librorum: - et quae ab aliis auctoribus sublices voca-ntur, quod sub eis aqua liquens - laberetur, dictae.

et v. 26-28.:

quem liquidum - Sublicio tranat ponte amnem, et ab tab-ulis qui adhuc nomen retinet . . . . . .

p. 294. Qu. XIII, 31, 2-4. v. supervacaneum. Urs. ita:

quod sufficiat, satis-que sit familiae; quod autem supersit, super-vacaneum id dicitur.

ib. Qu. XIII, 31, 11. v. strufertarios. Formulam ad exemplum eius, quae est apud Catonem de R. R. c. 134., reposuit Scal., qui quod *Oro te* posuerat, Urs. in *Precor te* mutavit. Apud Catonem sic legitur: *Ferctum Iovi moveto et mactato sic: Iuppiter te hoc ferecto obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque meis domo familiaeque meae, mactus hoc ferecto.* Nam Iovi tantum ferctum, strues apud Catonem obmovetur Iano. In actis Arvalium fratrum, quae ipse Scal. iam adhibuit, legitur: STRUIBUS FERTISQUE et STRUIBUS ET FERTIS (corrupte EFFERTIS). V. Marinius *Atti dei frat. Arv.* p. 403. Cf. Festus Qu. XIV, 16, 25. v. strues, et Paulus p. 64. v. firctum.

ib. Qu. XIII, 31, 18. 19. v. silicernium. Urs. (non Scal.) ita:

quam alio nomine exsequium scriptores v-ocant. sed

(in quibus secutus est Placidi glossam: *silicernium, exequium*, quam apud Maium quidem non reperio) et v. 22:

quo - fletu familia purgabatur, quia cuius - nomine etc.

Cui in ea re obsecutus sum, quod *fletu* ex Paulo in Festi contextum adsciscendum putavi. Nunc tamen dubito, ac vereor, ne hoc Paulo peculiare vitium sit, cum in Festo facilius reponatur: *quo purgabatur letum familiae* (vel *in familia*). Purgari dicitur letum, ut nefas, scelus, similia; ac letum in ea re proprium et publicum quasi vocabulum, ut in illis: *ollus Quiris leto datus est.* Quam autem Dousa narrat se iuvenem a Fruterio huius loci emendationem accepisse: *quoius esu familia purgabatur*: haec novam plane rem in antiquitatem introducere videntur, farcimine quodam comesto purgatam esse familiam.

ib. Qu. XIII, 32, 27-32. v. scurrae. Quae Lucilium scripsisse finxi:

Corneliu' Publiu' noster,
Scipiadam dico, tempus quom torqueat ipsum
Oti deliciis, cum lucifuga atque cinaedo et
Sectatore adeo ipse suo (quo rectiu' dicas)
Ibat forte domum, sequimur multi atque frequentes.

versus sunt, quales Lucilius stans pede in uno ducentos fudit, quibus etiam illud *et* in exitu hexametri condonandum esse videtur. Neque absonum putavi praesens *torqueat*, cum quotidiani Scipionis mores describi videan-

tur. Quod autem Scipio cum hoc cinaedo et sectatore suo iracundius propter nescio quam rem expostulavit, ex iis quae Festus addidit, *ob eorum iurgia* secutos videri, intelligitur.

p. 298. Qu. XIV, 3, 3-6. v. surum. Urs. ita:

nam quia saepiebatur Cir-cus surculis, longum deligebant su-rum, tum poliebant ascia . . . . .

ib. Qu. XIV, 3, 10. 11. v. suremit. Haec Urs. sic constituit:

Idem - surempsit, usurpavit, pro p-uerum sustulerit.

Sed *puerum* coniungendum erat etiam cum *surempsit*, ut explicatio congrueret, nisi forte pro *puerum* antiquius vocabulum praeferendum videatur. Apertum enim est, antiquorum haec esse fragmenta versuum. Non recte tamen Merula ea in Ennii Ann. I, 82. posuit, quem liquidas iam geminasse constat (v. annot. ad Paulum p. 6. v. anus); hic autem apparet consulto *suremit* et *surempsit* simplici r scripta esse. Hoc vero Merula etiam magis erravit, quod *surempsit* indicativo modo positum putat, cum coniunctivus fuerit, ut sponsit, incensit, incepsit.

ib. Qu. XIV, 3, 12-27. v. Syrium non Scyrium. Quantum per caliginem obiectam dispicio, proverbium Graecum a Latino poeta usurpatum explicabatur, simile illi: *Οὐ Κεῖος ἀλλὰ Χῖος.* Syrus insula Pherecyde philosopho nobilissima erat, Scyrus infestissima piratarum domicilio. Forsitan hoc "*Scyrius, non Syrius*" acclamatum esse, tradiderint quidam, Pythagorae, Pherecydis discipulo, ut fama ferebat, qui a multis Tyrrhenus ex eorum gente, qui Scyrum, Lemnum, Imbrum incolebant, a Neanthe autem Syrius fuisse ferebatur. Clemens Alex. Strom. I. p. 352. Pott. Sed nolui imitari audaciam Urs., qui omnes hos versus 12-27. coniecturis replevit incertissimis, in hunc modum:

Surium . . . . cum dixit: qui ita appellatus - est, quod cum in Academia et Ly-cio nobilissimos inter excelleret, - atque ob eam causam, praestant-issimus semper habitus fuisset; i-nstituit, cum disputaretur, ut pri-mus sumeretur is, qui esset - ipso dignior. unde . . σκύριον καὶ οὐκέτι σύριον illum nominavi-t. quod si monitus esset, disputan-tem non numquam refellebat - Socratem, quas . . . . coniece-rat in librum a se scriptum, quem - inscripserat Scyrium, ob eum, cuius - gratia id appellaverat opus.

Quae ipse Urs. sic explicat, ut de philosopho quodam Festum dixisse existimet, qui natione Syrus cum esset, ne eo nomine male audiret, ut Syri, a Varrone sive alio Scyrius appellatus sit. De eo autem compositum librum ea de caussa *σκύριον* inscriptum esse. Quaerendum esse philosophi nomen vel potius historiam.

ib. Qu. XIV, 3, 34. v. summussi. Terentius quem Paulus posuit, cum removendus esse videatur, quoniam nullae eius fuerunt comoediae praeter illas sex: Scal. Coni. in Varron. de L. L. 54, 1. (p. 83.) non P. Afrum intelligi suspicatur, sed Terentium quendam Libonem. Sed in Varrone de L. L. VI. §. 50., quo nititur Scal., Terentius interim meliorum librorum subsidio expulsus est a Iuventio. Urs. substituerat Caecilium, quod incertum esse monuit Spengel. Caecilii fragm. p. 11. Longe probabilius Lind. reposuit Iuventium, eundem qui a Varrone de L. L. bis (VI. §. 50. VII. §. 65.) inter comicos laudatur: cuius nomen et apud Varronem priore loco et apud Gellium N. A. XVIII, 12. librariorum incuria in Terentium abiit.

p. 301. Qu. XIV, 6, 12. v. sospes. Urs. sic:

parentem et pa-triae di servate sospitem.

Non recte: nam hic Ennii versus exemplo ponitur consuetae significationis voc. sospes, qua salvum significat.

p. 302. Qu. XIV, 7, 9. v. sucerdae. Hanc lacunam Dac. e Nonio p. 175, 12. sic explet: *ut cum dixit Lucilius: fimo atque sucerdis*, vel: *fimoque sucerdis*, quae a Festo apposita non fuisse, ea quae supersunt demonstrant.

ib. Qu. XIV, 7, 14. 15. v. sucerdae. Urs. ita:

hom-inem, quem Sol in opicerdis aspici-t.

ib. Qu. XIV, 7, 15-22. v. Suburanam. Urs. supplementa haec sunt:

Suburanam tribum antea - Succusanam per c. appellaba-nt ex nomine regionis, nam parte-m illam quoque tradunt fuisse suc-cusanam dictam. Verrius autem ait se mi-ratum esse, cur non a nomine - pagi Succusani, in quo milites exercerentur.

ib. Qu. XIV, 7, 29. v. suggillatum. *Κύλον* cum Urs. scripsi, non dubitans, quin *κοῖλον*, quod illius loco etiam in Graecis scriptoribus

nonnusquam legitur, ex vulgata vocalium *v* et *oι* confusione ortum sit. Videntur autem maxime *oculi ex ictu suffusi cruore*, ut apud Plinium est (N. H. XXXI, 9, 45.), dicti esse *suggillati*; eaque appellatio, ut Graecum ὑπώπια, postea translata esse ad totum corpus.

p. 305. Qu. XIV, 11, 4. v. subsidium. *Subsidum* ex Santandreana (quam Lind. expressit) in meum contextum venit; Romana, ad quam cod. denuo collatus est, habet *Subsidium*, ut vg.

ib. Qu. XIV, 11, 16-22. v. subsolaneae. Quae resecui Urs. supplementa, haec sunt:

Subsolaneae
quae sunt sub solo re-s appellantur;
nec ad unius nomen - rei solum conferunt;
subsolanei enim dicuntur, qu-i infimum
solum colunt: ut qu-i in terram, super-
solanei. dicitur inde soli-dum, imum
solum; rursus quo planta pedis - innititur.

p. 306. Qu. XIV, 12, 17. Ad dirimendam litem, scribendumne sit in Ennii versu cum Cicerone *quem invocant omnes Iovem*, an cum Festo *quem vocant*, facit Probus, qui in Virgil. Ecl. VI, 31. et ipse *quem vocant* affert.

p. 309. Qu. XIV, 14, 6. v. supplicium. Discessi ab Urs. in his, v. 8. 9.:

quod - in usu sit, ut dicamus
haec deorum, - illud hominum; cum su-

et v. 21.:

patrim-oniumque, cui delibatum esset

et v. 23.:

ut - quia tunc in Forum suppli-
candi causa - prodiret Rex sacro-

quae cum Urs. scriberet, parum memor erat, Regi sacrorum non nisi diebus Q. R. C. F. forum et comitium adire licuisse.

In refingendo v. 27. Urs. usus est Isidoro Origg. V, 27., quem sua Verrio debere probabile est: *Supplicium proprie dicitur non quo quis punitur, sed qui ita damnatur, ut bona eius consecrentur et in publicum redigantur. nam supplicia dicebantur supplicamenta; et supplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid deo.* Cf. VI, 18. Ab Isidoro sumpsit etiam illud: *cui delibatum esset*, sed eo minus commode usus est.

ib. Qu. XIV, 14, 32-34. v. sufes. Urs. ita:

Non ne vobis I-udices ignem
et fumus prosequi - et flamma
videtur.

p. 310. Qu. XIV, 15, 14. 15. v. supparus. Urs. supplevit:

Velum - omne quod
ex lino est, dicitur sup-parum:

sed apparet hic fuisse Pomponii, Atellanarum scriptoris, versum.

ib. Qu. XIV, 15, 21. 22. v. supparus. Urs. male:

expansa. Mulier vi-detur puella
supparo induta, ut Afran-ius ait.

ib. Qu. XIV, 16, 5. v. Sutrium. Plauti in Casina III, 1, 9. versus nunc ita leguntur:

Sed facito dum memineris versus quos cantat Colax: cibo
Cum suo quiqui, facito, uti veniant, quasi eant Sutrium.

Colax habetur pro persona Naevianae fabulae. Pro *memineris* in Festi cod. est *merula per*: sed *memineris* correxerunt A. Aug. in mg. et Urs., nescio an parum certa emendatione: saltem numeri nondum integri sunt. Scal., mirifico invento, *merula parae*, i. e. parrae, scripsit, ita ut merula versus illos cantare dicatur. Etiam in reliquis verbis vitiosis A. Aug. et Urs. Festum Plautini versus receptae lectioni accommodant. In secundo versu Scal. *cum cibo, tum quiqui facito*, A. Aug. in mg. et Urs. *cum cibo, tum quoque eos* scribendum putat; Lind. hanc eius formam genuinam esse putat: *cum cibo suo quique, facito, veniant, quasi eant Sutrium*, probabiliter.

p. 313. Qu. XIV, 18, 25-29. v. stirpem. Urs. supplementa haec sunt:

t-radunt familias quo-
rundam Rom-anorum, Troiano stirpe ante
conditam Rom-am procreatas. Idem Li-
vius. Ostrymon - quendam memorant
Graio stirpe extitisse.

Graves in his errores sensit etiam Osannus Anal. p. 32.

p. 314. Qu. XIV, 19, 8. v. stipes. Quae Urs. supplementa sustuli, haec sunt, v. 10-12.:

quam fecerit, qui stip-ite ostium
impulit, vestram impl-oro fidem, qui
adestis . . . .

v. 14-16:

percussit la-tus, ut revolso
stipite miles, qui iactu vali-
do percussit parmam.

ib. Qu. XIV, 20, 4-6. v. strigem. Averruncatorii huius carminis priorem versum Turnebus Adv. XIV, 1. sic refingit:

Στρίγγ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν στρίγγ' αὐτίκα λαόν.

Scal. sic:

Στρίγγ' ἀπόπομπον νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ' ἀπὸ λαοῦ.

Cui Alberti in Hesych. T. I. p. 478. accessit. Sopingius in eodem Hesychiano opere T. I. p. 220. corrigit:

Σύῤῥ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν τὰν στρίγγ' ἀλαῶπιν.

Hadr. Iunius a Dac. laudatus *νυκτινόμαν* coniecit: reliqua uterque imperitius. Lind. hanc eiusdem versus formam proposuit:

Στρίγγ' ἀποπομπεύειν τὰν νυκτιβόαν . .

omisso altero *στρίγγα*. Mauritio Hauptio, quem in consilium vocaverat, placuit *τὰν στρίγγ' ἀπὸ λαῶν*.

Alterum versum, qui non integer esse videbatur, Turnebus interposito voc. *ἐνθένδε* ante *ὠκυπόρους*, Scal. addito in fine *ἔλαυνε* suffulsit (quod placuit Guyeto in Hesych. T. I. p. 478.); uterque *ἀνώνυμον* scribit. Haupt. et Lind. *στρίγγ'* ante *ὠκυπόρους* interponunt, et *ἀνωνύμιον* retinent. Possis hunc versum facili machina in pentametrum convertere, si *ἀνωνυμίαν* et in fine *ναῦς* (vel *νηῦς* collato Etymol. M. p. 437, 51.) scripseris. Sed praetuli hanc duorum hexametrorum restitutionem:

Στρίγγ' ἀποπομπεῖν, νυκτικορώνην στρίγγ' ἀπὸ λαῶν,
Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἐλαύνειν.

In quibus *ἀποπομπεῖν*, ut *ἀποδιοπομπεῖν*, de averruncandi piaculique procurandi ritu aptissime dici videbatur (cf. etiam Hesychius v. *ἀποπομπεῖν*): *νυκτικορώνην* autem fictum est ad analogiam *νυκτικόρακος*, quo nomine bubo dicebatur, ut *νυκτιβόας* (v. Hesych. v. *στρίγλος*, et cf. v. *γλαύξ*), ut inconcinnum illud *τὰν* vitaretur. Quod autem noctua a civitate in naves mittitur, inde interpretor, quod cum noctua in terra mala portenderet, in navali tamen proelio fausta significare credebatur. V. Diogenian. Prov. III, 72. 93. cum aliis paroemiographis, coll. Schol. in Aristoph. Eqq. 1102. (1091.) et Vesp. 1124. (1081.).

p. 317. Qu. XIV, 21, 30. v. stuprum. Naevianorum versuum formam explicui in Suppl. Ann. ad Qu. XII, 15, 2.

ib. Qu. XIV, 22, 14-21. v. stultorum feriae. Urs. ita v. 14. 15.

qu-od eo die Quirino sacrificant ii, - qui solemni die aut

et v. 20. 21.:

atque quod suis non fecerant, quibus p-ermittebatur feriis, sacrum faciebant.

ib. Qu. XIV, 22, 26-30. v. sanctum. Haec sunt Urs. supplementa:

plerique autem, - quod ei, qui id violavit, poena sit multa-ve sancita, sed ponitur pro - sacro tantum. Unde et sanctio dict-a legum: sancta item et rogatio: quique c-ontionem rogavit, Tr. pl.

In his *sed ponitur* correctum est pro *se ponetur*, et *quique* pro *qui*. At quis rogationem sanctam fuisse dixit? Macrobius certe, ad quem Urs. in annot. provocat (Sat. III, 3.), non dixit.

ib. Qu. XIV, 22, 24. v. sanctum. Aelium Gallum video Stiloni hic praelatum esse etiam ab Heimbachio de Aelii Galli fragm. p. 47. et Van Heusdio de Aelio Stilone p. 24.

p. 318. Qu. XIV, 23, 4. v. sol. Unum me retinet, quominus huius loci restitutionem, quae Scal. potissimum debetur, probandam existimem, literarum ordo. Quid enim unum *So* inter toties repetitum *Sac*? At enimvero de Sole et Apolline dici manifestum est. Nihil relictum nobis video, quam ut haec cum iis novo quodam artificio coniungantur, quae de saccomoro, i. e. sycomoro, superius leguntur: nimirum ut fingatur, sycomorum Horo dicatum fuisse, qui ab Aegyptiis idem dictus sit Sol et Apollo.

ib. Qu. XIV, 23, 19-25. v. sacrem. Urs. supplementa, quae repudiavi, haec sunt:

. . . . . sac-rem in sinu mactavit. ponitur ali-quando pro hostia. Ennius. fuso sangui-ne sacrem. Sacrificium quod pro uvis pr-imis fiat, appellabatur ab antiquis sa-crima: est autem, ut Aelius Stilo et Clo-atius dicunt, mustum etc.

p. 321. Qu. XIV, 26, 8-27, 9. Urs. supplementa, pleraque a Scal. accepta, haec sunt:

Sanates quasi sanati appella-ti, id est, sanatae mentis. Sulpicius - autem Rufus, Sanates, et Opilius - Aurelius existimant dici inferio-ris loci gentes, ut Tiburte-s, et alios, qui cum populo Tibur-te habitarunt in agro Tiburti, ide-st peregrinos, inferiorisque loc-i gentes. itaque scriptum est in XII. Nex-o solutoque, forti, sanati-que idem ius esto: idest bonor-um, quod et peregrino, qui et infe-riorum coloniarum, quae sunt - deductae in Priscos Latinos, - quas Priscus rex inegerit secundum - mare, supra et infra Romam, in c-ivitates Latinorum, eosque sanat-is, propterea quod

praeter opinio-nem eos paravisset, sanavisse-tque, et cum eis pacisci potuisset, no-minavit; ut ait Cincius l. II. de - officio iurisconsulti. ne Valerius - quidem Messala in XII. explanatio-ne id omisit. qui tamen in eo libro qu-em de dictis involute inscribit, for-tis et sanatis duas gentes finitimas - esse ait, de quibus le-gem hanc scriptam esse, qua cautu-m, ut id ius manifesto, quod populu-s R. haberent. neque alios, quam for-etos, et sanates eam legem sig-nificare existimat, hoc intellec-tu. multi sunt, quibus quod alias pla-cuit, displiceat postea: ideoque ai-t. sanati facti significare sa-nati insani.

In quibusdam Scal. sensui melius consuluerat, sed ita ut literas et codicis spatia minus attenderet, ut cum scribit col. 26, 20.: *Sunt qui intelligunt colonias, quae sunt deductae in priscos Latinos.* Idem v. 30.: *ut auctores sunt Cincius . . ., M. Valerius Messala in ea* (?) *in XII. explanatione. Idem tamen in eo libro* etc., minus bene, et col. 27, 2.: *legem hanc inscriptam esse videri, Uti duae maritimae gentes eodem cum P. R. haberentur iure.*

p. 326. Qu. XIV, 31, 18-23. v. Salacia. Urs. supplementa haec sunt:

Pacuvius in . . . . Hinc saeviti-am Salaciae fugimus, laetique munere - vescimur Cereris: post condor thalamo, - nemo ut me tunc inde queat abducere mortali-um saeptam circum moero.

p. 329. Qu. XV, 2, 9-14. v. Saeculares ludi. Urs. ita:

Ludos postea saeculares et nonagensi-mo quoque anno facere ibi coepit Popillio Laenate - Duumviro sacrorum: in quibus hostiis furulis est - operatus tribus diebus, totidemque noctibus, ac de-inde institutum esse, centum post annos, ut - fierent.

Dac. legendum existimat: *Coepit ducentesimo et nonagesimo quoque anno;* etsi scribere debuerit Festus: *ducentesimo et nonagesimo septimo:* tunc enim Popillium Laenatem Duumvirum fuisse sacrorum faciendorum. Nimirum hausit haec ex A. Aug. annotatione, qui eos hic intelligi putat ludos saeculares, qui (ut Censorinus ait) a. u. c. 297. celebrati sint, Laenate (haec A. Aug. coniectura addit) Duumviro sacrorum faciendorum caussa. Sed hic annus a Festo non sic poterat indicari, ut Dac. opinatus est. Quae ipse posui, ea nullo alio teste niti, sed ex nonagesimo anno et Popillio Laenate coniectura effecta esse confiteor. Nam Censorinus alia omnia tradidit.

p. 330. Qu. XV, 3, 28. 29. v. scitae. Urs. ita:

Scita facie pro - bona facie, alias, bonis pro scitis, a po-etis usurpantur.

Quae de scitis mulieribus posui, compares velim cum restituta forma articuli Querquetulanae Qu. XII, 29, 22.

p. 333. Qu. XV, 6, 2-4. v. scrutillus. Hic Urs.:

Plautus. venter suillus, - dicam suo nomine scrutillum. ego me hodie . . . si quid esset, quod comesa farte biberem . . . . . .

ib. Qu. XV, 6, 10. 11. v. scrupi. Urs. supplementa sunt:

difficili-a. petrae etiam attrectari insuetae, aut - naufragiorum pollutae scelere.

ib. Qu. XV, 6, 17-21. v. scrautum. Post voc. *dubitatio* Urs. ita pergit:

Scorteum ab eadem causa, qua scortum vocabatur - pelliceum, in quo sagittae reconduntur, ab eo - quod ex pellibus factum est quia pellibus nomen a σκ-ύτος quod Graece pellis. Unde scyticae, et scuta, - quia non sine pellibus sunt.

ib. Qu. XV, 6, 29. 30. v. Scribonianum. Urs. ita:

quod ign-oraretur autem, ubi esset (ut quidam) fulgur conditum, - quod cum scitur, nefas est integi, semper forami-ne etc.

In vg. post *integi* plene interpungitur.

p. 334. Qu. XV, 7, 28-34. v. sexagenarios. Urs. supplementa, praeterquam in singulis verbis, mutavi haec:

Quorum proditam memori-am redintegrari eo gente missum ab Graec-a legatum quendam Argaeum, diu cum - iis Romae moratum esse. is ut obieri-t, institutum esse a sacerdotibus, ut effigies s-cirpea ex omnibus, cum quae publicae erant rei nu-ntiavisset, per flumen etc.

p. 337. Pauli exc. p. 149. v. siciles. *Siciles* lectionem etiam commendat Osann. Anal. p. 16.

p. 339. Qu. XV, 14, 2-8. v. septentriones. Urs. ita, quae a Scal. acceperat, literis accommodavit:

Septentriones septem stellae appell-antur a septem bobus iunctis, quos trio-nes a terra rustici appellent, quod iun-cti simul terram arent, quasi terriones. - quidam a septem stellis, quod id astrum Grae-ci ἅμαξαν dicant, quia habet partem quand-am temonis specie. etc.

ib. Qu. XV, 14, 17-21. v. signa. Supplementa, quae mutavi, haec sunt:

Signa, ut rerum, ita - quoque res ipsae dicuntur, aut lapides, aut - fictile, aut si qua eiusmodi adhuc aliqua. et - signa dicuntur, quae sculpantur etiam. Sed po-cula etiam in quibus sunt simulacra ad effigi-es, sigillata.

p. 340. Qu. XV, 15, 17-19. v. siparium. Urs. supplementum hoc est:

Siparium, quo in scaenis mimi-utuntur, dictum ait Verrius a vela-mento, quod vocetur aliis aulaeum. Supparum ap-pellant etc.

Supparum in navi Schefferus de mil. nav. Add. ad l. II. p. 329. ed. Ubsal., quod unum pedem habuerit, a malo seiunctum fuisse putat et propterea Festi schedas ita esse supplendas: *Siparum iunctum ei, quod appellant dolonem, quod est velum minus in navi, ut acation maius. Siparum autem dictum ait Sinnius Capito velut separatum quod sit a dolone interioris mali velo:* spatiis codicis in primo versu parum convenienter.

p. 341, 6. Pauli exc. p. 149. v. silus. Guilelmus Verisimil. I, 9. (in Gruteri Lamp. III. p. 265.) commendat lectionem: *nasus sursum versus et repandus*, e libro scripto Coloniensi ductam. Eandem invenio in vetere edit. Ioannis de Colonia. Sed supposititiam eam esse ostendit ipse Festus.

p. 342. Festi fragm. Qu. XV, 18, 9. v. Saturno. Lind. corrigit *adesse*, facillima mutatione, sed et hanc Urs. supplemento aliquantulum reficto evitavi.

p. 344. Qu. XV, 19, 21-24. v. sacramento. Urs. supplementa haec sunt:

Tunc vero ibi ad-erunt, ne mala facinora, bona fide, aut - scelera nefaria fierent, qui dicerent sacra-mento, traderentur, lege aestimarentur.

Ego quanquam procul a pleno eius loci intellectu absum, intelligere tamen mihi videor, Catonem de sacramenti actione dixisse, qua homines a magistratibus interrogabantur, i. e. propter crimina postulabantur. V. Festus Qu. XV, 21, 34., ubi apparet sacramento et in publicis et privatis iudiciis agi solitum fuisse. Idque quaestionum genus ex Papiria lege a IIIviris Capitalibus exercitum esse, ostendunt quae Qu. XV, 22, 4. leguntur.

p. 347. Qu. XV, 21, 4-9. v. sacramentum. Papiriam legem primus restituit Lucas Fruterius laudatus a Raevardo Varior. II, 18., ab lectione, quam posuimus, in eo solo differens, quod v. 7. *a populo facti* scripsit. Minus diligenter Turneb. Advers. XXIX, 36. in ea lege restituenda versatus est. Caeterum Gifanius recte *post hoc* a correctione *posthac* defendisse videtur, in Ind. Lucret. v. *post hoc.*

p. 349. Qu. XV, 23, 9-16. v. secespitam. Supplementa Urs. recisa sunt haec:

Eadem alias dicitur, qua in sacrario utuntur repagula. namque in templis - reticulo aeneo olim saepiebantur, in quo - tubae relictae sunt, per quas manibus sacr-a tangere licet: est hoc in templo Bonae deae: - sed et in aliis locis: et sunt velut cancella - quaedam. ita secespita dicuntur duobus modis.

p. 351. Qu. XV, 25, 11. v. bene sponsis. *volueris* in *voleris* mutant Scal. et Lipsius Ep. Qu. III, 20. p. 183. Atque apertum quidem est, antiquiorem verbi formam hic positam fuisse. Sed perfecti in coniunctivo antiquior forma incertissima est. Nam *volsis* esse non poterat, cum coniunctivi et futuri exacti finitio sim et so non post liquidas, sed post mutas tantum in usu esset. Cui sententiae ne quis opponat *ulso, sponsim* et talia: in his mutae, velut c et d, exciderunt. Quocirca *volis* scribendum esse conieci, coll. Prisciano IX. p. 848.

ib. Qu. XV, 25, 15. v. suad ted. *Suad ted* in *Sed ted* et *sic te* in *sine te* transmutat Scal., audaciori conatu. Comparaverim potius Oscae linguae monimentum, tabulam Bantinam, in qua *suae pis* manifeste *si quis* est. Adiectum est d, ut sic natum est e si et ce. *Ted* etiam accusativo casu dictum esse ab antiquioribus, nota nunc res est. Cf. Qu. X, 21, 17. v. Prae tet tremonti.

ib. Qu. XV, 26, 10-14. v. Terentum. Quae Urs. supplementa mutavi, haec sunt:

per ludos
Secularis Ditis patris - ita leviter teratur

et

aequiperet mo-tus rapidos velocis Lunae.

Priori loco Scal., qui universi loci sensum primus aperuit, proposuerat: *quod terendus sit saecularibus Ditis patris ludis et teratur;* altero *motus ipsos Lunae.* Equidem illud *Ditis patris aram occulens* sumpsi a Paulo, ex quo et Festi reliquiis colligo, aram illam subterraneam post sacrificia facta terra denuo obrutam esse, ut eodem loco equestres ludi haberentur. Iam grammatici Romani aram cum terra, equos cum Sole et Luna comparaverunt: quae nota est circensium symbolica interpretatio, de qua plura Bellus de templo augur. c. 8.

ib. Qu. XV, 26, 15. v. Tauri. Exiguus error hic magnas turbas dedit. Nam Festum ipsum scripsisse apparet: *cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas atque earum fetus: facti sunt* (videlicet Taurii ludi) *ex carne divendita populo taurorum immolatorum,* vel etiam *i* (i. e. *ii*) *facti sunt,* qua ratione omnes literas, quae in cod. leguntur, servari posse, commode monet V. D. Alb. Lion. Sed cum Pauli tempore iam *fetu si facti sunt* legeretur: ille pestilentiam ortam esse ex carne divendita putavit, quod ut aliquo modo intelligi posset, librarii inde effecerunt: *carne diu vendita,* nimirum ut pestis carne putredine consumpta illata esse videretur. Barthius contra, Adv. XXXIX, 11., *ex carne diu non vendita* ut scriberetur, iussit. Caeterum Taurios ludos et Saeculares vereor ne quidam Vv. Dd. non recte confundant.

p. 352. Qu. XV, 26, 34. 27, 1-6. v. Triginta lictor. Urs. supplementa haec sunt:

Tribunicia rogatione l-ex Curiata fertur, quo Hannibal anno in conspectu-Romae cum esset, nec ex praesidiis discedere liceret, - Q. Fabius Maximus Verrucosus, id per Tr. Pl. et Ma-rcellus cos. facere instituerunt, ut nota-vit Aelius in XII. significationum verborum.

A viro doctissimo, quem ipse in refingendo eo loco secutus sum, hactenus discessi, quod v. 4. plena coss. nomina posui, ubi ille, quod *Tr. Pl.* e cod. sumptum putavit, scripsit *egit per Tr. Pl. et* et deinde *instituit,* ut Fabius plebisciti auctor fuerit, Marcellus primum rei exemplum dederit.

ib. XV, 27, 8-15. v. togatarum. Alia supplementa proposuit Neukirch. de fab. tog. p. 40., maximam partem a Val. Frankio monstrata, approbata a God. Hermanno Opuscc. T. V. p. 258.:

Togatarum duplex genus, praetextarum, ab h-ominum fastigio quae appellantur, - quod togis praetextis rempublicam administrantes utantur; - tabernariarum, quia cum minus ex-cellentibus etiam humiles personae, ut p-lagiarii, servi denique et caupones ex tab-ernis honeste prodeant in scaenam.

In quibus non placent homines minus excellentes ab humilibus distincti.

ib. Qu. XV, 28, 4-24. v. topper. Huius articuli ratio, similis illa et cognata explicationi voc. numero, hic explananda esse videbatur, ut is interpolationis suspicione, cui plures Vv. Dd. indulsere, velut Hermannus El. doctr. metr. p. 625. plane liberaretur. Forma totius tituli hoc conspectu facillime declarabitur:

Topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, temere.

cito, sic in Nelei carmine: Topper etc. . . .
citius, sic C. Naevius: Capesset flammam . . .
cito, sic in eodem: Namque nullum . . . .
fortasse, sic Coelius l. VII.: Ita, uti sese quisque . . .
fortasse, sic Accius in Io: Topper, ut fit . .

Iam sequi debebat recensus locorum, quibus topper eo sensu, quo celeriter et temere, Artorio positum esse visum esset. Nam cito et celeriter ab Artorio distinguebantur. Nec dubitari potest, quin Verrius etiam haec plene apposuerit. Sed Festus hoc lexilogicae disputationis corpus, quod ipsi nimium videretur, medium dissecuit et truncavit, ac quaedam ex alius grammatici, quem Verrius deinceps introduxerat, opere apponere satius habuit. Hic cum *Ennius,* qui v. 16. appellari videtur, esse non posset, et praegressi voc. *iras* extrema litera ab illo separanda sit, Sinnium eum fuisse apparet: qua re intellecta Festi sermo sic procedit:

Sinnius vero sic: "Topper fortasse valet in Enni et Pacuvi scriptis:

apud Ennium est: Topper etc. . . . .
Pacuvius: Topper tecum sit . . . .
At in antiquissimis scriptis celeriter ac mature:
in Odyssia vetere: Topper facit homones etc.
Topper citi ad aedis . .

Saturnios Livii et Naevii versus cum alio Supplementorum meorum loco tractaverim (ad Qu. XII, 15, 2.): superest, ut de Accii, Ennii, Pacuvii versibus, quae annotationis angustiis excludebantur, hic apponam. Accii ex Ione versus apud Urs. est.:

Topper, ut fit, patris ten eicit iras

In cod. est tê, transversa lineola per *e* ducta. *tune* vg. Faernus, ab A. Aug. laudatus, corr. *te eiecit foras.* Urs. in mg. coni.: *pater istam eiecit foras,* sed idem in annot. proponit: *patris ten eicit ira.* Facillimum omnium est: *patris ted eicit* (vel *eiecit*) *ira,* praesertim cum S ab *ira* semotum toti disputationi restituendae maxime conducat. Itaque Bothius,

qui Accii versum cum proximis ita coniungit: *patris te nunc eicit irascentia.* B. *Verum sic topper*, non magis verum tetigit, quam A. Aug. et Urs., qui vocc. *Ennius vero sic*, uncis secluserunt.

In Ennii verbis:

Topper quam nemo melius scit

topper quam coniungendum videtur, ut sane quam, admodum quam. Pacuvii autem versus ex mea sententia sic interpungendus est:

Topper tecum, si potestas, faxit, si mecum velit.

i. e. Facile te, si tu eum cogere possis, sectabitur, etiamsi me sequi velit.

p. 355. Qu. XV, 29, 1. v. torum. Osanno Anal. p. 14. scribendum videtur: *Torum ubi significat torridum.* Equidem, quod in codice est, ita interpretor: Torum ut torridum significet . . . pronunciandum est torrum.

p. 356. Qu. XV, 31, 10-13. v. tongere. Scal. haec supplementa proposuerat: *quia Praenestini tongitionem dicant pro notione: ut, Tongione potius dominari. Ennius: Alii rhetoricam tongent, et vincere volunt. norunt videtur significare.*

ib. Qu. XV, 31, 31-34. v. tonsillam. In cod. est: *Acces . . . eam et tosillam pegi laeto in litore.* Urs. corr. *tonsillam*, ut vg. legitur, sed *tosilla* antiquiori forma scriptum est, ut *cesor* et *cosol.* Initio versus *Accessi ad eam* supplet Urs., *A. ad terram* Bothius, probabilius *Accessi Aeam* restituit Bergkius in Rhen. philol. Museo T. III. p. 78., quod Medii fabulae aptissimum est. *Aeam* syllabam extremam elisione non amittit, aut *Aean* scribendum est. Quod autem difficillimum est, *laeto*, id in *laevo* mutat Scal.: sed id quid significet, non facilius est intellectu. Nisi technicum antiquorum nautarum vocabulum hic latet, scribendum videtur *lecto*, i. e. apto ad eam rem.

Accii versum in Festo Urs. ita exhibet: *Tacete et tonsillas lito-re la-edo edite;* sed vg. et in Pauli codd. *in laeda* legitur, quod num etiam in Festi cod. fuerit, nunc diiudicari nequit, cum eae literae evanuerint. Et hic Scal. corr.: *in laevo*, Urs. *laeto.* Barthius in Advers. XXXIX, 11. tentat: *actae indite*, Bothius *in lecta indite.* Apparet idem hic latere voc., quod in Pacuvii versu. Numeri autem senarii versus, qui turbati esse videntur, in ordinem redeunt, si *tonsillas* bisyllabum habetur: quod eadem pronunciationis lege facile fieri poterat, qua qualus, ala, mala, palus, talus, velum, paulum contracta sunt e quasillus, axilla, maxilla, paxillus, taxillus, vexillum, pauxillum, ut toles, de quibus Qu. XV, 32, 14. dictum est, sive tolae, ut in Glossis Labbaei legitur, e tonsiles et tonsillae ortum est.

